3. Puesto que no dice "dame", sino *enséñame,* pregunto: ¿De qué modo se enseña la dulzura, si no se da? Ciertamente, muchos conocen lo que no les deleita, y de estas cosas que tienen conocimiento no perciben dulzura o suavidad; pues la suavidad no puede conocerse a no ser que deleite. Asimismo, la disciplina, que se reduce al castigo ordenado a la enmienda, se aprende recibiéndola, es decir, no se aprende oyendo, o leyendo, o pensando, sino experimentándola. Pero la ciencia, que mencionó en tercer término entre las cosas de las que dijo *enséñame,* se da enseñando. ¿Pues qué otra cosa es enseñar sino dar la ciencia? De tal manera se entrelazan estas dos cosas, que no puede hallarse la una sin la otra. Nadie es enseñado sin aprender y nadie aprende sin ser enseñado. Por tanto, si el discípulo es incapaz de aprender las cosas que por el Maestro le son enseñadas, no puede decir el Maestro: "Yo le enseñé, pero él no aprendió." Podrá, sin embargo, decir: "Yo le dije lo que debía decirle, pero él no aprendió, porque no percibió, no comprendió, no entendió"; porque, si él hubiera enseñado, sin duda el otro hubiera aprendido. Por eso, Dios, cuando quiere enseñar, primeramente da la inteligencia, sin la cual el hombre no puede aprender las cosas que pertenecen a la enseñanza divina. De aquí que también éste dice poco después: *Dame inteli-*

fuerit charitas in bonitate suavi, ut tribulationibus non possit exstingui, quas adhibet disciplina, tunc utilis erit scientia, qua innotescit etiam sibi homo quid ipse meruerit, et quae a Deo donata sint ei, per quae posse se sciat quae se posse nesciebat, et per seipsum omnino non poterat.

3. Quod autem non ait, Da mihi; sed, *Doce me:* quomodo suavitas docetur, si non detur? Quandoquidem multi quod eos non delectat sciunt, et quarum rerum habent cognitionem, non habent suavitatem. Suavitas enim disci non potest, nisi delectet. Item disciplina, quae significat emendatoriam tribulationem, accipiendo discitur; id est, non audiendo vel legendo, vel cogitando, sed experiendo. At vero scientia, quam tertiam posuit in his quae ait, *Doce me,* docendo datur. Nam quid est aliud docere, quam scientiam dare? Et haec duo ita sibi connexa sunt, ut alterum sine altero esse non possit. Nemo enim docetur nisi discat, et nemo discit nisi doceatur. Et ideo si discipulus capax non sit eorum quae a doctore dicuntur, non potest doctor dicere, Ego eum docui, sed ipse non didicit: dicere autem potest, Ego ei dixi quod dicendum fuit, sed ille non didicit; quia non percepit, non comprehendit, non intellexit. Nam profecto et ille didicisset, si iste docuisset. Et ideo Deus, quando vult docere, prius dat intellectum, sine quo ea quae ad divinam doctrinam pertinent, homo non potest discere: unde et iste paulo post dicit, *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.* Potest itaque homo, cum docere aliquem

gencia para aprender tus mandamientos. Así, pues, el hombre puede decir, cuando desea enseñar a alguno, lo que dijo el Señor a sus discípulos después que resucitó de entre los muertos, aunque no puede hacer lo que El hizo. Dice el Evangelio: *Entonces les declaró el sentido para que entendiesen las Escrituras, y les dijo...* Allí puede leerse lo que les dijo; pero comprendieron lo que les dijo, porque les declaró el camino para entenderlo. Luego Dios enseña la dulzura excitando el deleite, enseña la disciplina disponiendo la tribulación y enseña la ciencia dando el conocimiento. Por tanto, como hay algunas cosas que las aprendemos únicamente para saberlas, y otras también para ponerlas por obra, cuando Dios las enseña, las enseña declarando la verdad para que sepamos lo que debemos saber, y enseña también excitando la dulzura, para que hagamos lo que debemos hacer. Pues no en vano se le dice: *Enséñame a hacer tu voluntad. Enséñame,* dice, de modo que haga, no que sepa únicamente. Sin duda, las obras buenas son fruto nuestro que devolvemos a nuestro Agricultor, pues la Escritura dice: *El Señor dará la dulzura, y nuestra tierra dará su fruto.* Y ¿cuál es esta tierra? Aquella de la que se dice al que da la dulzura: *Mi alma es para ti como tierra sin agua.*

4. Habiendo dicho: *Enséñame dulzura, disciplina y ciencia,* añadió: *porque creí tus mandamientos.* Con razón puede preguntarse por qué no dijo "obedecí", sino *creí.* Una cosa son los mandamientos y otra las promesas. Los mandamientos se nos dan para que cumpliéndolos merezcamos recibir las promesas. Creemos las promesas, obedecemos a los mandamientos. Luego ¿qué quiere decir *creí tus mandamientos* sino creí que tú los preceptuaste, no cualquier hombre, aunque por los hombres se hayan promulgado a los hombres? Y como creí que eran tuyos los mandamientos, la misma fe mía, por la cual creí que son tuyos, pida gracia de ti para que cumpla lo que tú ordenaste. Si el hombre me mandase externamente estos preceptos, ¿por ventura me ayudaría internamente a hacer lo que mandaba? Luego enséñame la dulzura inspirándome la caridad; enséñame la disciplina dándome paciencia; enséñame la ciencia iluminándome el entendimiento. *Porque creí tus mandamientos.* Creí que tú, que eres Dios, mandaste estos preceptos y que das al hombre aquello con lo que haces cumplir lo que mandas.

5 [v.67]. *Antes de ser humillado*—dice—, *yo delinquí; por esto (he guardado) tu palabra;* o como más expresivamente consignan otros códices: *tu dicho,* sobrentendiéndose "lo guardé", para no ser de nuevo humillado. Esto se aplica mejor a la humillación que tuvo lugar en Adán, en el que toda la humana criatura, hallándose como en raíz viciada, se encuentra sometida a la vanidad por no haber querido someterse a la verdad. Esto convino que lo experimentasen los vasos de misericordia para que, postrada la soberbia, se ame la obediencia, y perezca, no volviendo más la miseria.

6 [v.68]. *Dulce eres, Señor;* o como escriben otros muchos códices: *Dulce eres tú, ¡oh Señor!;* y algunos también: *Dulce eres tú,* o: *Bueno eres tú,* en el sentido que anteriormente dimos a esta palabra. *Y en tu dulzura (o bondad) enséñame tus justifica-*

cupit, dicere illa quae dixit Dominus discipulis suis, posteaquam resurrexit a mortuis; sed facere quod ille fecit, non potest. Ait enim Evangelium: *Tunc aperuit eis sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit illis* (Lc 24,45.46). Quid autem illis dixerit, ibi legitur: sed ideo ceperunt quod dixit, quia unde caperetur aperuit. Docet ergo Deus suavitatem inspirando delectationem, docet disciplinam temperando tribulationem, docet scientiam insinuando cognitionem. Cum itaque alia sint quae ideo discimus ut tantummodo sciamus, alia vero ut etiam faciamus; quando Deus ea docet, sic docet ut scienda sciamus, aperiendo veritatem, sic docet ut facienda faciamus, inspirando suavitatem. Neque enim frustra ei dicitur, *Doce me ut faciam voluntatem tuam* (Ps 142,10). Sic, inquit, *doce ut faciam,* non tantummodo ut sciam. Ipsa quippe recte facta, fructus est noster quem reddimus agricolae nostro: sed Scriptura dicit, *Dominus dabit suavitatem, et terra nostra dabit fructum suum* (Ps 84,13). Quae autem ista terra est, nisi de qua dicitur eidem ipsi qui dat suavitatem, *Anima mea velut terra sine aqua tibi?* (Ps 142,6).

4. Quod vero cum dixisset, *suavitatem, et disciplinam, et scientiam doce me;* adiunxit atque ait, *Quoniam mandatis tuis credidi:* non immerito quaeri postest cur non dixerit, obedivi; sed, *credidi.* Alia sunt enim mandata, alia promissa. Mandata facienda suscipimus, ut accipere promissa mereamur. Promissis ergo credimus, mandatis obtemperamus. Quid est ergo, *mandatis tuis credidi,* nisi, credidi quod tu illa mandaveris, non aliquis homo, quamvis per homines hominibus ministrata sint? Quia itaque credidi tua esse mandata, ipsa fides mea qua id credidi, impetret abs te gratiam qua faciam quod mandasti. Si enim homo mihi haec iuberet forinsecus; numquid, ut etiam facerem quod iubebat, adiuvaret intrinsecus? Doce ergo me suavitatem inspirando charitatem, doce me disciplinam donando patientiam, doce me scientiam illuminando intelligentiam: *Quoniam mandatis tuis credidi.* Te illa credidi mandasse qui Deus es, et homini donas unde facias eum facere quod mandas.

5 [v.67]. *Priusquam humiliarer,* inquit, *ego deliqui; propterea verbum tuum,* vel, sicut alii expressius habent, *propterea eloquium tuum custodivi:* utique ne rursum humiliarer. Quod ad illam humiliationem melius refertur, quae facta est in Adam, in quo omnis creatura humana tanquam in radice vitiata, quoniam veritati subiecta esse non voluit, subiecta est vanitati (Rom 8,20). Quod vasis misericordiae profuit experiri, ut deiecta superbia diligatur obedientia, et pereat non reditura miseria.

6 [v.68]. *Suavis es, Domine;* vel, sicut plures habent, *Suavis es tu, Domine:* aliqui etiam, *Suavis es tu,* vel, *Bonus es tu;* sicut de hoc verbo superius tractavimus. *Et in tua suavitate doce me iustificationes tuas.*

ciones. Verdaderamente quiere practicar las justificaciones de Dios, ya que quiere aprenderlas con la dulzura de Aquel a quien dijo: *Dulce eres tú, ¡oh Señor!*

7 [v.69]. A continuación prosigue: *Se multiplicó sobre mí la iniquidad de los soberbios;* a saber, la de aquellos a quienes no aprovechó, después de haber delinquido, el ser humillada la naturaleza humana. *Mas yo escudriñaré con todo mi corazón tus mandamientos.* "Por mucho que abunde—dice—la iniquidad, no se entibiará en mí la caridad". Esto lo dice como aquel que aprende las justificaciones de Dios con su dulzura. Cuanto más dulces sean las cosas que manda el que ayuda, tanto más las escudriña el que ama, para que conociéndolas las haga y haciéndolas las conozca, porque se conocen mejor cuando se hacen.

8 [v.70]. *Se cuajó como leche su corazón.* ¿De quiénes? De los soberbios, cuya iniquidad dijo que se multiplicó sobre él. Por esta palabra, *cuajó,* quiso se entendiese en este lugar que se endureció su corazón, porque también se emplea en buen sentido, como en el salmo 67, en donde se dice: *Monte aquesado, monte pingüe,* y se entiende lleno de gracia; lo que también algunos tradujeron *monte cuajado.* Pero atiende a que por su parte se oponga a la dureza de corazón de aquéllos, y así dice: *Pero yo medité tu ley.* ¿Qué ley? La que ciertamente es justísima y misericordiosísima; de aquí que se le dice: *Y por tu ley apiádate de mí.* Por esta ley *resiste a los soberbios,* para que se obstinen, y *da gracia a los humildes,* para que amen la obediencia y reciban la exaltación. Con la meditación de esta ley se conserva la voluntaria

Vere vult facere iustificationes Dei, quando eas in eius suavitate vult discere ab ipso cui dixit, *Suavis es tu, Domine.*

7 [v.69]. Denique sequitur, *Multiplicata est super me iniquitas superborum:* eorum scilicet quibus non profuit, quod posteaquam deliquit, humiliata est humana natura. *Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata sua.* Quantalibet inquit, abundet iniquitas, non in me refrigescet charitas (Mt 24,12). Tanquam ille hoc dicit, qui in eius suavitate iustificationes Dei discit. Quanto magis enim suavia sunt quae iubet qui iuvat, tanto magis ea scrutatur amans, ut cognita faciat et faciendo cognoscat; quia perfectius cognoscuntur, cum fiunt.

8 [v.70]. *Coagulatum est ut lac cor eorum.* Quorum, nisi superborum quorum super se multiplicatam dixit iniquitatem? Obduruisse autem cor eorum vult intelligi hoc verbo et hoc loco. Nam dicitur et in bono, sicut in psalmo sexagesimo septimo dicitur, *Mons incaseatus, mons uber* (Ps 67,16); et intelligitur gratia plenus: nam et illud quidam, *coagulatus,* interpretati sunt. Sed vide quid a se opponat duritiae cordis illorum: *Ego vero,* inquit, *legem tuam meditatus sum.* Quam legem? Utique iustissimam et misericordissimam: unde illi dicitur, *Et lege tua miserere mei.* Superbis resistit, ut obdurentur; humilibus autem dat gratiam (Iac 4,6; et 1 Petr 5,5), ut diligant obedientiam, et recipiant excellentiam.

humildad a fin de librarse de la humildad penal, de la cual dice ahora.

9 [v.71]. *Es un bien para mí el haberme humillado, para que aprenda tus justificaciones.* Ya había dicho arriba, y no ha mucho: *Antes de ser humillado, yo delinquí; por eso guardé tu dicho.* Esto se relaciona con lo presente, ya que por el fruto mismo demuestra que le fue un bien ser humillado; pero allí señaló, además, el motivo, a saber, que precedió el delito a la humillación penal. Por lo que dice allí: *Por eso guardé tu dicho,* y por lo que dice aquí: *para que aprenda tus justificaciones,* me parece que suficientemente demuestra que conocer estas justificaciones es lo mismo que guardarlas, y guardarlas lo mismo que conocerlas. Pues Cristo conocía lo que reprendía, y, con todo, reprendía el pecado, siendo así que se dijo de El que *no conocía el pecado.* Lo conocía con cierto conocimiento y lo ignoraba con cierta ingnorancia. Así, también muchos aprenden las justificaciones de Dios y no las aprenden. Las saben con cierto conocimiento y las ignoran con cierta ignorancia, porque no las practican. Luego éste dijo: *para que aprenda tus justificaciones,* entendiendo que las conoce para ejecutarlas.

10 [v.72]. Pero como esto únicamente se hace por el amor, el versillo siguiente, que dice: *La ley de tu boca es mejor para mí que millares de oro y de plata,* demuestra en dónde tenga el deleite aquel que obra, y por lo cual se dijo: *Enséñame con tu dulzura tus justificaciones.* La caridad ama más la ley de Dios que ama la codicia millares de oro y de plata.

Meditatione quippe legis huius, voluntaria servatur humilitas, ut poenalis humilitas evadatur, de qua mox dicit.

9 [v.71]. *Bonum mihi quoniam humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.* Vicinum aliquid et superius iam dixerat, *Priusquam humiliarer, ego deliqui; propterea eloquium tuum custodivi.* Ipso quippe fructu ostendit quod bonum illi fuerit humiliari; sed illic dixit et causam, quod humilitatem poenalem delinquendo praecesserit. Quod vero ibi ait, *Propterea eloquium tuum custodivi;* hic autem, *Ut discam iustificationes tuas:* satis significasse mihi videtur hoc esse ista nosse quod custodire, hoc custodire quod nosse. Neque enim Christus non noverat quod arguebat; et tamen arguebat peccatum, cum dictum de illo sit quod *non noverat peccatum* (2 Cor 5,21). Noverat ergo quadam notitia, et rursus quadam ignorantia non noverat. Sic et iustificationes Dei multi discunt, et non discunt. Noverunt enim eas quadam notitia; et rursus quadam ignorantia, quoniam non faciunt, non noverunt. Eo modo hic ergo intelligendus est dixisse, *Ut discam iustificationes tuas;* ea notitia qua fiunt.

10 [v.72]. Hoc autem quia non fit nisi per dilectionem, ubi qui facit habet delectationem, propter quod dictum est, *In tua suavitate doce me iustificationes tuas;* sequens versus ostendit, ubi ait, *Bona mihi lex oris tui, super millia auri et argenti:* ut amplius diligat charitas legem Dei, quam diligit cupiditas millia auri et argenti.

SERMÓN 18

1 [v.73]. Cuando Dios hizo al hombre del polvo y le vivificó soplando, no se conmemoró allí que le hubiera formado con las manos. Así, pues, no comprendo por qué creyeron algunos que Dios hizo con sus palabras los seres restantes, y que al hombre, como más excelente, le formó con las manos, a no ser que quizás, porque se lee que el cuerpo del hombre fue formado del polvo, piensen que no pudo ser hecho sino con las manos, no advirtiendo que lo que se escribió en el Evangelio del Verbo divino: *Todas las cosas fueron hechas por El,* no puede verificarse si el cuerpo humano no fue hecho también por el Verbo o Palabra de Dios. Pero alegan el testimonio de este salmo, y dicen: "He aquí en dónde con toda claridad clama el hombre: *Tus manos me hicieron y me formaron*". Mas lo dicen como si no se hubiera dicho también clarísimamente: *Veré los cielos, obra de vuestros dedos;* y, asimismo, no menos claro: *Y obra de tus manos son los cielos;* y todavía muchísimo más claramente: *Y sus manos formaron la árida tierra.* La mano de Dios es el poder de Dios. Si les inquieta el número plural, puesto que no dijo "tu mano", sino *tus manos,* tomen por las manos de Dios el poder y la sabiduría de Dios, pues uno y otra se denominaron Cristo; el cual también se entiende que es brazo de Dios, según se lee en Isaías: *Y el brazo del Señor, ¿a quién se ha revelado?* O tomen por manos de Dios al Hijo y al Espíritu Santo, porque el Espíritu Santo obra con el Padre y el Hijo, y por esto dice el Apóstol: *Todas estas cosas las hace uno solo y el mismo Espíritu.* Y dijo *uno solo y el mismo Espíritu,* no porque obrase el Espíritu sin el Padre y el Hijo, sino para que no se juzgase que había tantos espíritus como obras. Cada uno es libre para entender lo que quiera sobre las manos de Dios, con tal que no niegue que lo que hace por las manos, lo hace por el Verbo; o no crea que lo que hace por el Verbo, no lo hace por las manos; ni piense, atendiendo a las manos, en alguna forma corporal, de suerte que se le atribuya derecha e izquierda; ni se juzgue referente al Verbo o Palabra que es inherente a Dios operante el sonido de la boca o el movimiento o impulso transitorio del ánimo.

2. No faltaron tampoco quienes distinguieron estos dos verbos: *fecerunt me* y *finxerunt me,* me hicieron y me formaron, de tal modo, que afirmaron que Dios hizo el alma y formó el cuerpo, ya que dijo del alma: *Omnem flatum ego feci,* yo hice todo espíritu; y del cuerpo se lee: *et finxit*... y *formó Dios al hombre, polvo de la tierra.* Como si se hiciese todo lo que se forma y no se formase todo lo que se hace; y, por tanto, dicen que más bien el alma se hace que se forma, puesto que no es cuerpo, sino espíritu; como si no se hubiera escrito: *El que forma el espíritu del hombre en el hombre.* Con todo, cuando estos dos verbos se hallan en un mismo lugar hablando del hombre y no se niega que una y otra parte del hombre, es decir, que el alma y el cuerpo, han sido creados por Dios, asignará con elegancia al alma el verbo *hacer,* y al cuerpo el verbo *formar,* diciendo que el alma fue hecha, y el cuerpo formado, plasmado o configurado. Así, algunos intérpretes no quisieron decir *finxerunt me,* me formaron, sino *plasma-*

SERMO XVIII

1 [v.73]. Quando Deus hominem fecit ex pulvere, et animavit flatu, non ibi commemoratum est quod manibus fecerit. Cur itaque quibusdam visum fuerit verbo Deum fecisse caetera, hominen vero velut aliquid praecipuum fecisse manibus suis, non video: nisi forte quia ex pulvere formatum legitur hominis corpus (Gen 2,7), non potuisse fieri nisi manibus arbitrantur; nec attendunt quod in Evangelio de Verbo Dei scriptum est, *Omnia per ipsum facta sunt* (Io 1,3), non posse constare, si non per Verbum factum est etiam corpus humanum. Sed adhibent testimonium de hoc psalmo, et dicunt: Ecce ubi apertissime clamat homo, *Manus tuae fecerunt me, et finxerunt me.* Quasi non aperte etiam dictum sit, *Videbo caelos, opera digitorum tuorum* (Ps 8,4); nec minus aperte, *Et opera manuum tuarum sunt caeli* (Ps 101,26); multoque apertius, *Et aridam terram manus eius finxerunt* (Ps 94,5). Manus ergo Dei sunt potestas Dei. Aut si pluralis numerus eos movet, quia non dictum est, manus tua, sed, *manus tuae;* accipiant manus Dei, virtutem et sapientiam Dei, quod utrumque unus dictus est Christus (1 Cor 1,24): qui etiam intelligitur brachium Domini, ubi legitur, *Et brachium Domini cui revelatum est?* (Is 53,1). Aut accipiant manus Dei, Filium et Spiritum sanctum; quia et Spiritus sanctus cooperator est Patris et Filii: unde ait Apostolus, *Omnia haec operatur unus atque idem Spiritus* (1 Cor 12,11). Propterea quippe dixit, *Unus atque idem;* ne tot spiritus quod opera putarentur, non quod sine Patre et Filio Spiritus operetur. Liberum est igitur quomodo intelligantur manus Dei: dum tamen nec ea quae facit manibus, Verbo facere negetur; nec ea quae facit Verbo, manibus facere non putetur; nec propter manus forma corporis, aut alia manus sinistra, alia dextra, nec propter Verbum sonus oris, vel motus animi transitorius operanti Deo inesse credatur.

2. Nec defuerunt qui duo ista verba, *fecerunt me, et finxerunt me,* sic distinguerent, ut animam Deum fecisse, corpus autem finxisse dicerent; quia de anima dixit Deus, *Omnem flatum ego feci* (Is 67,16); de corpore autem legitur, *Et finxit Deus hominem pulverem de terra* (Gen 2,7); tanquam fiat quidem omne quod fingitur, non tamen fingatur omne quod fit. Et ideo animam factam potius dicunt esse quam fictam, quia non est corpus, sed spiritus; quasi non scriptum sit, *Qui finxit spiritum hominis in ipso* (Zach 12,1). Verumtamen quando utrumque hoc verbum de homine in loco uno ponitur, et utrumque hominis, id est, et anima et corpus divinitus conditum non negatur; non ineleganter distribuuntur singulis singula, ut anima facta, corpus autem fictum intelligatur, sive formatum, sive plasmatum. Nam quidam interpretes noluerunt dice-

verunt me, me plasmaron, prefiriendo derivar la palabra latina del griego que decir *finxerunt,* formaron, ya que algunas veces el verbo *fingere,* configurar, suele emplearse por *simular.*

3. Pero ¿acaso se dijo esto por Adán, de quien, al proceder todos los hombres de él, siendo hecho él, no podrá decirse también que cada uno de los hombres fue hecho por razón de origen y de descendencia? ¿O se podrá decir rectamente: *Tus manos me hicieron y me plasmaron,* porque cada uno es hecho por sus padres, sin faltar la obra de Dios, engendrando ellos y creando El, porque, si se apartase de las cosas la potencia operativa de Dios, perecerían? Nada en absoluto se origina, tanto de los elementos del mundo como de los padres o de las semillas, si Dios no obra en los seres. Por esto dice al profeta Jeremías: *Antes de formarte en el útero te conocí.* Pero ¿por ventura, hizo Dios al hombre, ya sea al primero o a cada uno de los que después nacen, sin entendimiento para que ahora se le diga: *Tus manos me hicieron y plasmaron; dame entendimiento?* ¿No se dotó de entendimiento a la naturaleza humana para que por él se distinga de las bestias? ¿O es que pecando se degradó hasta tal punto, que debe ser restaurada en esto también. El Apóstol dice a todos los que pertenecen a la regeneración: *Renovaos en el espíritu de vuestra mente,* y el entendimiento está en la mente. Y también dice: *Transformaos con la renovación de vuestro conocimiento.* Y de los que no participaban de esta regeneración dice: *Os mando y testifico en el Señor que ya no caminéis como los gentiles caminan en la vanidad de su mente, entenebrecidos en el entendimiento y apartados del camino de Dios debido a la ignorancia que hay en ellos a causa*

re, *finxerunt me;* sed, *plasmaverunt me:* magis diligentes minus latine declinare de graeco, quam dicere *finxerunt,* quod aliquando etiam de simulatione dici solet.

3. Sed utrum hoc secundum Adam dictum est, ex quo cum sint omnes homines propagati, quis hominum, quando ille factus est, etiam se factum non potest dicere originis seminisque ratione? An etiam secundum hoc recte dici potuit, *Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me,* quoniam unusquisque non sine opere Dei etiam de parentibus fit, ipso creante, illis generantibus? Quoniam si operatoria Dei potentia rebus subtrahatur, intereunt; nec aliquid omnino sive de mundi elementis, sive de genitoribus, sive de seminibus nascitur, si ea non operetur Deus. Propter quod ait prophetae Ieremiae, *Priusquam te formarem in utero, novi te* (Ier 1,5). Sed numquid sine intellectu fecit hominem Deus, sive primum, sive unumquemque nascentium, et nunc dicat ei, *Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me; da mihi intellectum?* Nonne ipsi naturae humanae intellectus est inditus, ut eo discernatur a pecore? An sic est deformata peccando, ut etiam hoc in ea reformandum sit? Propter quod et Apostolus omnibus ad regenerationem pertinentibus dicit, *Renovamini spiritu mentis vestrae:* et utique intellectus in mente est. Hinc rursus ait, *Reformamini in novitate sensus vestri* (Rom 12,2); de his

de la ceguedad de su corazón. Para que se abran y se aclaren más y más estos ojos interiores, cuya ceguedad es no entender, se purifican los corazones por la fe. Pues, aun cuando nadie puede creer en Dios a no ser que entienda algo, sin embargo, la misma fe, por la que entiende, es curada para que entienda cosas más excelsas. Hay algunas cosas que, si no las entendemos, no las creemos, y hay otras que no las entendemos si no las creemos, porque si la fe es por el oír, y el oír por la palabra de Cristo, ¿cómo ha de creer al que predica la fe el que, callándome otras cosas, no entiende la lengua que le hablan? Pero, si no hubiese otras cosas que no podemos entender a no ser que antes las creamos, no diría el profeta: *Si no creyereis, no entenderéis.* Luego nuestro entendimiento sirve para entender lo que ha de creer, y la fe para creer lo que ha de entender; y para que se entiendan más y más estas mismas cosas, sirve la mente en el mismo entendimiento. Pero esto no se hace por nuestras propias y naturales fuerzas, sino ayudándonos y dándonoslo Dios, así como la medicina, no la naturaleza, es la que hace que el ojo dañado recupere la facultad de ver. Luego el que dice al Señor: *Dame entendimiento para que aprenda tus preceptos,* no carece por completo de él, como las bestias; ni tampoco, aunque sea hombre, debe ser contado en el número de aquellos que *caminan en la vanidad de la mente, entenebrecidos en la inteligencia y apartados del camino*

autem qui huius regenerationis consortes non erant, «Hoc» inquit, «dico et testificor in Domino, ut non iam ambuletis sicut et Gentes ambulant in vanitate mentis suae, obscurati intelligentia, alienati a via Dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis eorum» (Eph 4, 17.18.23). Propter hos igitur interiores oculos, quorum caecitas est non intelligere, ut aperiantur, et magis magisque serenentur, fide corda mundantur (Act 15,9). Quamvis enim, nisi aliquid intelligat, nemo possit credere in Deum; tamen ipsa fide qua credit, sanatur, ut intelligat ampliora. Alia sunt enim quae nisi intelligamus, non credimus, et alia sunt quae nisi credamus, non intelligimus. Nam cum fides sit ex auditu, auditus autem per verbum Christi (Rom 10,17); quomodo credit praedicanti fidem, qui, ut alia taceam, linguam ipsam quam loquitur non intelligit? Sed nisi essent rursus aliqua quae intelligere non possumus, nisi ante credamus, propheta non diceret, *Nisi credideritis, non intelligetis* (Is 7,9, sec.LXX). Proficit ergo noster intellectus ad intelligenda quae credat, et fides proficit ad credenda quae intelligat; et eadem ipsa ut magis magisque intelligantur, in ipso intellectu proficit mens. Sed hoc non fit propriis tanquam naturalibus viribus, sed Deo adiuvante atque donante; sicut medicina fit, non natura, ut vitiatus oculus vim cernendi recipiat. Qui ergo dicit Deo, *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua,* non omnimodo expers eius est, velut pecus; nec ita, quamvis homo, ut in eorum numero deputandus sit, qui *ambulant in vanitate mentis suae, obscurati intelligentia, alienati a via Dei.* Nam si talis esset, nec hoc diceret. Non autem parvi est intellectus, nosse a quo poscendus

de Dios. Porque, si fuese tal, ni aun diría esto, pues no es pequeño entendimiento saber a quién ha de pedirse el conocimiento. De aquí ha de ponderarse cuán profundamente deban entenderse los divinos mandamientos, siendo así que para aprenderlos aún pide que se le dé entendimiento el que dijo antes que los entendía y que guardaba los dichos de Dios.

4. Lo que dijeron los latinos, traduciendo el texto griego, *da mihi intellectum,* dame entendimiento, lo dice el texto griego más concisamente: *sinetison me*. El griego compendia en un verbo, *sinetison,* el *da mihi intellectum*. El latín no puede hacerlo. Así como, si no se pudiese decir en latín *sana me,* sáname, se diría *da mihi sanitatem,* como aquí, *da mihi intellectum,* o se diría *sanum me fac,* como aquí también puede decirse *intelligentem me fac,* hazme inteligente. Esto ciertamente pudo hacerlo un ángel, pues dijo a Daniel: *Vine a darte entendimiento;* y allí, en el texto griego, se halla el mismo verbo que aquí: *sinetisai se,* como si el latino dijera *sanitatem dare tibi,* vine a darte la salud, a lo que el griego decía "vine a sanarte". Luego el traductor latino no hubiera usado de circunloquio, diciendo: *intellectum dare tibi,* si como pudo decir sobre la sanidad: *sanare te,* vine a sanarte, pudiera haber dicho del entendimiento: *intellectuare te*. Pero si esto puede hacerlo un ángel, ¿por qué pide éste a Dios que se lo haga? ¿Acaso porque Dios mandó al ángel que lo hiciera? Así es sin duda, porque se entiende que Cristo mandó al ángel que lo hiciera allí en donde el profeta dice: *Y sucedió que, al ver yo, Daniel, la visión y preguntar por su inteligencia, he aquí que se presentó delante de mí como una figura de hombre, y oí la voz de un hombre entre el Ubal, y llamó y dijo: "Haz que entienda la visión"*. En aquel pasaje se consigna el mismo verbo griego que aquí, a saber, *sinetison*. Así, pues, Dios, que es luz, ilumina por sí mismo las mentes piadosas para que entiendan las cosas divinas que se dicen o muestran. Pero si para ello usa del ministerio de un ángel, puede también el ángel hacer algo en la mente del hombre para que perciba la luz de Dios, y por ella entienda. Pero se dice que da entendimiento al hombre y, por decirlo así, que le intelectualiza, a la manera que se dice que alguno da luz a la casa o que la ilumina al abrir una ventana, sin que él penetre y la ilumine con su luz, sino que abre el paso por el cual penetra la luz y es iluminada la casa. Pero el sol que penetra por la ventana e ilumina a la casa, no creó la casa, o al hombre, que hizo la ventana; o mandó a alguno que se hiciera, o ayudó al que la hizo, o ejecutó algo para abrir el paso por el que introdujera su luz; mas Dios hizo también la mente racional e intelectual del hombre, por la que pudiera percibir su luz; e hizo también el ángel, de tal modo que pudiera obrar algo con lo que ayudara a la mente humana a recibir la luz de Dios; y también ayuda a la mente para que reciba la operación angélica; y la ilumina por sí mismo, de suerte que no sólo aprovechando vea las cosas que se muestran por la verdad, sino la misma verdad. Como hemos hablado largamente, aunque, según me parece, de cosas necesarias, dejemos a un lado los versillos siguientes de este salmo para otro sermón y demos fin al presente.

sit intellectus. Et cogitandum est quanto sint altius intelligenda divina mandata; quando ad ea discenda sibi adhuc dari intellectum petit, qui iam sic intelligit, et qui eloquia Dei se custodisse ante iam dixit.

4. Quod autem interpretati sunt nostri, *Da mihi intellectum;* brevius dixit graecus, συνέτισόν με: quia uno verbo complexus est, *Da mihi intellectum,* quod est συνέτισον, quod latine uno verbo dici non potest: tanquam si non posset latine dici, sana me; et diceretur, da mihi sanitatem, sicut hic dictum est, *Da mihi intellectum;* aut, sanum me fac, sicut etiam hic dici potest, intelligentem me fac. Quod quidem potuit et angelus facere; nam dixit Danieli, *Veni intellectum dare tibi* (Dan 10,14); et hoc verbum est in graeco, quod etiam hic est, συνετίσαι σε; tanquam si diceret latinus, sanitatem dare tibi, quod graecus dixisset, sanare te. Non enim circumloqueretur latinus interpres dicendo, intellectum dare tibi: si quemadmodum dici potest a sanitate, sanare te, ita dici posset ab intellectu, intellectuare te. Sed si potest hoc et angelus facere, quid est quod iste hoc a Deo sibi poscit ut fiat? An quia Deus angelo iusserat ut faceret? Ita vero: nam Christus intelligitur hoc iussisse angelo ut faceret, eo loco ubi ait Propheta, «Et factum est, cum viderem ego Daniel visum, et quaerebam intellectum, et ecce stetit in conspectu meo ut visus viri, et audivi vocem viri inter Ubal, et vocavit, et dixit, Fac intelligere illum visionem» (ib. 8,15 et 16): et ibi in graeco verbum hoc es quod et hic, id est συνέτισον. Deus itaque per seipsum, quia lux est (Io 1,4.9), illuminat pias mentes, ut ea quae divina dicuntur vel ostenduntur, intelligant. Sed si ad hoc ministro utitur angelo, potest quidem aliquid agere angelus in mente hominis, ut capiat lucem Dei, et per hanc intelligat: sed ita dicitur intellectum dare homini, et quasi, ut ita dicam, intellectuare hominem, quemadmodum quisquam dicitur lucem dare domui, vel illuminare domum, cui fenestram facit; cum eam non sua luce penetret et illustret, sed tantummodo aditum quo penetretur atque illustretur, aperiat. Sed nec sol qui per fenestram illustrat domum, ipse creavit eamdem domum, aut hominem qui fenestram fecit in domo, aut ipse illi iussit ut faceret, aud adiuvit ipse facientem, aut aliquid egit ut aperiretur qua suum lumen infunderet: Deus autem et hominis mentem rationalem atque intellectualem fecit, qua posset capere lumen eius; et angelum talem fecit, qui operari posset aliquid unde ad capiendum lumen Dei mens adiuvaretur humana; et eamdem sic adiuvat mentem, ut angelicam recipiat operationem; et eam sic illuminat de seipso, ut non solum illa quae a veritate monstrantur, sed ipsam quoque proficiendo perspiciat veritatem. Sed quoniam res quidem necessarias, quantum existimo, tamen prolixa disputatione tractavimus, dilatis sequentibus psalmi huius versibus, sermonem istum isto fine claudamus.

SERMÓN 19

1 [v.73]. Nuestro Señor Jesucristo pide en este salmo por medio del profeta, como para sí, que Dios dé entendimiento a su Cuerpo, que es la Iglesia, para que conozca los mandamientos de Dios. Pues, hallándose la vida de su Cuerpo, es decir, de su pueblo, oculta con El en Dios y padeciendo El necesidad en este Cuerpo, pide lo que necesitan sus miembros, y así dice: *Tus manos me hicieron y me formaron; dame entendimiento para que aprenda tus mandamientos.* "Puesto que tú me formaste—dice—, refórmame a fin de que se haga en el Cuerpo de Cristo lo que dice el Apóstol: *Transformaos con la renovación de vuestro conocimiento.*"

2 [v.74]. *Los que temen*—dice—*me verán y se regocijarán;* o como escriben otros códices: *Se alegrarán, porque esperé en tus palabras,* es decir, en las cosas que prometiste, para que los hijos de la promesa sean descendencia de Abrahán, en quien son bendecidas todas las gentes. Pero ¿quiénes son los que temen a Dios y a quién verán y se alegrarán, porque esperó en las palabras de Dios? Si esta voz proferida por Cristo es del Cuerpo de Cristo, es decir, de la Iglesia; o si es propia de Cristo proferida en la Iglesia o por ella, ¿por ventura no están ellos entre los que temen a Dios? ¿Quién es aquel a quien ven y se regocijan? ¿Acaso el pueblo se ve a sí mismo y se regocija, y por eso se dijo: *Los que te temen verán y se alegrarán, porque esperé en tus palabras;* o como más exactamente lo consignaron otros diciendo: *sobreesperé;* como si se dijera: *Los que te temen verán* tu Iglesia *y se regocijarán, porque sobreesperé en tus palabras,* siendo la Iglesia aquellos que ven la Iglesia y se regocijan? Pero ¿por qué no dijo entonces: "Los que te temen me ven y se regocijan", sino que consignó en presente: *Los que te temen,* y en futuro: *verán y se regocijarán?* ¿Acaso se dijo así porque el temor tiene lugar en el tiempo presente, es decir, mientras que la vida humana es una continua tentación sobre la tierra, y la alegría que aquí quiso dar a entender tendrá lugar cuando los justos resplandezcan como el sol en el reino de su Padre? de aquí es que también se lee en otro salmo: *¡Cuán grande es, Señor, la abundancia de tu dulzura, que escondiste para los que te temen!* Así, pues, ahora, mientras temen, aún no ven; pero verán y se regocijarán, porque allí prosigue: *y la completaste en los que esperan en ti,* y aquí dice: *porque esperé o sobreesperé en tus palabras,* a fin de que por un verbo compuesto, y consignado con el mayor cuidado por el traductor, entendamos *que Dios es poderoso para hacer más de lo que pedimos y entendemos;* por tanto, estando estas palabras sobre lo que pedimos y entendemos, es poco esperarlas; debemos sobreesperarlas.

3 [v.75-76]. Luego como todavía teme la Iglesia, que está en este siglo y aún no se ve en el reino, en el que tendrá regocijo seguro, sino que trabaja entre peligrosas tentaciones en este mundo, en donde oye: *El que cree estar en pie, tema no caiga;* considerando también la miseria de esta mortalidad, sobre la cual pende un pesado yugo sobre los hijos de Adán desde el día de su nacimiento hasta el día de su sepultura en la madre común de

SERMO XIX

1 [v.73]. Dominus Iesus in hoc psalmo per Prophetam, tanquam sibi, petivit intellectum dari a Deo corpori suo quod est Ecclesia, ad Dei mandata discenda. Cum ipso enim vita corporis eius, hoc est populi eius, abscondita est in Deo (Col 3,3), et ipse in eodem corpore suo indigentiam patitur, et poscit quod membris suis est necessarium. *Manus tuae,* inquit, *fecerunt me, et plasmaverunt me; da mihi intellectum, ut discam mandata tua.* Quia tu, inquit, formasti, tu reforma; ut fiat in corpore Christi, quod ait Apostolus, *Reformamini in novitate sensus vestri* (Rom 12,2).

2 [v.74]. *Qui timent te,* inquit, *videbunt me, et iucundabuntur;* vel, sicut habent alii codices, *laetabuntur, quoniam in verba tua speravi:* id est, in ea quae promisisti, ut sint promissionis filii, semen Abrahae, in quo benedicuntur omnes gentes (Gen 12,3; et 26,4). Qui sunt autem qui timent Deum, et quem videbunt et laetabuntur, quoniam in verba Dei speravit? Si corpus Christi est, id est Ecclesia, cuius est vos ista per Christum, vel in ipsa et de ipsa, tanquam de seipso ista vox Christi est; numquid non ipsi sunt in eis qui timent Deum? Quis est ergo ille quem vident, et iucundantur? An populus ipse se videt, et iucundatur, et sic dictum est, *Qui timent te, videbunt me, et laetabuntur, quia in verba tua speravi;* vel sicut alii dilengtius expresserunt, *supersperavi:* tanquam diceret, *Qui timent te, videbunt* Ecclesiam tuam, *et iucundabuntur, quia in verba tua supersperavi;* cum ipsi sint Ecclesia, qui vident Ecclesiam et iucundantur? Sed cur non dixit, qui timent te, vident me, et iucundantur: sed *timent te,* verbum praesentis temporis posuit; *videbunt* autem et *iucundabuntur,* futuri temporis verba sunt? An quia in praesenti tempore timor est, quamdiu tentatio est vita humana super terram (Iob 7,1); iucunditas autem quam voluit hic intelligi, tunc erit quando iusti fulgebunt in regno Patris sui sicut sol? (Mt 13,43). Hinc enim etiam illud in alio psalmo legitur, «Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te!» Nunc ergo quamdiu timent, nondum vident; sed «videbunt», et «iucundabuntur»; quia et illic sequitur, «Perfecisti autem sperantibus in te» (Ps 30,20.21); et hic, «quia in verba tua speravi», «vel, «supersperavi»: ut in verbo ita composito et cura interpretis diligentioris expresso, etiam illud intelligamus, quod *potens est Deus facere supra quam petimus et intelligimus* (Eph 3,20); ut quia *supra quam petimus et intelligimus* sunt, parum sit ea sperare, sed debeamus supersperare.

3 [v.75.76]. Quia ergo adhuc timet Ecclesia quae in hac vita est, et nondum se videt in eo regno ubi erit eius secura iucunditas, sed inter periculosas tentationes in hoc mundo laborat, ubi audit, *Qui se putat stare, videat ne cadat* (1 Cor 10,12); considerans huius mortalitatis miseriam, in qua iugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre

todos, puesto que por la carne, que codicia contra el espíritu, también los regenerados se ven forzados a gemir bajo su opresión, dice teniendo en cuenta todo esto: *Conocí, Señor, que tus juicios son justicia; y con la verdad me has humillado. Cúmplase tu misericordia y me consuele, según tu palabra dada a tu siervo.* La misericordia y la verdad se recomiendan tanto en la Sagrada Escritura, que, hallándose en muchos lugares de ella, de modo especial se consignan en los salmos, y en uno de ellos se dice: *Todos los caminos del Señor son misericordia y verdad.* Aquí también se consignó primeramente la verdad, con la cual somos humillados hasta la muerte por designio de Aquel cuyos juicios son la misma justicia; después la misericordia, por la que somos restablecidos a la vida por promesa de Aquel cuyo beneficio es gracia. De aquí que dice: *Según tu palabra dada a tu siervo;* esto es, según lo que prometiste a tu siervo. Pero ya se entienda por esto la regeneración, por la cual somos adoptados aquí por hijos de Dios; o la fe, la esperanza y la caridad, tres cosas que se edifican en nosotros aunque procedan de la misericordia de Dios, sin embargo, en esta calamitosa y procelosa vida sólo son consuelo de desgraciados, no gozo de bienaventurados; por eso se dice: *Cúmplase tu misericordia para que me consuele.*

4 [v.77]. Pero como después de estas cosas y por medio de ellas también han de venir las otras, prosigue y dice: *Vengan a mí tus conmiseraciones, y viviré.* Viviré ciertamente cuando de ningún modo podré temer el morir, pues únicamente se llama vida la eterna, y no debe entenderse otra por tal fuera de la sempiterna

matris eorum sic in omnibus pertenditur usque in diem sepulturae in matrem omnium (Eccli 40,1), ut propter carnem concupiscentem adversus spiritum (Gal 5,17), etiam regenerati gemere sub eius gravitate cogantur: hoc ergo considerans, «Cognovi», inquit, «Domine, quia iustitia iudicia tua, et veritate humiliasti me. Fiat misericordia tua, et consoletur me secundum eloquium tuum servo tuo». Misericordia et veritas ita divino eloquio commendantur, ut cum in multis inveniantur locis, maxime in Psalmis, quodam etiam loco legatur, *Universae viae Domini misericordia et veritas* (Ps 24,10). Et hic quidem primo veritatem posuit, qua humiliati sumus in mortem, iudicante illo cuius iudicia iustitia est: deinde misericordiam, qua instauramur ad vitam, prommittente illo cuius beneficium gratia est. Ideo ait, *secundum eloquium tuum servo tuo:* id est, secundum quod promisisti servo tuo. Sive ergo regeneratio qua hic in Dei Filios adoptamur, sive fides et spes et charitas quae tria aedificantur in nobis, quamvis de misericordia Dei veniant; tamen in hac aerumnosa et procellosa vita solatia sunt miserorum, non gaudia beatorum: ideo dictum est, *Fiat misericordia tua, ut consoletur me.*

4 [v.77]. Sed quia post haec et per haec etiam illa ventura sunt; ideo sequitur, *Veniant mihi miserationes tuae, et vivam.* Tunc enim vere vivam, quando nihil potero timere, ne moriar. Ipsa enim et sine ullo additamento dicitur vita, nec intelligitur nisi aeterna et beata, tanquam

bienaventurada. Como que solamente debe llamarse vida ésta, puesto que, en su comparación, la que ahora vivimos debe llamarse más bien muerte que vida. Y así se dice en el Evangelio: *Si quieres venir a la vida, guarda los mandamientos.* ¿Por ventura añadió "eterna" o "bienaventurada"? También, hablando de la resurrección de la carne, dice: *Los que obran bien irán a la resurrección de vida,* y tampoco añade aquí "eterna" o "bienaventurada". Del mismo modo, dice aquí: *Vengan a mí tus conmiseraciones, y viviré,* sin añadir *eternamente* o "viviré" *bienaventuradamente"*; como que vivir no es más que vivir sin fin y sin calamidad alguna. Pero ¿en virtud de qué conseguirá esto? *Porque tu ley*—dice—*es mi meditación.* Si esta meditación no se basase en la fe que obra por el amor, jamás podría llegar alguno por medio de ella a aquella vida. Me creí en el deber de decir esto para que nadie, habiendo aprendido de memoria toda la ley y habiéndola cantado frecuentemente, piense que, no callando lo que manda, aunque no viva según manda, ha hecho lo que lee: *Porque tu ley es mi meditación,* y así crea que por esto ha de conseguir lo que pidió por este ejercicio meritorio en las palabras anteriores cuando dijo: *Vengan sobre mí tus conmiseraciones, y viviré.* Esta meditación es pensamiento del que ama; y del que ama tanto, que no se entibia en él la caridad de esta meditación por más que se acumule y le cerque la iniquidad ajena.

5 [v.78]. A continuación prosigue y dice: *Avergüéncense los soberbios, porque injustamente cometieron maldad contra mí; pero yo me ejercitaré en tus mandamientos.* Ved a lo que llama

sola dicenda sit vita, in cuius comparatione ista quam ducimus, mors potius sit appellanda quam vita: quale illud est in Evangelio, *Si vis venire ad vitam, serva mandata* (Mt 19,17). Numquid addidit, aeternam, vel, beatam? Item de resurrectione carnis cum loqueretur, *Qui bene fecerunt,* inquit, *in resurrectionem vitae* (Io 5,29): neque hic ait, aeternae, seu, beatae. Sic et hic, *Veniant,* inquit, *mihi miserationes tuae, et vivam:* neque hic ait, in aeternum vivam, vel, beate vivam; quasi aliud non sit vivere, quam sine ullo fine et sine ulla miseria vivere. Sed hoc quo merito? *Quia lex,* inquit, *tua meditatio mea est.* Haec meditatio nisi esset in fide, quae per dilectionem operatur (Gal 5,6), nunquam propter eam posset ad illam vitam quispiam pervenire. Hoc dicendum putavi, ne quisquam, cum totam legem memoriae mandaverit, eamque creberrima recordatione cantaverit, non tacens quod praecipit, nec tamen vivens ut praecipit, arbitretur se fecisse quod legit, *Quia lex tua meditatio mea est;* et hinc se adepturum existimet, quod verbis superioribus propter hoc meritum postulavit, ubi dictum est, *Veniant super me miserationes tuae, et vivam.* Haec meditatio amantis est cogitatio, et tantum amantis, ut charitas non frigescat huius meditationis suae, quantalibet abundantia constipetur iniquitatis alienae (Mt 24,12).

5 [v.78]. Denique sequitur, et dicit, *Confundantur superbi, quoniam iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in manda-*

meditación de la ley de Dios; o, mejor dicho, ved que la meditación es el cumplimiento de la ley de Dios.

6 [v.79]. *Vuélvanse a mí los que temen y los que conocen tus testimonios.* En algunos códices tanto latinos como griegos se dice: *Vuélvanse para mí,* lo que creo que vale tanto como *a mí.* Pero ¿quién es el que dice esto? Pues no parece que hombre alguno se atreva a decirlo; o, si lo dijere, que se le deba oír. Sin duda, éste es Aquel que más arriba introdujo su propia voz, diciendo: *Yo participo de todos los que te temen,* porque participó de nuestra mortalidad para que nosotros participásemos de su divinidad. Nosotros participamos de *Uno* para vivir y El participa de *muchos* para morir. A éste, pues, se vuelven los que temen a Dios y los que conocen los testimonios de Dios, anunciados acerca de El con gran antelación por los profetas y declarados poco después en presencia de El por los milagros.

7 [v.80]. *Sea mi corazón inmaculado en tus justificaciones para que no sea avergonzado.* Ahora vuelve a proferir la voz de su Cuerpo, es decir, de su pueblo santo, y pide que se haga inmaculado su corazón, esto es, el corazón de sus miembros, por las justificaciones de Dios, no por las fuerzas de ellos, pues pidió esto y no presumió. Lo que añadió: *para que no sea confundido o avergonzado,* es parecido a lo que se consignó en los primeros versillos de este salmo, en donde dijo: *Ojalá que sean enderezados mis caminos para guardar tus justificaciones; entonces no seré confundido al mirar todos tus mandamientos.* Lo que allí se expresó

tis tuis. Ecce quod ait, meditatio legis Dei, vel potius meditatio lex Dei.

6 [v.79]. *Convertantur,* inquit, *ad me qui timent te, et qui cognoscunt testimonia tua.* In nonnullis codicibus invenimus et graecis et latinis, *Conventantur mihi;* quod tantumdem valere existimo, quantum si dicatur, *ad me.* Sed quis est iste qui hoc dicit? Non enim quisquam hominum hoc dicere audebit, aut si dicat, audiendus est. Nimirum ergo ille est qui etiam superius interposuit proprietatem vocis suae, dicens: *Particeps ego sum omnium timentium te.* Quia factus est particeps mortalitatis nostrae, ut et nos participes divinitatis ipsius fieremus; nos unius participes ad vitam, ad mortem vero particeps ille multorum. Ipse est enim ad quem convertuntur timentes Deum, et qui cognoscunt Dei testimonia, de illo per Prophetas tanto ante praedicta, in eius praesentia per miracula paulo ante monstrata.

7 [v.80]. *Fiat,* inquit, *cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, ut non confundar.* Redit ad vocem corporis sui, sancti scilicet populi sui, et iam immaculatum fieri cor suum precatur, hoc est cor membrorum suorum; in iustificationibus Dei, non in viribus eorum: poposcit enim hoc, non praesumpsit. Quod autem addidit, *Ut non confundar;* tale aliquid et in primis huius psalmi versibus invenitur, ubi dixit, *Utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas: tunc non confundar, cum inspicio in omnia mandata tua.* Quod ibi, quia dixit, *Utinam,* uno verbo significavit optantis; hoc isto loco apertioribus verbis expressit

con una sola palabra del que desea, diciendo *ojalá,* aquí se manifestó con palabras más claras, consignando *sea mi corazón inmaculado,* a fin de que ni en aquella ni en esta sentencia, que viene a ser una misma, se perciba la audacia del libre albedrío, que se apropia de aquello que debe esperar de la gracia. También lo que dice allí: *entonces no seré confundido,* es lo mismo que dice aquí: *para que no sea confundido o avergonzado.* El corazón de los miembros, es decir, del Cuerpo de Cristo, se hace inmaculado con la gracia de Dios, que se comunica por la Cabeza del Cuerpo, es decir, por nuestro Señor Jesucristo, mediante el bautismo de la regeneración, en el cual se borran todos nuestros pecados por la ayuda del Espíritu, con la cual codiciamos contra la carne para no ser vencidos en nuestra lucha; y por la eficacia de la oración dominical, en la que decimos: *Perdónanos nuestras deudas.* Así, pues, habiéndosenos dado la regeneración, siendo ayudados en el combate y habiéndonos postrado en oración, nuestro corazón se hace inmaculado para que no seamos confundidos, porque también esto pertenece a las justificaciones de Dios, ya que entre sus preceptos se manda: *Perdonad, y seréis perdonados; dad, y se os dará.*

SERMÓN 20

1 [v.81]. Con la ayuda de Dios, emprendo la exposición y consideración de la parte de este gran salmo desde donde dice: *Mi alma desfalleció por tu salud, y esperé en tu palabra.* No ha de juzgarse que todo defecto es culpa o pena, pues hay un defecto laudable o deseable. Siendo contrarias entre sí estas dos cosas, el

orantis, dicendo, *Fiat cor meum immaculatum:* ut nec in illa, nec in ista sententia, quae utraque una est, inveniatur audacia de libero arbitrio contra gratiam confidentis. Quod autem ait ibi, *Tunc non confundar;* hoc ait hic, *Ut non confundar.* Fit ergo cor immaculatum membrorum et corporis Christi, gratia Dei per ipsum corporis caput, hoc est per Iesum Christum Dominum nostrum, per regenerationis lavacrum (Tit 3,5), ubi abolita sunt omnia praeterita peccata nostra; per spiritus adiutorium, per quod concupiscimus adversus carnem (Gal 5,17), ne vincamur in pugna nostra; per dominicae orationis effectum, in qua dicimus, *Dimitte nobis debita nostra* (Mt 6,12). Ita donata nobis regeneratione, adiuta conflictione, fusa precatione, fit cor nostrum immaculatum, ut non confundamur: quia et hoc ad iustificationes Dei pertinet, quando inter eius alia praecepta praecipitur, *Dimittite, et dimittetur vobis; date, et dabitur vobis* (Lc 6,37 et 38).

SERMO XX

1 [v.81]. Adiuvante Domino, istam magni huius psalmi partem considerandam exponendamque suscepimus, ubi dicit, *Defecit in salutare tuum anima mea, et in verbum tuum speravi.* Non omnis defectus vel culpae putandus est esse, vel poenae: est etiam defectus laudabilis vel

aprovechar y el desfallecer, cuando no se indica o se sobrentiende en qué se aprovecha o se desfallece, comúnmente se toma el progreso en buen sentido, y el desfallecimiento en malo. Pero, cuando se indica, puede también entenderse el aprovechar en mal sentido, y el desfallecer en bueno. Así, claramente dice el Apóstol: *Evita las profanas novedades de palabras, porque aprovechan mucho para el mal;* y también dice de algunos: *Aprovechan en peor.* Igualmente, el defecto del bien es malo para el mal, y el defecto del mal es bueno para el bien. Del buen defecto se dijo: *Mi alma desea y desfallece por los atrios del Señor.* Aquí no dice: *Mi alma desfalleció "de tu" salud,* sino: *Desfalleció "por tu" salud;* esto es, desfalleció anhelando tu salud. Luego este defecto es bueno, pues indica deseo del bien que aún no ha conseguido, pero lo anhela avidísima y vehementísimamente. ¡Y quién dice esto? *El linaje escogido, el sacerdocio real, la gente santa, el pueblo de adquisición;* y lo dice desde el origen del género humano hasta el fin de este siglo, en aquellos que en su respectivo tiempo vivieron, viven y vivirán aquí deseando a Cristo. Testigo de esto es el santo anciano Simeón, el cual, habiendo tomado en sus manos al Señor siendo niño, dijo: *Ahora, Señor, despacha en paz a tu siervo, según tu palabra, porque vieron mis ojos tu salud.* Dios le había vaticinado que no moriría antes de ver al Cristo del Señor. El mismo deseo que tuvo este anciano ha de creerse que lo tuvieron todos los santos de los tiempos pasados. De aquí es que el mismo Señor dijo a sus discípulos: *Muchos profetas y reyes desearon ver lo que vosotros veis, y no lo vieron; y oír lo que oís, y no lo oyeron;* de suerte que también de ellos es esta voz: *Mi*

optabilis. Nam cum sint inter se duo ista contraria, proficere et deficere; usitatius profectus in bono accipitur, defectus in malo, quando non additur vel subintelligitur in quid proficiatur vel deficiatur: cum vero additur, potest et malum esse proficere, bonumque deficere. Aperte quippe dixit Apostolus, *Profanas autem verborum novitates evita: multum enim proficient ad impietatem* (2 Tim 2,16): ait et de quibusdam, *Proficient in peius* (ib. 3,13). Ita et defectus a bono in malum malus est, a malo in bonum bonus est. Bono quippe defectu dictum est, *Desiderat et deficit anima mea in atria Domini* (Ps 83,3). Sic et hic non ait, Defecit a salutari tuo; sed, *Defecit in salutare tuum,* hoc est, ad salutare tuum, *anima mea.* Bonus est ergo iste defectus: indicat enim desiderium boni, nondum quidem adepti, sed avidissime ac vehementissime concupiti. Sed quis hoc dicit nisi genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis (1 Ptr 2,9), ab origine generis humani usque ad huius saeculi finem, in eis qui suo quique tempore hic vixerunt, vivunt, victuri sunt, desiderans Christum? Teste sanctissimo sene Simeone, qui cum eum infantem accepisset in manus, dixit, *Nunc dimittis, Domine, servum tuum, secundum verbum tuum in pace; quoniam viderunt oculi mei salutare tuum.* Acceperat enim responsum divinum, non se gustaturum mortem, nisi vidisset Christum Domini (Lc 2,29.30.26). Quale autem

alma desfalleció por tu salud. Luego ni entonces cesó este deseo de los santos, ni cesa ahora hasta el fin del siglo en el Cuerpo de Cristo, que es la Iglesia, hasta tanto que venga el Deseado de todas las gentes, como se prometió por el profeta Ageo. Por esto dice el Apóstol: *Sólo me resta la corona de justicia, la cual me dará el Señor, justo juez, en aquel día; y no solamente a mí, sino también a todos los que aman su manifestación o aparición.* Así, pues, este deseo del que ahora tratamos procede del amor de su manifestación, de la cual dice asimismo: *Cuando apareciere Cristo, nuestra vida, entonces también vosotros apareceréis, juntamente con El, en gloria.* Luego en los primeros tiempos de la Iglesia, antes del parto de la Virgen, hubo santos que desearon la venida de su encarnación, y en los tiempos actuales, contados a partir desde que subió al cielo, hay santos que anhelan su manifestación o aparición, en la que ha de juzgar a los vivos y a los muertos. Este deseo de la Iglesia no ha cesado ni por un momento desde el principio del siglo, ni cesará hasta el fin de él, fuera del tiempo que el Señor permaneció en este mundo tratando con sus discípulos. De suerte que convenientemente se entiende que es voz de todo el Cuerpo de Cristo, que suspira en esta vida, la siguiente: *Mi alma desfalleció por tu salud, y esperé en tu palabra,* es decir, en tu promesa; cuya esperanza hace que se espere con paciencia lo que aún no se ve por los creyentes. También emplea aquí el texto griego aquel verbo que algunos traductores latinos prefirieron

desiderium fuit in isto sene, tale fuisse credendum est in omnibus superiorum temporum sanctis. Unde et ipse Dominus discipulis ait, *Multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt; et audire quae auditis, et non audierunt* (Mt 13,17): ut ipsorum etiam vox hoc loco agnoscatur, *Defecit in salutare tuum anima mea.* Nec tunc ergo quievit hoc desiderium sanctorum, nec nunc quiescit in Christi corpore quod est Ecclesia, usque ad terminum saeculi, donec veniat *Desideratus cunctis gentibus,* sicut promittitur per prophetam (Agg 2,8). Propter quod dicit Apostolus: «Superest mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illo die iustus iudex; non solum autem mihi, sed et omnibus qui diligunt manifestationem eius» (2 Tim 4,8). Hoc itaque desiderium de quo nunc agimus, de dilectione consurgit manifestationis eius; de qua item dicit: *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria* (Col 3,4). Prima ergo tempora Ecclesiae ante Virginis partum, sanctos habuerunt qui desiderarent incarnationis eius adventum: ista vero tempora ex quo ascendit in caelum, sanctos habent qui desiderent eius manifestationem ad vivos et mortuos iudicandos. Neque hoc Ecclesiae desiderium ab initio usque in finem saeculi requievit aliquantum, nisi quamdiu hic cum discipulis in carne versatus est, ut totius corporis Christi in hac vita gementis vox convenienter intelligatur, *Defecit in salutare tuum anima mea, et in verbum tuum speravi:* hoc est in promissum; quae spes facit ut per patientiam exspectetur quod a credentibus non videtur (Rom 8,25). Etiam hic graecus

verter por *supersperavi,* sobreesperé; porque, sin duda, es esperar más de lo que puede decirse.

2 [v.82]. *Desfallecieron*—dice—*mis ojos por tu dicho, diciendo: "¿Cuándo me consolarás?"* Ved aquí de nuevo aquel defecto laudable y dichoso de los ojos, pero de los ojos interiores, que no procede de la flaqueza del alma, sino de la constancia del deseo de la promesa de Dios, pues esta promesa se encierra en las palabras *in eloquium tuum,* en tu dicho. ¿De qué modo dicen estos ojos: *Cuándo me consolarás?* Al orar y gemir con la intención y esperanza de esto. La lengua es la que habla; los ojos no suelen hablar; sin embargo, en cierta manera, el deseo de la oración es la voz de los ojos. En lo que dice: *¿Cuándo me consolarás?,* da a entender que padece alguna tardanza. De aquí también aquello de otro salmo: *Y tú, ¡oh Señor!, ¿hasta cuándo?* Esto acontece o para que sea más dulce la retardada alegría, o porque es un sentimiento de los que desean, que parece prolongado al que ama aun cuando sea breve para el donante. El Señor, que ordena todo con número, peso y medida, conoce cuándo ha de hacer lo que hace.

3 [v.83]. Sin duda, debido a los ardientes deseos espirituales, se entibian los deseos carnales; por esto prosigue el salmista: *Porque me hice como odre con la escarcha; no me olvidé de tus justificaciones.* Sin duda quiere se entienda por odre la carne de esta muerte, y por escarcha el beneficio del cielo, con lo cual, como retenidos por el frío, se entorpecen los apetitos de la carne; y por esto acontece que no se apartan de la memoria las justificaciones de Dios al no pensar otra cosa, porque sucede lo que dice el Apóstol: *No hagáis caso de la carne en sus apetitos.* De aquí que, habiendo dicho: *Porque me hice como odre con la escarcha,* añade: *no me olvidé de tus justificaciones;* esto es, no me olvidé porque me hice tal. Pues se entorpeció el hervor del apetito para que hirviese la memoria de la caridad.

4 [v.84]. *¿Cuántos son los días de tu siervo? ¿Cuándo me harás justicia contra los perseguidores?* En el Apocalipsis dicen esto los mártires y se les impone que tengan paciencia hasta que que se complete el número de los hermanos. El Cuerpo de Cristo pregunta sobre los días que ha de permanecer en este mundo. Y para que nadie piense que desaparecerá la Iglesia de aquí antes que venga el fin del mundo, y, por tanto, que habrá algún tiempo en este siglo en el cual no haya Iglesia en la tierra, al ser preguntado el Señor sobre los días de ella, menciona el juicio, sin duda para demostrar que ella también ha de estar en la tierra hasta el juicio, en el que se tomará venganza de los perseguidores. Si a alguno le inquieta por qué pregunta el salmista lo que preguntaron los discípulos al Maestro cuando les respondió: *No os toca a vosotros conocer los tiempos que el Padre puso en su poder,* ¿por qué no le diremos que en este pasaje del salmo se profetizó que ellos le habían de preguntar esto mismo y que la voz de la Iglesia, que anunció aquí con tanta antelación, se cumplió en su pregunta?

5 [v.85]. Lo que sigue: *Los inicuos me contaron deleites,*

illud verbum habet, quod quidam nostri interpretes *supersperavi* transferre maluerunt; quia procul dubio plus futurum est, quam dici potest.

2 [v.82]. *Defecerunt,* inquit, *oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?* Ecce rursus in oculis, sed utique interioribus, laudabilis et felix ille defectus, non veniens ex infirmitate animi, sed ex fortitudine desiderii in promissum Dei: hoc enim ait, *in eloquium tuum.* Quomodo autem tales oculi dicunt, *Quando consolaberis me?* nisi cum tali intentione et exspectatione oratur et gemitur? Lingua enim loqui, non oculi solent: sed oculorum quodammodo vox est desiderium orationis. Verum in eo quod ait, *Quando consolaberis me?* tanquam moras se perpeti ostendit. Unde est etiam illud, *Et tu, Domine, quousque?* (Ps 6,4). Quod aut ideo fit ut dulcior veniat dilata iucunditas, aut iste sensus est desiderantium, cum spatium temporis, etiam quod subvenienti breve est, longum est amanti. Novit autem Dominus quid quando faciat, qui in mensura et numero et pondere cuncta disponit (Sap 11,21).

3 [v.83]. Ardentibus autem spiritualibus desideriis, carnalia desideria sine dubitatione frigescunt: propter hoc sequitur, *Quoniam factus sum tanquam uter in pruina; iustificationes tuas non sum oblitus.* Nimirum enim per utrem carnem mortis huius, per pruinam vero caeleste beneficium vult intelligi, quo carnis concupiscentiae velut frigore cohibente torpescunt: et fit hinc ut iustificationes Dei de memoria non labantur, dum non cogitatur aliunde; quoniam fit quod ait Apostolus, *Carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis* (Rom 13,14). Ideo cum dixisset, *Quoniam factus sum tanquam uter in pruina;* subiecit, *Iustificationes tuas non sum oblitus:* hoc est, ideo non sum oblitus, quoniam talis factus sum. Fervor enim cupiditatis obtorpuit, ut ferveret memoria charitatis.

4 [v.84]. *Quot sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me iudicium?* In Apocalypsi est ista vox martyrum, et eis imperatur patientia donec fratrum eorum numerus impleatur (Ap 6,10.11). De diebus ergo suis interrogat corpus Christi, qui futuri sunt in hoc saeculo. Et ne quisquam putaret ante hic Ecclesiam non futuram, quam finis saeculi venerit, et aliquid temporis futurum in hoc saeculo, quo Ecclesia iam non sit in terris; propterea cum quaesisset de diebus suis, adiunxit etiam de iudicio, profecto demonstrans usque ad iudicium, in quo de persecutoribus eius est futura vindicta, ipsam quoque in terris futuram. Si autem quemquam movet cur quaerat quod cum discipuli quaererent, Magister respondit, *Non est vestrum scire tempora, quae Pater posuit in sua potestate* (Act 1,7); cur non credamus isto loco psalmi huius esse prophetatum hoc ipsum illos fuisse quaesituros, et Ecclesiae vocem, quae hic tanto ante praedicta est, illorum interrogatione completam?

5 [v.85]. Quod autem sequitur, *Narraverunt mihi iniqui delectatio-*

pero no son como tu ley, ¡oh Señor!, los intérpretes latinos lo tradujeron unos de un modo y otros de otro; pues lo que los griegos llaman *adolesjias,* al no poderse expresar en latín con una sola palabra, unos tradujeron diciendo *delectationes,* deleites; otros, *fabulationes,* fábulas o conversaciones, para que así, con razón, se entienda que son ciertos ejercicios de palabra y con deleite. Estos ejercicios o prácticas literarias existen en diversas escuelas y profesiones de estudios profanos; también los judíos, además de la Sagrada Escritura, tienen estos ejercicios, que llaman *deuterosis,* tradiciones, que contienen mil fábulas; y los tiene la errónea y vana locuacidad de los herejes. A todos éstos quiso encerrar entre los inicuos, y dice que le narran *adolesjias,* esto es, ejercicios o certámenes deleitosos de palabras; pero dice *que no son como tu ley, ¡oh Señor!,* porque en ella me deleita la verdad, no la palabra.

6 [v.86]. A continuación añade: *Todos tus mandamientos son verdad; injustamente me persiguieron; ayúdame.* Todo el sentido depende de las palabras anteriores: *¿Cuántos son los días de tu siervo? ¿Cuándo me harás justicia contra mis perseguidores?* Para perseguirme me contaron los deleites de sus habladurías, pero yo antepuse a ellos tu ley, la cual me deleitó más; porque *todos tus mandamientos son verdad* y no abundan en palabras, como su vanidad. Y por esto *injustamente me persiguieron,* porque sólo perseguían en mí la verdad. Luego *ayúdame* para luchar por la verdad hasta la muerte, porque éste es también tu mandamiento, y, por tanto, también es verdad.

nes; sed non sicut lex tua, Domine: eas sic transferre voluerunt interpretes nostri, quas Graeci ἀδολεσχίας vocant, quod usque adeo uno verbo nequaquam dici latine potest, ut aliqui, *delectationes,* aliqui, *fabulationes* eas dicerent; ut non immerito accipiatur esse quidem illas exercitationes, sed in sermone cum quadam delectatione. Has vero habent in diversis sectis ac professionibus, et litterae saeculares, et Iudaeorum quae Deuterosis nuncupatur, continens praeter divinarum canonem Scripturarum millia fabularum; habet eas et haereticorum vana atque errabunda loquacitas. Hos omnes iniquos intelligi voluit, a quibus sibi narratas dicit ἀδολεσχίας, id est exercitationes delectabiles verbis: *Sed non,* inquit, *sicut lex tua, Domine;* quia me in ea veritas, non verba delectant.

6 [v.86]. Denique adiungit: *Omnia mandata tua veritas: iniuste persecuti sunt me, adiuva me.* Et pendet totus de superioribus sensus: *Quot sunt dies servi tui? quando facies de persequentibus me iudicium?* Ut enim persequantur me, narraverunt mihi sermonum suorum delectationes: sed eis praeposui legem tuam, quae ideo plus me delectavit, quia *omnia mandata tua veritas;* non sicut illorum abundat sermonibus vanitas. Ac per hoc *iniuste persecuti sunt me,* quia non in me persecuti sunt nisi veritatem. Ergo *adiuva me,* ut certem pro veritate usque ad mortem; quia et hoc tuum mandatum est, et ideo et hoc veritas est.

7 [v.87]. Al hacer esto, la Iglesia padeció lo que añade: *Por poco no acabaron conmigo en la tierra,* porque se hizo una gran matanza de mártires cuando confesaban y predicaban la verdad. Como no se dijo en vano *ayúdame,* añade: *pues yo no abandoné tus mandamientos.*

8 [v.88]. Mas, para poder perseverar hasta el fin, dice. *Vivifícame según tu misericordia, y guardaré los testimonios de tu boca.* Estos testimonios se denominan en griego *martirios.* No se debió pasar por alto lo que aquí se dijo: *Vivifícame según tu misericordia,* atendiendo al dulcísimo nombre de los mártires, los cuales, sin duda, no hubieran guardado en modo alguno los martirios, los testimonios de Dios, cuando se ensañaba tanto la crueldad de los perseguidores, que por poco no desapareció la Iglesia de la tierra; pues, si no se les hubiera concedido lo que pidieron aquí, *vivifícame según tu misericordia,* hubieran claudicado. Pero fueron vivificados para que no negaran la vida amando la vida, y negándola la perdiesen; y así, los que no quisieron abandonar la verdad por la vida, muriendo por la verdad, vivieron.

SERMÓN 21

1 [v.89]. El hombre, que habla en este salmo como si estuviese disgustado por la mutabilidad de los hombres, por la cual esta vida está llena de tentaciones, hallándose en medio de las tribulaciones, debido a las cuales anteriormente dijo: *Inicuamente me persiguieron,* y: *Por poco no acabaron conmigo en la tierra,* inflamado con el deseo de la celestial Jerusalén,

7 [v.87]. Hoc cum faceret Ecclesia, passa est quod adiunxit, *Paulo minus consummaverunt me in terra:* multa scilicet strage martyrum facta, dum confitentur et praedicant veritatem. Sed quia non frustra dictum est, *Adiuva me; Ego autem,* inquit, *non dereliqui mandata tua.*

8 [v.88]. Atque ut posset perseverare usque in finem, *Secundum misericordiam,* inquit, *tuam vivifica me, et custodiam testimonia oris tui:* quae grecus habet, *Martyria.* Quod tacendum non fuit, propter dulcissimum martyrum nomen, qui procul dubio quando tanta persequentium crudelitas saeviebat, ut Ecclesia paulo minus consummaretur in terra, nullo modo Dei martyria custodirent, nisi fieret eis quod hic oratum est, *Secundum misericordiam tuam vivifica me.* Vivificati sunt enim, ne amando vitam negarent vitam, et negando vitam amitterent vitam: ac sic qui pro vita veritatem deserere noluerunt, moriendo pro veritate vixerunt.

SERMO XXI

1 [v.89]. Homo qui loquitur in isto psalmo, tanquam taederet eum mutabilitatis hominum, unde vita ista tentationibus plena est, inter tribulationes suas, propter quas supra dixerat, *Iniqui persecuti sunt me,* et, *Paulo minus cosummaverunt me in terra;* inflammatus desiderio cae-

miró hacia lo alto y dijo: *Señor, tu palabra permanece eternamente en el cielo;* esto es, en tus ángeles, que sirven sin desertar en la eterna milicia.

2 [v.90]. Después de hablar sobre el cielo, el versillo siguiente toca, por tanto, a la tierra, ya que es el segundo de los ocho que pertenecen a esta letra hebrea *lamed,* pues a cada una de las letras del abecedario hebreo, que consta de veintidós, se asignan ocho versillos hasta terminar este dilatado salmo. *Tu verdad perdura de generación en generación; fundaste la tierra, y permanece.* Mirando después del cielo la tierra con una mirada de mente sincera, encuentra en ella generaciones que no hay en el cielo, y dice: *Tu verdad perdura de generación en generación,* ya sea significando con esta repetición todas las generaciones, de las cuales nunca faltó la verdad de Dios en sus santos, cuándo en pocos, cuándo en muchos, según los tuvo la sucesión de los tiempos; o ya queriendo dar a entender dos determinadas generaciones, a saber, una que pertenece a la ley y los profetas, y otra al Evangelio. Y como declarando el motivo por qué no faltó jamás la verdad en estas generaciones, dice: "*Fundaste*" *la tierra, y permanece,* llamando "tierra" a los que habitan la tierra. *Ninguno puede poner otro "fundamento" fuera del puesto, el cual es Cristo Jesús,* pues también el fundamento de aquella generación a la que pertenecían la ley y los profetas era Cristo, pues de El dan testimonio la ley y los profetas. ¿O es que Moisés y los profetas han de ser contados por hijos de la esclava, que engendra para servidumbre, y no más bien por hijos de la libre, que es nuestra madre, a la cual llama el hombre *madre Sión;* y añade: *El hombre fue hecho en ella y el mismo Altísimo la fundó?* El es, pues, también el Altísimo con el Padre, pero por nosotros se humilló en esta madre; porque el que era Dios sobre ella, *se hizo hombre en ella.* Así, pues, en este fundamento *cimentaste la tierra, y permanece,* porque, afianzada en tal fundamento, no será derruida por los siglos de los siglos y permanecerá en aquellos a quienes has de dar la vida eterna. Pero los que parió la esclava, los cuales pertenecen al Viejo Testamento, en cuyas figuras se hallaba encubierto el Nuevo, como no gustan más que de promesas terrenas, no permanecen, pues *el siervo no permanece eternamente en la casa; por el contrario, el hijo permanece eternamente.*

3 [v.91]. *Por tu ordenanza permanece el día.* Ciertamente, todas estas cosas son día. Y éste es el día que hizo el Señor; nos alegremos y regocijemos en él; y, como en día, caminemos cabalmente. *Porque todas las cosas te sirven.* A saber, todas las cosas de las que hablaba. *Todas las cosas* que pertenecen a este día *te sirven,* pues los impíos, de los que se dice: *Asemejé vuestra madre a la noche,* no te sirven.

4 [v.92]. A continuación contempla el motivo del afianzamiento de esta tierra para que establecida permanezca, y añade: *Si tu ley no hubiera sido mi meditación, entonces quizá hubiera perecido en mi abatimiento.* Esta ley es la ley de la fe; no de la fe vana, sino de la que obra por el amor. Por ésta se con-

lestis Ierusalem; in superna suspexit, et dixit, *In aeternum, Domine, verbum tuum permanet in caelo:* hoc est, in Angelis tuis custodientibus aeternam sine desertione militiam.

2 [v.90]. Sequens autem versus post caelum, pertinet consequenter ad terram. Unus enim versus est eorum octo qui ad istam litteram pertinent. Singulis quippe litteris hebraeis subduntur octoni, donec psalmi huius prolixitas terminetur. *In generationem et generationem veritas tua; fundasti terram, et permanet.* Post caelum ergo terram contuitu fidelis mentis aspiciens, invenit in ea generationes quae in caelo non sunt, et ait, *In generationem et generationem veritas tua:* sive omnes generationes ista repetitione significans, a quibus nunquam defuit veritas Dei in sanctis eius, modo paucioribus, modo pluribus, ut se temporum varietas habuit vel habebit; sive duas quasdam generationes intelligi volens, unam scilicet ad Legem et Prophetas, alteram vero ad Evangelium pertinentem. Cur autem nunquam etiam istis generationibus veritas desit, velut aperiens causam; *Fundasti,* inquit, *terram et permanet:* eos qui in terra sunt, terram nuncupans. Fundamentum autem aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus (1 Cor 3,11). Neque enim et illius generationis ad Legem Prophetasque pertinentis fundamentum non erat Christus, testimonium habens a Lege et Prophetis (Rom 3,21). Aut vero Moyses et Prophetae filii deputandi sunt in servitutem generantis ancillae fuisse, non liberae, quae est mater nostra (Gal 4,24.26); cui, *Mater Sion, dicet homo; et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus?* (Ps 86,5). Ipse est enim et apud Patrem altissimus, et propter nos in ista matre factus humillimus; quoniam qui Deus erat super eam, *homo factus est in ea.* Hoc itaque fundamento, Domine, *fundasti terram, et permanet:* quia in tali fundamento constabilita, non inclinabitur in saeculum saeculi (Ps 103,5); in eis utique permanens quibus es vitam daturus aeternam. Quos autem ancilla peperit, ad vetus testamentum pertinentes, in cuius tamen figuris latebat novum, nihil aliud sapiendo quam promissa terrena, non permanent. Servus enim non manet in domo in aeternum, filius autem manet in aeternum (Io 8,35).

3 [v.91]. *Ordinatione tua permanet dies.* Ista quippe omnia dies: et iste est dies quem fecit Dominus, exsultemus et iucundemur in eo (Ps 117,24); et sicut in die honeste ambulemus (Rom 13,13). *Quoniam omnia serviunt tibi. Omnia* scilicet de quibus loquebatur; *omnia* quae pertinent ad hunc diem, *serviunt tibi.* Impii quippe de quibus dicitur, *Nocti similavi matrem vestram* (Os 4,5, sec.LXX), non serviunt tibi.

4 [v.92]. Deinde respexit unde liberetur haec terra, ut fundata permaneat; atque subiecit, *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forsitam perissem in humilitate mea.* Ista lex fidei est; non inanis fidei, sed quae per dilectionem operatur (Gal 5,6). Per hanc impetratur gratia,

sigue la gracia, la cual constituye hombres valientes en la tribulación temporal para que no perezcan en la debilidad mortal.

5 [v.93]. *No me olvidaré*—dice—*eternamente de tus justificaciones, porque con ellas me diste la vida.* He aquí el motivo de no perecer en su abatimiento. Porque, si Dios no vivifica, ¿qué es el hombre, que pudo matarse, pero que no puede vivificarse?

6 [v.94]. A continuación añade y dice: *Yo soy tuyo; sálvame, porque indagué tus justificaciones.* Lo que se dijo: *Yo soy tuyo,* no ha de pasarse a la ligera. ¿Qué cosa no es de El? ¿Acaso porque se dice que Dios está en los cielos ha de juzgarse que no hay cosa suya en la tierra, siendo así que el salmo clama: *Del Señor es la tierra y cuanto ella contiene, el orbe de la tierra y todos los habitantes de él?* ¿Qué quiso dar a entender éste cuando creyó necesario encomendarse a Dios de un modo tan familiar, diciendo: *Yo soy tuyo; sálvame,* sino que para su mal había querido ser suyo, puesto que la desobediencia es el principal y más pernicioso mal? Ahora, como si dijera: "Quise ser mío, y me perdí", exclama: *Soy tuyo; sálvame, porque indagué tus justificaciones.* No mis quereres, con los que fui mío, sino tus justificaciones, para que en adelante sea tuyo.

7 [v.95]. *Los pecadores*—dice—*me acecharon para perderme, pero yo entendí tus testimonios.* ¿Qué significa *me acecharon para perderme?* ¿Por ventura que se colocaron acechando en el camino, esperando que pasase para matarle? ¿Acaso temía perecer en cuanto al cuerpo? No por cierto. Entonces, ¿qué

quae fortes facit in tribulatione temporali, ne pereant in humilitate mortali.

5 [v.93]. *In aeternum,* inquit, *non obliviscar iustificationum tuarum, quoniam in ipsis vivificasti me.* Ecce unde factum est ut non periret in humilitate sua. Nam Deo non vivificante, quid est homo, qui se occidere potuit, vivificare autem non potest?

6 [v.94]. Subiicit deinde ac dicit: *Tuus sum ego, salvum me fac, quoniam iustificationes tuas exquisivi.* Non transeunter intelligendum est quod dictum est, *Tuus sum ego.* Quid enim non est eius? An forte quia in caelis esse dicitur Deus, ideo putandum est aliquid non esse eius in terra; cum clamet alius psalmus, *Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrae et omnes qui habitant in eo?* (Ps 23,1). Quid est ergo quod iste ita se quodammodo familiarius Deo commendandum putavit, ut diceret, *Tuus sum ego, salvum me fac;* nisi intelligi volens quod malo suo suus esse voluerit, quod est inobedientiae primum et maximum malum? Et tanquam dicens, Meus esse volui, et perditum me feci: *Tuus sum,* inquit, *salvum me fac, quia iustificationes tuas exquisivi;* non voluntates meas, quibus fui meus, sed *iustificationes tuas,* ut essem iam tuus.

7 [v.95]. *Me,* inquit, *exspectaverunt peccatores, ut perderent me; testimonia autem tua intellexi.* Quid est, *exspectaverunt, ut perderent?* an velut insidiis obsederunt viam, exspectantes ut quando transiret, occiderent? Numquid ergo morte corporis perire metuebat? Absit. Et quid

querrá decir *me acecharon?* Que consintiese con ellos en el mal, pues así le perderían. Mas explica el motivo de no haber perecido, diciendo: *Entendí tus testimonios.* Aquí suena más familiarmente a los oídos de la Iglesia la palabra griega *entendí tus martirios,* porque, aunque le matasen por no consentir en sus propósitos, confesando tus martirios, no perecería; pero aquéllos, que esperaban su consentimiento para perderle, también le atormentaban mientras confesaba; sin embargo, viendo y contemplando él el fin sin fin, no abandonó lo que entendía.

8 [v.96]. Por último, añadió a continuación: *Vi el fin de toda consumación; tu mandamiento es ancho en extremo.* Había entrado ciertamente en el santuario de Dios, y allí había entendido el fin de las cosas. A mí me parece que por *toda consumación* debe entenderse en este lugar el combatir hasta la muerte por la verdad y el tolerar todos los males por el verdadero y Sumo Bien. Siendo el fin de esta consumación sobresalir en el reino de Cristo, que no tiene fin, y poseer allí, sin muerte, sin dolor y con gran honra, la vida adquirida con la muerte y con los sufrimientos y oprobios de esta vida. Lo que añadió: *tu mandamiento es ancho en extremo,* únicamente lo entiendo de la caridad. ¿Qué hubiera aprovechado confesar aquellos martirios ante la amenaza de cualquier clase de muerte y entre los más acerbos tormentos si en el confesor no hubiera habido caridad? Oigamos al Apóstol: *Si entregare*—dice—*mi cuerpo para ser quemado y no tengo caridad, de nada me aprovecha.* Pero *la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones por el Es-*

est, *me exspectaverunt,* nisi ut eis ad malum consentiret? Tunc enim perderent. Unde autem non perierit dixit: *Testimonia tua intellexi.* Sed familiarius hic Ecclesiae auribus graecum verbum sonat, *Martyria tua intellexi.* Quia scilicet se sibi non consentientem etiamsi occiderent, tua martyria confitens non periret: sed illi qui ut perderent, exspectabant quando consentiret, torquebant etiam cum confiteretur. Nec tamen quod intellexerat relinquebat intuens et videns utique sine fine finem, si perseveraret usque in finem.

8 [v.96]. Denique secutus adiunxit: *Omnis consummationis vidi finem; latum mandatum tuum valde.* Intraverat quippe in sanctuarium Dei, et intellexerat in novissima (Ps 72,17). Omnis autem consummatio mihi videtur hoc loco intelligenda, usque ad mortem pro veritate certare (Eccli 4,33), et pro vero ac summo bono mala omnia tolerare: cuius consummationis finis est excellere in regno Christi, quod non habet finem; et habere ibi sine morte, sine dolore, et cum magno honore vitam, morte huius vitae ac doloribus et opprobriis acquisitam. Quod autem addidit, *Latum mandatum tuum valde;* non intelligo nisi charitatem. Quid enim profuisset quacumque morte imminente, et inter quantacumque tormenta illa martyria confiteri, si charitas in confitente non esset? Audiamus Apostolum: *Etsi tradidero,* inquit, *corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest* (1 Cor 13,3).

píritu Santo, que nos ha sido dado. En esta difusión se halla la anchura, en la cual se camina sin angustias aun por senda angosta, concediéndolo Aquel a quien se dijo: *Ensanchaste mis pasos debajo de mí, y no flaquearon mis plantas.* Ancho es, pues, el mandamiento de la caridad; mandamiento doble, con el que se manda amar a Dios y al prójimo. ¿Qué cosa hay más dilatada como aquella de la que pende toda la ley y los profetas?

SERMÓN 22

1 [v.97]. Frecuentemente advertí que la espaciosidad laudable, en la que no padecemos angustias cuando cumplimos los mandamientos, es la caridad. Por lo cual, habiendo dicho anteriormente en este gran salmo: *Tu mandamiento es ancho o espacioso en extremo,* declara en este siguiente versillo por qué es ancho, diciendo: *¡Cómo amé, oh Señor, tu ley!* El amor es, pues, la anchura del mandamiento. Porque ¿cómo puede suceder que se ame lo que Dios ordena amar y no se ame el mandamiento, que es la misma ley? *Todo el día*—dice—*es ella mi meditación.* He aquí cómo la amé: siendo todo el día mi meditación, o mejor, como consigna el texto griego, "*durante todo el día,* expresando en ello el acto continuado de su meditación, pues *durante todo el tiempo* es igual que "siempre". Con este amor se vence la concupiscencia, que con frecuencia se opone al cumplimiento de los preceptos de la ley, codiciando la carne contra el espíritu. Por tanto el espíritu, que codicia

Charitas autem Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis (Rom 5,5). In hac diffusione latitudo est, in qua sine angustiis via quoque ambulatur angusta, donante illo cui dictum est, *Dilatasti gressus meos subter me, et non sunt infirmata vestigia mea* (Ps 17,37). Latum est ergo mandatum charitatis, mandatum illud geminum, quo iubetur Deus et proximus diligi. Quod autem latius, quam ut ubi pendeat tota Lex et omnes Prophetae? (Mt 22,37-40).

SERMO XXII

1 [v.97]. Saepe admonuimus laudabilem latitudinem, in qua nullas, cum mandata Dei facimus, patiamur angustias, intelligendam esse charitatem. Propter quod etiam in magno isto psalmo cum superius dixisset, *Latum mandatum tuum valde;* in hoc sequenti versu ostendit unde sit latum, dicens: *Quomodo dilexi legem tuam, Domine!* Dilectio est igitur latitudo mandati. Unde quippe fieri potest ut diligatur quod Deus iubet diligi, et ipsa iussio non diligatur? Ipsa est enim lex. *Tota,* inquit, *die meditatio mea est.* Ecce quomodo eam dilexi, ut tota die meditatio mea esset: vel potius, sicut graecus habet, *totam diem* ubi magis continuatio meditantis exprimitur. Id autem intelligitur per omne tempus, quod est semper. Tali expugnatur dilectione cupiditas, quae saepe faciendis legis

contra ella, debe amar de tal modo la ley de Dios, que durante todo el día ha de meditar en ella. También dice el Apóstol: *¿En dónde está, pues, tu jactancia? Ha sido excluida. ¿Por qué ley? ¿Por la de las obras? No, sino por la ley de la fe.* Y ésta es la fe que obra por el amor; porque buscando, pidiendo y llamando, consigue el espíritu bueno, por el cual se difunde la caridad en nuestros corazones. Todos los que obran con este espíritu de Dios son hijos de Dios, los cuales serán recibidos para descansar con Abrahán, Isaac y Jacob en el reino de los cielos; siendo expulsado el esclavo, que no permanece eternamente en la casa; a saber, el Israel según la carne, al cual se dijo: *Cuando viereis a Abrahán, a Isaac y a Jacob y a todos los profetas en el reino de Dios, vosotros seréis arrojados fuera, pues vendrán del oriente y del occidente, del aquilón y del mediodía, y se recostarán en el reino de Dios. Y he aquí que los últimos serán los primeros, y los primeros los últimos.* Pues las *gentes,* como dice el vaso de elección, *que no iban en busca de la justicia, alcanzaron justicia; justicia que se origina de la fe. Sin embargo, persiguiendo la ley de la justicia, no llegó a conseguir la ley de justicia. ¿Por qué? Porque, al no pretender alcanzarla por la fe, sino como por las obras, tropezaron en la piedra del tropiezo,* y así se hicieron enemigos del que habla en esta profecía.

2 [v.98]. A continuación añade: *Me hiciste percibir tu mandamiento más que a mis enemigos, porque está eternamente*

iussionibus contradicit, concupiscente adversus spiritum carne: adversus quam spiritus concupiscens (Gal 5,17) ita debet diligere legem Dei, ut totam diem meditatio eius sit. Dicit autem Apostolus: *Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei* (Rom 3,27). Haec est fides quae per dilectionem operatur (Gal 5,6); quoniam quaerendo, petendo, pulsando, impetrat Spiritum bonum (Lc 11,10.13), per quem dilectio ipsa diffunditur in cordibus nostris (Rom 5,5). Hoc enim Spiritu Dei quicumque aguntur, hi filii sunt Dei (ib. 8,14): qui recipiuntur ut recumbant cum Abraham, Isaac et Iacob in regno caelorum (Mt 8,11); expulso servo, qui non manet in domo in aeternum (Io 8,35); id est Israel secundum carnem, cui dictum est, «Cum videritis Abraham, Isaac, et Iacob, et omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente, et occidente, et aquilone, et austro, et accumbent in regno Dei. Et ecce sunt novissimi qui erant primi, et sunt primi qui erant novissimi» (Lc 13, 28-30). «Gentes» autem, sicut ait Vas electionis, «quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam; iustitiam autem quae ex fide est: Israel autem persequens legem iustitiae, in legem iustitiae non pervenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus, offenderunt in lapidem offensionis» (Rom 9,30-32). Ita facti sunt inimici huius qui hic in prophetia loquitur.

2 [v.98]. Ac deinde coniungit: *Super inimicos meos sapere fecisti me mandatum tuum, quoniam in aeternum mihi est.* Illi namque zelum

conmigo. Ellos ciertamente tienen celo de Dios mas no según la ciencia, *pues, desconociendo la justicia de Dios y queriendo establecer la suya, no se sometieron a la justicia de Dios.* Por el contrario, este que conoce el mandamiento de Dios mejor que sus enemigos, quiere, con el Apóstol, *no tener propia justicia, que se origina de la ley, sino la justicia que se da por la fe de Cristo, que procede de Dios.* Pero no porque la ley que sus enemigos leen no proceda de Dios, sino porque no la perciben como éste, que la conoce mejor que ellos, uniéndose a la piedra en que ellos tropezaron. El fin de la ley es Cristo en orden a justicia para todo creyente, a fin de que se justifiquen gratuitamente por su gracia. No como aquellos que piensan que con sus propias fuerzan cumplen la ley, y, por tanto, aun con la ley de Dios buscan establecer su propia justicia; sino como el hijo de la promesa, el cual, estando hambiento y sediento, pidiendo, buscando y llamando, la mendiga, en cierto modo, del Padre, para que, adoptado, la reciba mediante el Unigénito. Así, pues, ¿cuándo hubiera percibido el mandamiento de Dios si no se le hubiera dado a conocer Aquel a quien dice: *Me hiciste percibir tu mandamiento más que a mis enemigos?* Sus enemigos, engendrados, como de Agar, para servidumbre, buscaron, por el cumplimiento del precepto, premios temporales, y, por lo mismo, no les sirvió para la eternidad como a éste. Mejor entendieron los que tradujeron *in aeternum,* eternamente, que quienes tradujeron *in saeculum,* en el siglo, como si, acabado este mundo, ya no podrá haber mandamiento de ley.

quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, et suam quaerentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti (Rom 10,2.3). Iste vero qui super istos inimicos suos sapit mandatum Dei, inveniri vult cum Apostolo non habens iustitiam suam, quae ex lege est, sed iustitiam per fidem Christi, quae est ex Deo (Phil 3,9): non quia lex quam legunt inimici eius, non est ex Deo; sed quia eam non sapiunt, sicut iste qui super inimicos suos eam sapit, cohaerendo lapidi in quem illi offenderunt. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti (Rom 10,4), ut iustificentur gratis per gratiam ipsius (*ib.* 3,24): non sicut illi qui viribus suis se legem facere existimant, et ideo ex lege quidem Dei, sed suam iustitiam constituere quaerunt; sed quomodo filius promissionis, qui esuriens et sitiens eam (Mt 5,6), petendo, quaerendo, pulsando quodammodo a Patre mendicat (ib. 7,7), ut adoptatus per Unigenitum accipiat. Sic autem mandatum Dei quando sapuisset, nisi eum ipse sic sapere fecisset cui dicit: *Super inimicos meos sapere fecisti me mandatum tuum?* Inimici quippe eius illi, velut ex Agar, in servitutem generati (Gal 4,24), ex eodem mandato temporalia praemia quaesierunt; et ideo non fuit illis in aeternum, sicut est huic. Melius quippe intellexerunt qui interpretati sunt *in aeternum,* quam qui *in saeculum,* tanquam finito isto saeculo nullum iam legis posset esse mandatum. Ita vero nullum erit, sed in tabulis visibilibus

Sin duda que no habrá ningún escrito en tablas o libros visibles, pero en las tablas del corazón permanecerá eternamente el amor de Dios y del prójimo, en cuyo doble mandamiento se funda toda la ley y los profetas. Y, *cuando Dios sea todas las cosas en todos,* será también el mismo mandante premio de este mandamiento guardado, y el mismo amado, premio del amor.

3 [v.99]. ¿Qué es lo que sigue: *Entendí más que todos los que me enseñaban?* ¿Quién es éste que entendió más que todos los que le enseñaron? ¿Quién es éste, diré, que se atreve a anteponerse a todos los profetas, que no sólo enseñaron hablando a los que vivieron con ellos, sino que también escribiendo enseñaron con gran autoridad a los que vinieron después? A Salomón se le dio ciertamente tanta sabiduría, que parece haber excedido a todos los que le antecedieron. Pero no es de creer que su padre David pudiese profetizarle en este pasaje, sobre todo teniendo en cuenta que no puede decirse de Salomón lo que aquí se consigna: *De todo mal camino prohibí a mis pies.* En fin, como es más aceptable, este profeta anuncia a Cristo, hablando proféticamente unas veces en persona de la Cabeza, la cual es el mismo Salvador, y otras en representación de su Cuerpo, que es la Iglesia, viniendo a ser como uno el que habla debido a aquel gran sacramento del cual se dijo: *Serán dos en una carne,* entonces reconozco claramente al que supo más que todos los que le enseñaron, puesto que, siendo niño de doce años, se quedó en Jerusalén, y después de tres

librisque conscriptum: in tabulis vero cordis, dilectio Dei et proximi manebit in aeternum; in quo mandato geminato tota Lex pendet et Prophetae (Mt 22,37-40): eritque praemium custoditi mandati huius ipse mandator, et praemium dilectionis ipse dilectus, quando erit Deus omnia in omnibus (1 Cor 15,28).

3 [v.99]. Sed quid est hoc quod sequitur, *Super omnes docentes me intellexi?* Quis est iste qui super omnes docentes se intellexit? quis est, inquam, qui super omnes Prophetas, qui non solum loquendo eos qui secum vixerunt, verum etiam scribendo posteros tam excellenti auctoritate docuerunt, audet se intelligendo praeponere? Salomoni quidem tanta est donata sapientia, ut etiam his omnibus qui fuerunt ante illum, videatur esse praelatus (3 Reg 3,12): sed non est credendum ipsum hic a patre suo David potuisse prophetari; maxime quia dici non posset ex persona Salomonis quod hic dicitur, *Ab omni via maligna prohibui pedes meos.* Porro si, quod est acceptabilius, Christum praenuntiat iste propheta, nunc a capite quod est ipse Salvator, nunc ab eius corpore quod est Ecclesia, verba prophetica digerens, et tanquam unum loquentem faciens, propter magnum illud sacramentum, ubi dictum est, *Erunt duo in carne una* (Eph 5,31.32); agnosco eum plane qui super omnes docentes se intellexit, quando cum esset annorum duodecim, remansit puer Iesus in Ierusalem, et a parentibus suis post triduum inventus est illic in templo sedens inter doctores, audiens illos et interrogans; ubi stupebant omnes qui eum audiebant, super prudentia

días fue hallado por sus padres en el templo sentado entre los doctores oyéndoles y preguntándoles, por lo que todos los que le oían se admiraban de sus respuestas y sabiduría. Por tanto, no sin razón El es el que tanto tiempo antes había dicho por esta profecía: *Entendí más que todos los que me enseñaron.* Pero por esto quiere que se entiendan *todos los hombres,* no el Dios Padre, del cual dice el mismo Hijo: *Hablo estas cosas como me enseñó mi Padre.* Esto difícilmente puede entenderse de la persona del Verbo, a no ser que cada uno entienda como pueda que el Hijo es enseñado por el Padre, en cuanto que es engendrado por El. Pues para Aquel que no es una cosa el ser y otra el ser enseñado, sino que para El lo mismo es el *ser* que el ser enseñado; sin duda, de Aquel que tiene el ser, del mismo tiene el ser enseñado. Pero en cuanto a que esta persona es hombre, porque recibió la forma de siervo, fácilmente se entiende que aprendió del Padre lo que dijo; y, por tanto, teniendo esta forma de siervo, y, sobre todo, siendo niño, pudieron pensar los de mayor edad que debía ser enseñado; pero Aquel a quien enseñó el Padre supo más que todos los que le enseñaban. *Porque tus testimonios*—dice—*son mi meditación.* Luego sabía más que todos los que le enseñaban, porque meditaba los testimonios de Dios. Estos testimonios los conocía mejor por sí mismo que ellos el que decía: *Vosotros enviasteis legados a Juan, y dio testimonio de la Verdad; pero yo no recibo testimonio de hombre, sino que digo esto para que os salvéis. Juan era lámpara ardiente y luciente, y vosotros quisisteis regocijaros de momento con esta luz. Pero yo tengo un testimonio*

et responsis eius (Lc 2,42-47). Nec immerito, qui per istam prophetiam tanto ante dixerat, *Super omnes docentes me intellexi.* Omnes enim utique homines vult intelligi, non Deum Patrem; de quo dicit ipse Filius, *Sicut docuit me Pater, haec loquor* (Io 8,28). Quod difficillime ex persona Verbi intelligitur; nisi quis utcumque capere valeat id esse Filium a Patre doctum, quod genitum. Cui enim non est aliud esse, aliud doctum esse, sed quod illi est esse, hoc est doctum esse; profecto a quo ei est esse, ab illo simul ei est doctum esse. Ex persona vero hominis, ubi formam servi accepit (Phil 2,7), facilius intelligitur a Patre didicisse quae dixit: in qua forma servi constitutum, maxime puerum, potuerunt eum homines maioris aetatis docendum putare, sed ille quem Pater docuit, super omnes docentes se intellexit. *Quia testimonia,* inquit, *tua meditatio mea est.* Ideo super omnes docentes se intelligebat, quia testimonia Dei meditabatur: quae melius quam illi de seipso noverat, qui dicebat, «Vos misistis ad Ioannem, et testimonium perhibuit veritati: ego autem non ab homine testimonium accipio, sed haec dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens; vos autem voluistis exsultare ad horam in luce eius: ego autem habeo testimonium maius Ioanne»

mayor que el de Juan. Estos testimonios meditaba cuando entendió más que todos los que le enseñaban.

4 [v.100]. También se entiende rectamente que aquellos doctores eran los mismos ancianos, de los que a continuación dice: *Entendí más que los ancianos.* Esto me parece que se repitió de esta forma para que, al leer estas cosas, nos acordemos de aquella edad suya que nos dio a conocer en el Evangelio; en cuya edad pueril se sentó entre los mayores de edad, es decir, joven entre los ancianos, sabiendo más que todos los que enseñaban. A los mayores y menores en edad suele denominárseles, a unos, más ancianos, a otros, más jóvenes, aunque ninguno de ellos haya llegado o esté cerca de la vejez. Con todo, si queremos hallar en el Evangelio expresado el nombre de los ancianos a los que aventajó en sabiduría, le encontraremos cuando los escribas y fariseos le dijeron: *¿Por qué quebrantan tus discípulos la tradición de los ancianos, pues no se lavan las manos cuando comen pan?* Ved que se le echa en cara la trasgresión de la tradición de los ancianos. Pero oigamos lo que les responde el que sabía más que los ancianos: *¿Por que traspasáis vosotros el mandamiento de Dios por vuestra tradición?* Poco después, para que no sólo El, que es Cabeza del Cuerpo, sino también el mismo Cuerpo y sus miembros, supieran más que los ancianos, cuya tradición sobre el lavamiento de las manos se echaba por tierra, habiendo llamado hacia sí a las turbas, les dijo: *oíd y entended.* Como si dijera: "Entended también vosotras más que aquellos ancianos, para que así se manifieste que aquella profecía: *Entendí más que los ancianos,* se dijo también

(Io 5,33-36). Talia testimonia meditabatur, quando super omnes docentes se intellexit.

4 [v.100]. Illi autem doctores non absurde intelliguntur etiam ipsi esse seniores, de quibus continuo dicit, *Super seniores intellexi.* Quod ideo mihi eo modo repetitum videtur, ut nobis haec legentibus illa aetas eius veniret in mentem, quae nobis innotuit ex Evangelio, qua aetate puerili inter aetate maiores, hoc est, iunior inter seniores sedebat, et super omnes docentes se intelligebat. Solent enim iunior et senior ad invicem dici minor et maior, etsi neuter eorum senili accessit aut propinquavit aetati: quanquam si et expressum nomen seniorum in Evangelio velimus inquirere, supra quos intellexit, invenimus quando ei dixerunt Scribae et Pharisaei, *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas, cum panem manducant.* Ecce obiecta est ei transgressio traditionis seniorum. Sed qui super seniores intellexit, quid eis responderit, audiamus: *Quare,* inquit, *et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Deinde paulo post, ut non solum ipse qui est caput corporis, verum etiam corpus ipsum et membra eius super seniores illos intelligerent, quorum traditio de lavandis manibus ferebatur; convocatis ad se turbis dixit eis: *Audite, et intelligite.* Tanquam diceret: Super seniores illos

de vosotras"; y, por tanto, acomodada no sólo a la Cabeza, sino también al Cuerpo, conviene al Cristo total. *No contamina al hombre lo que entra por la boca, sino lo que sale por la boca es lo que le contamina.* Esto no lo entendían los ancianos, que habían decretado como cosa grandiosa sus mandamientos referentes al lavamiento de las manos. Los miembros de esta Cabeza, que sabía más que los ancianos, aún no habían entendido lo que se dijo por ella; de aquí que poco después, tomando la palabra San Pedro, le dijo: *Decláranos esta parábola.* Pensaba que era una parábola lo que el Señor había dicho sin tropos. Entonces dijo: *¿Todavía no entendéis vosotros? ¿No sabéis que todo lo que entra por la boca pasa al vientre y se expele a la letrina; pero lo que sale de la boca, procede del corazón, y es lo que contamina al hombre?* ¿Todavía carecéis vosotros de entendimiento y no entendéis más que los ancianos? Ahora, habiendo oído ya a tal Maestro, a nuestra Cabeza, puede cada uno de nosotros decir: *Entendí más que los ancianos,* porque conviene también al Cuerpo lo que añadió a continuación: *Porque busqué tus mandamientos.* Tus mandamientos, no los de los hombres. Tus mandamientos, no los de los ancianos, que, queriendo ser doctores de la ley, no entienden lo que dicen ni lo que afirman. Con razón, acerca de los mandamientos de Dios, que deben ser buscados para que se entiendan mejor que los de los ancianos, se respondió a los que anteponían la autoridad de los ancianos a la verdad y se les dijo: *¿Por qué también vosotros*

et vos intelligite, ut etiam de vobis illa prophetia clareat esse praemissa, *Super seniores intellexi;* nec solum capiti, verum etiam corpori, ac sic universo Christo aptata conveniat. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.* Hoc seniores illi non intelligebant, qui de lavandis manibus sua velut magna mandata tradiderant. Ipsa quoque membra capitis huius super seniores intelligentis, nondum quod ab eo dictum est intellexerant. Denique post pauca respondens Petrus dixit ei: *Edissere nobis parabolam istam.* Putabat adhuc esse parabolam, quod Dominus sine figuris fuerat elocutus. At ille dixit: *Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessum emittitur; quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem?* (Mt 15,1-8). Adhuc et vos sine intellectu estis, et super illos seniores non intelligitis? Sed plane iam nunc audito tali magistro, capite nostro, potest unusquisque nostrum dicere, *Super seniores intellexi.* Nam etiam corpori congruit quod secutus adiunxit, *Quia mandata tua exquisivi. Mandata tua,* non mandata hominum: *mandata tua,* non mandata seniorum, qui volentes esse legis doctores, non intelligunt neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant (1 Tim 1,7). Merito de mandatis Dei, quae sunt exquirenda, ut super seniores illos intelligantur, responsum est iis qui eorum auctoritatem veritati praeferebant, et

traspasáis los mandamientos de Dios estableciendo vuestras tradiciones?

5 [v.101]. Lo que se añade a continuación: *Aparté a mis pies de todo mal camino para guardar tus palabras,* parece que no conviene a la Cabeza, sino al Cuerpo. Porque no fue arrastrada nuestra Cabeza y Salvador del Cuerpo a ningún mal camino por el apetito carnal, de suerte que fuese necesario apartar de allí sus pies como si se dirigieran hacia allí con sus movimientos, lo cual hacemos nosotros cuando reprimimos nuestros malos deseos, de los que El careció, para que no anden por malos caminos. Podemos, pues, guardar las palabras de Dios si no vamos en pos de nuestras malas codicias, que arrastran a los perversos deseos. Por tanto, más bien las refrenamos con el espíritu, que codicia contra la carne, para que así no nos lleven por los malos caminos raptados y vencidos.

6 [v.102]. *No me desvié de tus juicios, porque tú me pusiste ley.* Expresó lo que le sirve de temor para prohibir a sus pies de todo mal camino. Pues ¿qué es *no me desvié de tus juicios* sino lo que dice en otro lugar: *Temí vuestros juicios?* Constantemente los creí, *porque tú me pusiste ley.* Tú que me eres más interior que mis cosas más íntimas; tú dentro, en mi corazón, grabaste con tu espíritu, como con tu dedo, la ley, para que no la temiese como siervo, sin amor, sino que la amase como hijo, con el casto temor, y temiera con el casto amor.

7 [v.103]. Por esto oye lo que sigue: *¡Cuán dulces son*

dictum est, *Cur et vos transgredimini mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis?*

5 [v.101]. Iam vero quod adiungitur, non capiti videtur convenire, sed corpori: *Ab omni via maligna prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua.* Neque enim caput illud nostrum, ipse Salvator corporis, in aliquam malignam viam carnali cupiditate ferretur, ut ei necesse esset pedes suos inde prohibere, quasi illuc euntes motibus suis: quod nos facimus, quando ea quae ille non habuit, ne vias malignas teneant, desideria nostra prava cohibemus. Sic enim verba Dei possumus custodire, si post nostras malas concupiscentias non eamus (Eccli 18,30), ut ad mala concupita perveniant; sed eas potius adversus carnem spiritu concupiscente frenemus (Gal 5,17), ne nos raptos atque subversos per malignas vias pertrahant.

6 [v.102]. *A iudiciis,* inquit, *tuis non declinavi, quoniam tu legem posuisti mihi.* Dixit quid timuerit, ut ab omni via maligna prohiberet pedes suos. Quid est enim. *A iudiciis tuis non declinavi;* nisi quod alio loco dicit, *A iudiciis autem tuis timui?* Perseveranter eis credidi, *quia tu legem posuisti mihi.* Tu interior intimis meis, tu intus in corde legem posuisti mihi spiritu tuo, tanquam digito tuo; ut eam non tamquam servus sine amore metuerem, sed casto timore ut filius diligerem, et dilectione casta timerem.

7 [v.103]. Et ideo vide quid sequitur: *Quam dulcia faucibus meis*

tus palabras a mi paladar!, o lo que dice el griego con más precisión: *Tus dichos* son más dulces *que la miel y el panal a mi boca.* Esta es la dulzura que da el Señor para que nuestra tierra produzca su fruto, a fin de que obremos bien lo bueno; es decir, no por temor del mal carnal, sino por el deleite del bien espiritual. Ciertamente que algunos códices no escriben *panal*, pero sí otros muchos. La límpida doctrina de la sabiduría es semejante a la miel y al panal, la cual se exprime de los ocultísimos misterios, como de celdillas de cera, por la boca del que diserta, a semejanza del que mastica; pero ella únicamente es dulce a la boca del corazón, no a la de la carne.

8 [v.104]. ¿Qué quiere decir: *Entendí por tus mandamientos?* Pues una cosa es "entendí tus mandamientos" y otra "entendí por tus mandamientos". Me parece que da entender que entendió alguna otra cosa aparte de los mandamientos de Dios; es decir, que, cumpliendo los mandamientos de Dios, consiguió el conocimiento de aquellas cosas que había deseado saber. Por lo cual se escribió: *Apetece la sabiduría y guarda los mandamientos, y el Señor te la dará.* Para que nadie, antes de tener la humildad de la obediencia, pretenda, invirtiendo los términos, llegar a la sublimidad de la sabiduría, que no puede conseguir si no llega por orden, oiga: *No busques las cosas más altas que tú y no escudriñes los más fuertes que tú, sino piensa siempre lo que el Señor te mandó.* Así llega el hombre al conocimiento de las cosas secretas por el cumplimiento de los mandamientos. Después de haber dicho: *Piensa lo que el Señor te mandó*, añadió *siempre*, porque se debe observar la obediencia para alcanzar la sabiduría, y, una vez alcanzada, no debe ser relegada la obediencia. Así, pues, *entendí por tus mandamientos* es voz de los miembros espirituales de Cristo. Con razón dice el Cuerpo de Cristo en aquellos que guardan los mandamientos, y a quienes se les concede, por la misma guarda de ellos, con más abundancia la doctrina de la sabiduría: *Odié todo camino de iniquidad.* Es necesario que al amor de la justicia aborrezca toda iniquidad, el cual es tanto mayor cuanto más le inflama la dulzura de mayor sabiduría, la cual se concede a aquel que obedece a Dios y entiende por sus mandamientos.

verba tua! vel, quod de graeco est expressius, *eloquia tua super mel et favum ori meo.* Haec est illa suavitas quam Dominus dat, ut terra nostra det fructum suum (Ps 84,13); ut bonum vere bene, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritualis delectatione faciamus. Nonnulli sane codices non habent *favum*, sed plures habent. Melli est autem similis aperta doctrina sapientiae; favo vero, quae de abstrusioribus sacramentis, tanquam de cellis cereis, ore disserentis, velut mandentis, exprimitur: verum ori cordis, non carnis est dulcis.

8 [v.104]. Sed quid est quod ait, *A mandatis tuis intellexi?* Aliud enim est, Mandata tua intellexi; aliud est, *A mandatis tuis intellexi.* Nescio quid ergo aliud se significat intellexisse a mandatis Dei: hoc est, quantum mihi videtur, faciendo mandato Dei pervenisse se dicit ad earum rerum intelligentiam, quas concupiverat scire. Propter quod scriptum est, *Concupisti sapientiam; serva mandata, et Dominus praebebit illam tibi* (Eccli 1,33): ne quisquam praeposterus, antequam habeat humilitatem obedientiae, velit ad altitudinem sapientiae pervenire, quam capere non potest, nisi ordine venerit. Audiat ergo: *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quae praecepit tibi Dominus, illa cogita semper* (ib. 3,22). Sic homo ad occultorum sapientiam pervenit per obedientiam mandatorum. Cum autem dixisset, *Quae tibi praecepit Dominus, illa cogita;* ideo addidit, *semper*, quia et custodienda est obedientia, ut percipiatur sapientia, et percepta sapientia non est deserenda obedientia. Spiritualium itaque membrorum Christi vox ista est, *A mandatis tuis intellexi.* Hoc enim recte dicit Christi corpus in eis, quibus mandata servantibus propter ipsam custodiam mandatorum praebetur uberior doctrina sapientiae, *Propterea*, inquit, *odio habui omnem viam iniquitatis.* Necesse est enim ut oderit omnem iniquitatem amor iustitiae: qui tanto maior est, quanto eum magis inflammat, amplioris dulcedo sapientiae, quae praebetur ei qui obtemperat Deo, et a mandatis eius intelligit.

SERMÓN 23

1 [v.105]. Ahora emprendo la investigación y exposición, según me lo concede el Señor, de los versillos que siguen de este salmo; el primero de ellos es: *Tu palabra es antorcha para mis pies, y luz para mis sendas.* Lo mismo es "antorcha" que "luz", así como *mis pies* y *mis sendas.* ¿Qué significa *tu palabra?* ¿Acaso que en el principio estaba Dios junto a Dios, es decir, el Verbo o Palabra, por quien fueron hechas todas las cosas? No por cierto. Porque aquel Verbo o Palabra es luz, y la antorcha no lo es. La antorcha no es Creador, sino criatura, la cual se enciende con la participación de la luz inmutable. Esto era Juan, de quien dice el Verbo de Dios: *El era lámpara que ardía y lucía.* Sin duda, era luz y lámpara; pero, con todo, en comparación

SERMO XXIII

1 [v.105]. Scrutandos atque tractandos pro viribus quas Deus donat, nunc istos versus psalmi huius aggredimur, quorum primus est, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis.* Quod est, *lucerna;* hoc repetitum est, *lumen:* quod, *pedibus meis;* hoc, *semitis meis.* Quid est ergo, *verbum tuum?* Numquidnam illud quod in principio erat Deus apud Deum, Verbum scilicet per quod facta sunt omnia? Non est ita. Nam illud Verbum lumen est, sed lucerna non est. Lucerna quippe creatura est, non Creator, quae participatione incommutabilis lucis accenditur. Hoc erat Ioannes, de quo dicit Verbum Deus, *Ille erat lucerna ardens et lucens* (Io 5,35). Sed lumen est et lucerna: et

del Verbo, de quien se dijo: *El Verbo era Dios,* Juan no era luz, sino que fue enviado para dar testimonio de la luz. Pues hay una luz verdadera que no es iluminada como el hombre, sino que ilumina a todo hombre. Pero, si la lámpara no fuese también luz, no se hubiera dicho a los apóstoles: *Vosotros sois la luz del mundo.* Mas, habiendo oído esto, para que no creyesen que eran lo que Aquel que lo dijo, pues también había dicho de sí en otro lugar: *Yo soy la luz del mundo,* les dijo a ellos de ellos para que supiesen que eran como lámparas que fueron encendidas por aquella luz que brilla inmutablemente: *No puede la ciudad establecida sobre el monte estar escondida, pues los hombres no encienden un candil y le colocan debajo del celemín, sino sobre el candelero, para que alumbre a todos los que están en la casa; de este modo resplandezca vuestra luz delante de los hombres.* Ninguna criatura, por intelectual y racional que sea, se ilumina por sí misma, sino que se enciende por la participación de la eterna verdad; pues, aun cuando alguna vez se llama día, no es el día del Señor, sino el que hizo el Señor; y por eso oyó: *Acercaos a El, y seréis iluminados.* Por esta participación, el mismo Mediador, en cuanto hombre, se llama lámpara en el Apocalipsis; pero esta denominación es singular, porque de ningún santo pudo decirse, entendiéndose de Dios, y no es lícito que se diga de otro: *El Verbo se hizo carne,* si no es del Mediador de Dios y los hombres. Llamándose luz el Verbo unigénito, igual al que engendra, y asimismo, llamándose luz el hombre, iluminado por aquel Verbo, y que también se llama lámpara,

tamen in comparatione Verbi, de quo dictum est, *Deus erat Verbum,* non erat ille lumen; sed missus est, ut testimonium perhiberet de lumine. Erat enim lumen verum, non quod illuminatur, ut homo, sed quod illuminat omnem hominem (Io 1,1-9). Nisi autem et lucerna lumen esset, non diceret Apostolis, *Vos estis lumen mundi.* Quo audito ne id se putarent esse, quod ille qui hoc dixerat; nam et de seipso quodam loco dixit, *Ego sum lumen mundi* (ib. 8,12): ait illis de illis, *Non potest civitas abscondi super montem constituta; neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lumen vestrum coram hominibus* (Mt 5,14-16); ut scirent se tanquam lucernas de illo lumine quod inmutabiliter lucet, accensas. Nulla quippe creatura, quamvis rationalis et intellectualis, a seipsa illuminatur, sed participatione sempiternae veritatis accenditur: etiamsi aliquando dies vocatur, non dies Dominus, sed quem fecit Dominus; et ideo audit, Accedite ad eum, et illuminamini (Ps 33,6). Propter quam participationem, in quantum homo est et ipse Mediator, *lucerna* in Apocalypsi nuncupatur (Ap 21,23). Sed singularis est ista susceptio: de nullo enim sanctorum dici divinitus potuit, aut dici ullo modo fas est; *Verbum caro factum est* (Io 1,14), nisi de uno Mediatore Dei et hominum (1 Tim 2,5). Cum igitur lumen dicatur unigenitum Verbum aequale gignenti, lumen dicatur et homo ab illo Verbo

como San Juan y los apóstoles; y no siendo ninguno de estos hombres aquel Verbo, ni siendo tampoco lámpara aquel Verbo por quien fueron iluminados, ¿qué será esta palabra, que de tal modo se llama luz, que también es lámpara, pues dice: *Tu palabra es lámpara para mis pies, y luz para mis sendas,* si no entendemos qué es la palabra inspirada a los profetas o predicada por los apóstoles? No la Palabra Cristo, sino la palabra de Cristo, del cual se escribió: *La fe, por el oído, y el oído, por la palabra de Cristo.* El apóstol San Pedro, comparando la palabra profética a la lámpara, dice: *Tenemos la segurísima palabra de los profetas, a la que hacéis bien en atender, como a lámpara que ilumina en lugar tenebroso.* Así, pues, lo que aquí se dice: *Tu palabra es lámpara para mis pies, y luz para mis sendas,* es la palabra que se contiene en todas las santas Escrituras.

2 [v.106-107]. *Juré—dice—y determiné guardar los juicios de tu justicia,* como aquel que camina bien con aquella lámpara y que sigue los caminos rectos. Por la palabra siguiente explica la anterior. Pues como si preguntásemos qué significa *juré,* añadió *y determiné.* Llamó juramento a lo que estableció como sacramento, porque la mente debe estar tan fija en la custodia de los dictámenes de la justicia de Dios, que debe tener por juramento lo que se propuso.

3. Con la fe se guardan estos decretos de la justicia de Dios cuando se cree que bajo el Dios justo juez no queda acto bueno sin recompensa, ni pecado sin castigo. Pero, en atención a que

illuminatus, qui dicitur et lucerna, sicut Ioannes, sicut Apostoli, nec ullus eorum homo sit Verbum, et illud Verbum a quo illuminati sunt lucerna non sit; quid est hoc verbum, quod ita lumen dicitur, ut lucerna sit (ait enim, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis),* nisi verbum intelligamus quod factum est ad Prophetas, vel quod praedicatum est per Apostolos? Non verbum Christum, sed verbum Christi, de quo scriptum est, *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi* (Rom 10,17). Nam et verbum propheticum lucernae comparans apostolus Petrus: *Habemus,* inquit, *certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes, velut lucernae lucenti in obscuro loco* (2 Petr 1,19). Quod itaque hic ait, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis,* verbum est quod in Scripturis sanctis omnibus continetur.

2 [v.106-107]. *Iuravi,* inquit, *et statui custodire iudicia iustitiae tuae:* tanquam bene ambulans ad illam lucernam, et rectas semitas habens. Sequenti autem verbo illud quod antecedit expositum est. Quasi enim quaereremus quid esset, *Iuravi;* adiunxit, *et statui.* Hoc enim appellavit iuramentum quod statuit per sacramentum; quia ita debet esse mens fixa in custodiendis iudiciis iustitiae Dei, ut sit omnino pro iuratione quod statuit.

3. Fide autem custodiuntur iudicia iustitiae Dei; cum sub Deo iusto iudice, nec recte factum infructuosum, nec peccatum creditur im-

por esta fe soportó el Cuerpo de Cristo muchos y gravísimos males, dice: *Fui humillado hasta el extremo.* No dice: "Me humillé", para que necesariamente se entienda en esto la humillación que lleva consigo el precepto, sino que dice: *Fui humillado hasta el extremo,* a saber, soportó la mayor persecución, porque juró y determinó guardar los juicios de la justicia de Dios. Y, para que no desfalleciera la fe en tan gran humillación, añadió: *Señor, vivifícame, según tu palabra,* es decir, según tu promesa. Porque también la palabra de las promesas de Dios es lámpara para los pies y luz para el camino. De este modo oró también anteriormente, hallándose en la humillación de la persecución para que Dios le vivificase, cuando dijo: *Por poco no acabaron conmigo en la tierra; pero yo no abandoné tus mandamientos; vivifícame, según tu misericordia, y guardaré tus testimonios,* esto es, los martirios *de tu boca.* Por esto se entiende que, si no vivifica dando la paciencia, por la cual se dijo: *Con vuestra paciencia poseeréis vuestras almas,* y de lo que se dijo: *De El procede mi paciencia,* entonces no es el cuerpo sólo el que padece en la persecución, sino el alma, al no guardar los martirios y los juicios de la justicia de Dios.

4 [v.108]. *Haz, Señor, agradables las cosas voluntarias de mi boca.* Es decir, te agraden: no las repruebes, sino apruébalas. Muy bien se entienden por las cosas voluntarias de su boca los sacrificios de alabanza ofrecidos por la confesión de la caridad, no por la necesidad del temor. Por eso se dijo: *Te ofreceré sacrificios voluntariamente.* Pero ¿por qué añadió: *y enséñame tus*

punitum: sed pro hac fide quia multa et gravissima mala corpus pertulit Christi, *Humiliatus sum,* inquit, *usque valde.* Non enim ait, Humiliavi me; ut humilitatem quae in praecepto est, intelligi sit necesse: sed ait, *Humiliatus sum usque valde;* maximam scilicet passus persecutionem, pro eo quod iuravit et statuit custodire iudicia iustitiae Dei. Et ne in tanta humiliatione fides ipsa deficeret, addidit, *Domine, vivifica me secundum verbum tuum:* hoc est secundum promissum tuum. Nam et verbum promissorum Dei lucerna est pedibus, et semitis lumen. Sic et superius, ut eum Deus vivificaret, oravit in humiliatione persecutionis, ubi ait: *Paulo minus consummaverunt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua: secundum misericordiam tuam vivifica me, et custodiam testimonia,* id est martyria *oris tui.* Ubi intelligitur, si ipse non vivificet donando patientiam, propter quod dictum est, *In vestra patientia possidebitis animas vestras* (Lc 21,19); et de quo dictum est, *Quoniam ab ipso est patientia mea* (Ps 61,6): non corpus in persecutione mortificari, sed animam, non custodiendo martyria et iudicia iustitiae Dei.

4 [v.108]. *Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine:* hoc est, placeant tibi; noli reprobare, sed approba. Bene autem intelliguntur *oris voluntaria,* sacrificia laudis, confessione charitatis, non timore necessitatis oblata: unde dictum est, *Voluntarie sacrificabo tibi* (Ps 52,8). Sed quid est quod adiungit, *Et iudicia tua doce me?* Nonne ipse in

juicios? ¿Por ventura no había dicho en los versillos anteriores: *No me aparté de tus juicios?* ¿Cómo ejecutaba esto sin saberlo? Y, si lo sabía, ¿cómo dice aquí: *Enséñame tus juicios?* ¿Acaso es como aquello: *De dulzura usaste con tu siervo;* y después añade: *Enséñame la dulzura?* Lo cual expuse, diciendo que son palabras del que aprovecha; pero, sin embargo, pide que le sea aumentado lo que recibió.

5 [v.109]. *Mi alma, siempre en tus manos.* Algunos códices escriben *en mis manos,* pero la mayoría de ellos *en tus manos.* Y esto es evidente, puesto que dice la Sabiduría: *Las almas de los justos están en las manos de Dios;* y también: *En sus manos estamos nosotros y nuestras palabras. Y no me olvidé* dice—*de tu ley.* Esto es como si dijera que es ayudada su memoria, en donde reside su alma, por las manos o el poder de Dios para no olvidarse de su ley. Pero ignoro cómo pueda entenderse: *Mi alma siempre se halla en "mis" manos,* ya que estas palabras son del justo, no del injusto; del que vuelve al padre, no del que se aparta de él. Pues no puede aparecer que aquel hijo menor quiso tener en sus manos su alma cuando dijo al padre: *Dame la parte de la herencia que me pertenece,* ya que por esto estaba muerto y había perecido. ¿O es que se dijo: *Mi alma se halla en "mis" manos,* como si se la ofreciese a Dios para que se la vivificara? Por lo cual se dijo en otro lugar: *Elevé mi alma hacia ti,* pues éste también anteriormente había dicho "vivifícame".

6 [v.110]. *Los pecadores*—dice—*me pusieron un lazo, y no me aparté de tus mandamientos.* ¿Por qué esto? Porque su alma

versibus superioribus dixerat, *A iudiciis tuis non declinavi?* Quomodo istud, si non ea noverat? Porro si noverat, quomodo hic dicit, *Et iudicia tua doce me?* An sicut illud est, *Suavitatem fecisti cum servo tuo;* et postea dicit, *Suavitatem doce me?* Quod ita exposuimus, ut intelligeremus verba proficientis, et addi sibi ad id quod acceperat postulantis.

5 [v.109]. *Anima mea in manibus tuis semper.* Nonnulli codices habent, *in manibus meis:* sed plures, *in tuis;* et hoc quidem planum est. Iustorum enim animae in manu Dei sunt (Sap 3,1); in cuius manu sunt et nos et sermones nostri (ib. 7,16). *Et legis,* inquit, *tuae non sum oblitus:* tanquam ad non obliviscendam Dei legem manibus ipsius adiuvetur eius memoria, ubi eius est anima. *Anima* vero *mea in manibus meis,* quomodo intelligatur, ignoro. Iusti quippe ista verba sunt, non iniusti; redeuntis ad Patrem, non discedentis a Patre. Nam potest videri iunior ille filius animam suam in manibus suis habere voluisse, quando dixit patri, *Da mihi substantiam meam quae me contingit:* sed ideo mortuus erat, ideo perierat (Lc 15,12.24). An forte ita dictum est, *Anima mea in manibus meis,* tanquam eam vivificandam offerret Deo? Unde alibi dicitur: *Ad te levavi animam meam* (Ps 24,1). Dixerat enim et hic superius, *Vivifica me.*

6 [v.110]. *Posuerunt,* inquit, *peccatores laqueum mihi, et a man-*

estaba en las manos de Dios o en las suyas, ofreciéndosela a Dios para que se la vivificase.

7 [v.111]. *Adquirí en herencia tus testimonios para siempre.* Algunos latinos, queriendo expresar con una sola palabra lo que en griego se consigna con una, tradujeron *haereditavi* por *haereditate acquisivi,* aunque ciertamente esta palabra latina más bien debía significar o señalar al que da la herencia que al que la recibe. De suerte que *haereditavi* tendría el sentido de *ditavi,* enriquecí (a alguno). Luego mejor se declara íntegramente el sentido diciendo con dos palabras, ya se diga *haereditate possedi,* poseí en herencia, o *haereditate acquisivi; non haereditatem,* sed *haereditate,* adquirí en herencia; no la herencia, sino en herencia. Si se pregunta qué adquirió en herencia, responde: *Tus testimonios.* ¿Y qué quiso dar a entender? Que se hizo testigo de Dios, que confesó sus testimonios; es decir, que se hizo mártir y que confesó como confiesan los mártires, que le fue concedido esto por el Padre, del cual es heredero. Muchos ciertamente quisieron y no pudieron; sin embargo, ninguno pudo sin haber querido; porque no hubieran podido si hubieran querido negar los testimonios de Dios. Pero también es cierto que su voluntad fue ayudada por Dios. Por eso afirma éste que adquirió estos testimonios en herencia y *para siempre,* porque en ellos no se halla la gloria temporal de los hombres que buscan cosas vanas, sino la gloria eterna de los que padecen por breve tiempo y reinan sin fin. De aquí que prosigue: *porque son la alegría de mi corazón.* Aun cuando sean aflicción del cuerpo, sin embargo, son alegría del corazón.

datis tuis non erravi. Unde hoc, nisi quia eius anima in manibus Dei, vel in suis vivificanda offertur Deo?

7 [v.111]. *Haereditate acquisivi testimonia tua in aeternum.* Nonnulli uno verbo volentes dicere quod uno verbo in graeco positum est, *Haereditavi* interpretati sunt. Quod etsi latinum esse posset, magis significaret eum qui dedit haereditatem, quam eum qui accepit; ut sic esset *haereditavi,* quomodo, Ditavi. Melius ergo duobus verbis insinuatur integer sensus; sive dicatur, *Haereditate possedi;* sive dicatur, *Haereditate acquisivi:* non haereditatem, sed *haereditate.* Si autem quaeritur, quid acquisierit *haereditate; Testimonia,* inquit, *tua.* Quid volens intelligi, nisi, ut testis Dei fieret, eiusque testimonia confiteretur; id est, ut martyr Dei fieret, atque eius martyria diceret, sicut martyres dicunt, a Patre sibi, cuius haeres est, esse collatum? Multi quippe voluerunt, neque potuerunt: nulli tamen potuerunt, nisi qui voluerunt; quia non potuissent, si Dei testimonia negare voluissent. Sed etiam ipsorum praeparata est voluntas a Domino. Ideo haec haereditate se acquisisse iste testatur, et hoc *in aeternum;* quia non est in eis gloria temporalis hominum vana quaerentium, sed aeterna gloria est brevi tempore patientium, et sine fine regnantium. Unde sequitur, *Quoniam exsultatio cordis mei sunt:* etsi afflictio corporis, exsultatio tamen cordis.

8 [v.112]. A continuación añade: *Incliné mi corazón a ejecutar eternamente tus justificaciones por la retribución.* El que dice: *Incliné mi corazón,* ya había dicho: *Inclina mi corazón hacia tus testimonios,* para que entendamos que esto es obra conjunta del don divino y del propio querer. Pero ¿acaso hemos de hacer eternamente las justificaciones de Dios? Las obras que hacemos en relación a las necesidades del prójimo no pueden ser eternas, como no lo son las mismas necesidades. Si las hacemos sin amarle, no hay justificaciones; si, por el contrario, las hacemos amándole, este amor es eterno y para él está preparada eterna retribución. Por esta retribución dice que inclinó su corazón a ejecutar las justificaciones de Dios: para que, amando eternamente, eternamente merezca poseer lo que ama.

SERMÓN 24

1 [v.113]. El pasaje de este salmo, del que, Dios mediante, hemos de tratar, comienza así: *Odié a los inicuos y amé tu ley.* No dice: "Aborrecí a los inicuos y amé a los justos"; u "Odié la iniquidad y amé tu ley", sino que, habiendo dicho: *Odié a los inicuos,* declaró el porqué, añadiendo: *y amé tu ley,* para demostrar que no odió en los hombres inicuos la naturaleza, por la que existen los hombres, sino la iniquidad, por la cual son enemigos de la ley, que él ama.

2 [v.114]. A continuación prosigue: *Tú eres mi ayudador y mi amparador.* Ayudador, para que obre el bien; amparador,

8 [v.112]. Deinde subiecit: *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem.* Qui dicit, *Inclinavi cor meum;* ipse iam dixerat, *Inclina cor meum in testimonia tua;* ut intelligamus simul hoc esse et divini muneris et propriae voluntatis. Sed numquid in aeternum facturi sumus iustificationes Dei? Opera illa quidem quae operamur circa proximorum necessitates, aeterna esse non possunt, sicut nec ipsae necessitates: sed si non diligendo ista faciamus, nulla est iustificatio; si autem diligendo, aeterna est ipsa dilectio, eique aeterna parata est retributio; propter quam retributionem dicit se inclinasse cor suum ad faciendas iustificationes Dei, ut in aeternum diligens, in aeternum mereatur habere quod diligit.

SERMO XXIV

1 [v.113]. Psalmi huius locus de quo in voluntate Dei disputaturi sumus, sic incipit: *Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi.* Non ait, Iniquos odio habui, et iustos dilexi; aut, Iniquitatem odio habui, et legem tuam dilexi: sed cum dixisset, *Iniquos odio habui,* exposuit quare, addendo, *et legem tuam dilexi,* ut demonstraret, non se in hominibus iniquis odisse naturam, qua homines sunt; sed iniquitatem, qua legi quam diligit, inimici sunt.

2 [v.114]. Deinde sequitur, *Adiutor meus et susceptor meus es tu: Adiutor,* ad bona facienda; *susceptor,* ad mala evadenda. Quod autem

para que evite el mal. Lo que añadió: *sobreesperé en tu palabra,* lo dice como hijo de la promesa.

3 [v.115]. Pero ¿qué quiere decir el versillo siguiente: *Apartaos de mí, malignos, y escudriñaré los mandamientos de mi Dios,* pues no dice "cumpliré", sino *escudriñaré?* Luego, para conocerlos con discernimiento y a perfección, desea y obliga a que se aparten de él los malignos, porque los malos nos atormentan en el cumplimiento de los mandamientos y nos apartan de su investigación; no sólo cuando nos persiguen o quieren litigar con nosotros, sino también cuando nos complacen y honran y al mismo tiempo reclaman que nos ocupemos en favorecer sus viciosos y codiciosos apetitos y que les consagremos nuestro tiempo; o también persiguen a los débiles y les obligan a presentar sus causas ante nosotros, a los cuales no nos atrevemos a decirles: *Hombre, dime: ¿quién me ha constituido juez o árbitro entre vosotros?* Pues el Apóstol constituyó personas eclesiásticas para que conocieran tales causas, prohibiendo a los cristianos litigar en el foro secular. Ciertamente, no decimos a los que, aun cuando no quiten lo ajeno, sin embargo, exigen lo suyo con codicia: "Apartaos de toda codicia", poniéndoles ante sus ojos el hombre a quien se dijo: *¡Oh necio!, esta noche te arrancarán el alma, ¿de quién será lo que acumulaste?;* porque, aun cuando se lo digamos, no se apartan ni se alejan de nosotros, sino que instan, exigen, ruegan, se alborotan, nos piden con instancia que nos ocupemos más bien de las cosas que ellos aman que de escudriñar los mandamientos de Dios, que nosotros amamos. ¡Oh

adiungit, *In verbum tuum supersperavi,* tanquam filius promissionis loquitur.

3 [v.115]. Sed quid sibi vult versus qui sequitur: *Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei?* Non enim ait, faciam; sed, *scrutabor.* Ut ergo perfecte ea diligenterque noverit, malignos a se declinare desiderat, eosque etiam compellendo a se abigit. Nam maligni exercent ad facienda mandata, a scrutandis autem avocant; non solum cum persequuntur, aut litigare nobiscum volunt; verum etiam cum obsequuntur et honorant, et tamen suis vitiosis et negotiosis cupiditatibus adiuvandis ut occupemur, et eis nostra tempora impendamus, efflagitant; aut certe infirmos premunt, et causas suas ad nos deferre compellunt: quibus dicere non audemus, *Dic, homo, quis me constituit iudicem aut divisorem inter vos?* (Lc 12,14). Constituit enim talibus causis ecclesiasticos Apostolus cognitores, in foro prohibens iurgare Christianos (1 Cor 4,1-6). Ne illis quidem qui non aliena rapiunt, sed sua cupide repetunt, dicimus, Cavete ab omni cupiditate, constituentes eis ante oculos hominem cui dictum est, *Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua; quae praeparasti cuius erunt?* (Lc 12,20) qui et quando dicimus, non recedunt nec declinant a nobis; sed instant, urgent, precantur, tumultuantur, extorquent, ut ipsis potius ad ista quae diligunt, quam scrutandis Dei mandatis quae diligimus occupemur. O quanto taedio turbarum turbulenta-

con cuánto hastío de la turbulenta muchedumbre y con cuánto deseo de la palabra divina se dijo: *Apartaos de mí, malignos, y escudriñaré los mandamientos de mi Dios!* Perdonen los fieles obedientes, que rara vez nos molestan para que dictaminemos sobre sus negocios seculares y que se someten sin dificultad a nuestras decisiones; y, por tanto, que no nos molestan litigando, sino que más bien nos consuelan obedeciendo. Pero, sin duda, digo esto por los que pleitean entre sí con pertinacia; y, cuando oprimen a los buenos, menosprecian nuestros juicios, pues entonces nos hacen perder el tiempo que debíamos dedicar a los asuntos divinos. Por éstos, diré, se nos permita exclamar, aunando nuestra voz a la del Cuerpo de Cristo: *Apartaos de mí, malignos, y escudriñaré los mandamientos de mi Dios.*

4 [v.116]. A continuación, después que espantó, por decirlo así, las moscas importunas de su corazón, se vuelve a Aquel a quien decía: *Tú eres mi ayudador y mi amparador; esperé en tu palabra;* y, continuando la súplica, dice: *Ampárame según tu dicho, y viviré,* y *no me confundas en mi esperanza.* El que ya había dicho: *Tú eres mi amparador,* pide ser amparado más y más todavía y ser conducido a aquello por lo que tolera tantas incomodidades, confiando que allí había de vivir con más realidad que en estos sueños de las cosas humanas. Así, pues, dijo en futuro, *viviré,* como si no se viviera en este cuerpo mortal, pues *el cuerpo está muerto por el pecado; esperando, pues, la redención de nuestro cuerpo, nos salvamos por la fe, y, esperando lo que no vemos, con paciencia lo esperamos.* Pero la esperanza no confunde si la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones

rum, et quanto desiderio divinorum eloquiorum dictum est, *Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei!* Ignoscant obedientes fideles qui pro suis saecularibus causis raro nos quaerunt, et iudiciis nostris facillime acquiescunt; nec nos conterunt litigando, sed obtemperando potius consolantur. Certe propter eos qui et inter se pertinaciter agunt, et quando bonos premunt, nostra iudicata contemnunt; faciuntque nobis perire tempora rebus eroganda divinis, certe, inquam, propter istos et nobis liceat exclamare in hac voce corporis Christi, *Declinate a me, maligni, et scrutabor mandata Dei mei.*

4 [v.116]. Deinde posteaquam velut ab oculis cordis sui muscas irruentes abegit, redit ad eum cui dicebat «Adiutor meus et susceptor meus es tu; in verbum tuum speravi»; precemque continuans, «Suscipe me», inquit, «secundum eloquium tuum, et vivam; et ne confundas me ab exspectatione mea». Qui iam dixerat, *Susceptor meus,* poscit magis magisque suscipi, et ad illud propter quod tolerat tam multa molesta, perduci; verius ibi se, quam in istis humanarum rerum somniis fidens esse victurum. Sic enim de futuro dictum est, *et vivam,* tanquam in hoc corpore mortuo non vivatur. Corpus enim mortuum est propter peccatum: et exspectantes redemptionem corporis nostri, spe salvi facti sumus, et quod non videmus sperantes, per patientiam exspectamus (Rom 8,10.23-25). Sed spes non confundit, si charitas Dei diffunditur

por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado. Por tanto, para recibirlo con más abundancia, se clama al Padre: *No me confundas en mi esperanza.*

5 [v.117]. Y como si tácitamente se le hubiese respondido: "¿No quieres ser confundido en tu esperanza? Pues entonces no interrumpas la meditación de mis justificaciones." Experimentando que esta meditación se impide con frecuencia por las enfermedades del alma, dice: *Ayúdame, y seré salvo, y meditaré siempre en tus justificaciones.*

6 [v.118]. *Despreciaste a todos...,* o lo que parece expresado con más cuidado en griego: *Redujiste a la nada a todos los que se apartan de tus justificaciones, porque su pensamiento es injusto.* Luego por eso clamó: *Ayúdame, y seré salvo y meditaré siempre en tus justificaciones,* puesto que Dios aniquiló a los que se apartan de sus justificaciones. ¿Y por qué se apartan? Porque su pensamiento, dice, es injusto. Por él se acerca y por él se aparta, porque todas las obras, tanto malas como buenas, proceden del pensamiento, y por el pensamiento es todo hombre inocente o reo. De aquí que se escribió: *El pensamiento santo te salvará;* y también se lee en otro lugar: *Se interrogará al impío sobre sus pensamientos.* El Apóstol dice asimismo: *Los pensamientos acusan y también defienden.* ¿En qué es feliz el que es desgraciado en su pensamiento? ¿O cómo dejará de ser desgraciado allí el que fue aniquilado? La iniquidad es ciertamente una gran esterilidad. Con razón, pues, se dijo: *Sean confundidos los inicuos, que obran vanamente,* es decir, que no hacen nada, como si hubieran sido aniquilados.

in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis (Rom 5,5). Propter quem largius accipiendum clamatur ad Patrem, *Ne confundas me ab exspectatione mea.*

5 [v.117]. Et tanquam ei responsum fuerit in silentio, Non vis confundi ab exspectatione tua? non intermittas meditari iustificationes meas: sentiens istam meditationem plerumque animae languoribus impediri, *Adiuva me,* inquit, *et salvus ero; et meditabor in iustificationibus tuis semper.*

6 [v.118]. *Sprevisti omnes;* vel, quod de graeco diligentius videtur expressum, *Ad nihilum deduxisti omnes discedentes a iustificationibus tuis; quia iniusta cogitatio eorum.* Ideo ergo clamavit: *Adiuva me et salvus ero, et meditabor in iustificationibus tuis semper;* quia in nihilum redigit Deus omnes discedentes a iustificationibus suis. Quare autem discedunt? *Quia iniusta est,* inquit, *cogitatio eorum.* Ibi acceditur, ibi disceditur. Omnia opera, vel mala, vel bona, a cogitatione procedunt: in cogitatione quisque innocens, in cogitatione reus est. Propter quod scriptum est: *Cogitatio sancta servabit te* (Prov 2,11): et alibi legitur: *In cogitationibus impii interrogatio erit* (Sap 1,9): et Apostolus: *Cogitationibus,* ait, *accusantibus aut etiam defendentibus* (Rom 2,15). Ubi autem felix est qui in cogitatione miser est? aut quomodo ibi non miser est qui ad nihilum redactus est? Magna quippe est sterilitas, iniquitas. Merito dictum est: *Confundantur iniqui facientes vane* (Ps 24,4); id est, inaniter, tanquam redacti ad nihilum.

7 [v.119]. Prosigue el salmo: *Reputé, juzgué o tuve por prevaricadores a todos los pecadores de la tierra,* pues los latinos tradujeron de muchas maneras la palabra griega *eloguisamen.* La sentencia es profunda, y con la ayuda de Dios la hemos de sondear, esforzándonos más en otra disertación. Y lo que se añade: *por eso amé siempre tus testimonios,* aún la hace más profunda, pues el Apóstol dice: *La ley obra ira;* y, dando la razón de este dicho, añade: *porque en donde no hay ley, tampoco hay prevaricación,* dando a entender por esto que no todos son prevaricadores, pues no todos tienen ley. Que no todos tienen ley, lo dice más claramente en otro lugar: *Los que pecaron sin ley, sin la ley perecerán.* Luego ¿qué quiere decir: *Reputé prevaricadores a todos los pecadores de la tierra?* Baste aquí con haber propuesto la cuestión. La trataré, si Dios me lo concede, en otro sermón, no sea que la extensión de éste me obligue a exponerla más concisamente de lo que conviene para que pueda entenderse bien.

SERMÓN 25

En él se concilia el salmo con el Apóstol sobre la última cuestión del sermón anterior.

1 [v.119]. Con la ayuda de Dios, tratamos de averiguar, si podemos, de qué modo ha de entenderse lo que se dijo en este

7 [v.119]. Sequitur in Psalmo: *Praevaricantes deputavi,* vel *putavi,* vel *existimavi omnes peccatores terrae.* Multis enim modis nostri interpretati sunt unum verbum graecum, quod est ἐλογισάμην: sed profunda est illa sententia, et si adiuverit Dominus, operosius disputatione alia penetranda est. Nam et quod additum est: *Propterea dilexi testimonia tua semper,* multo amplius eam profundam facit. Dicit enim Apostolus: *Lex iram operatur,* huiusque dicti rationem reddens: *Ubi enim non est lex,* inquit *nec praevaricatio* (Rom 4,15); ita ostendens non omnes esse praevaricatores. Non enim omnes habent legem. Non autem omnes habere legem, alio loco evidentius ait: *Qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt* (ib. 2,12). Quid sibi ergo vult: *Praevaricatores deputavi omnes peccatores terrae?* Sed hic quaestionem proposuisse suffecerit, alio, si Deus donaverit, sermone tractandam, ne huius prolixitas eam cogat angustius explicari, quam ut bene possit quod explicatur intelligi.

SERMO XXV

Psalmus cum Apostolo conciliandus

1 [v.119]. Quaerimus, si Deo largiente invenire possumus, quomodo intelligendum sit quod in isto psalmo magno dictum est: *Praevaricatores,*

gran salmo: *Reputé prevaricadores;* o, mejor dicho, *prevaricantes,* porque el texto griego dice *parabainontas* y no *parabatas.* Tratamos de averiguar, repito, cómo ha de entenderse: *Reputé prevaricantes a todos los pecadores de la tierra,* teniendo en cuenta que el Apóstol dice: *En donde no hay ley, no hay prevaricación.* Pero dice esto para distinguir la ley de las promesas. Para que mejor se entienda el sentido, consignemos lo que dice más arriba: *La promesa hecha a Abrahán y a su linaje de que él sería el heredero del mundo, no fue por la ley, sino por la justicia de la fe. Porque, si son herederos por la ley, la fe resulta vana, y la promesa sin valor, porque la ley obra la ira; y en donde no hay ley, no hay prevaricación. Luego por la fe, para que, según gracia, sea firme la promesa para todo el linaje; no sólo para el de la ley, sino también para el de la fe de Abrahán, el cual es padre de todos nosotros.* ¿Por qué dice esto el Apóstol sino para demostrar que la ley, sin la gracia de la promesa, no sólo no quita el pecado, sino que lo aumenta? De aquí que también se escribió: *Se introdujo la ley para que abundase el delito.* Pero como todos los delitos se perdonan por la gracia, no sólo los cometidos sin ley, sino también los cometidos con ella, añade a continuación: *En donde abundó el delito, sobreabundó la gracia.* Por tanto, el Apóstol no considera prevaricantes a todos los pecadores, sino únicamente a los que traspasan la ley, pues dice: *En donde no hay ley, no hay prevaricación.* Por esto, según el Apóstol, todo prevaricador es pecador, porque peca teniendo la ley; pero no todo pecador es prevaricante, porque algunos pecan no teniendo la ley, *y en donde no hay ley, no hay prevaricación.* Pero, si

vel potius, *praevaricantes;* graecus enim παραβαίνοντας ait, non παραβάτας: quaerimus ergo quomodo intelligendum sit, *Praevaricantes deputavi omnes peccatores terrae;* propter quod ait Apostolus: *Ubi enim lex non est, nec praevaricatio.* Hoc autem dixit, cum a lege, promissa distingueret. Nam ut de superioribus sensus plenior colligatur: *Non enim per legem,* inquit, *promissio Abrahae aut semini eius, ut haeres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui per legem haeredes sunt; exinanita est fides, et evacuata est promissio: lex enim iram operatur; ubi enim non est lex, nec praevaricatio. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini; non ei tantum quod ex lege est, sed et ei quod ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum* (Rom 4,13.16). Cur hoc Apostolus ait, nisi ut ostenderet legem sine promissionis gratia, non solum non auferre, verum et augere peccatum? Unde et illud est: *Lex subintravit, ut abundaret delictum.* Sed quia omnia per gratiam dimittuntur, non solum quae sine lege, verum etiam quae in lege commissa sunt; ideo ibi secutus adiunxit: *Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia* (ib. 5,20). Non itaque praevaricantes deputat omnes peccatores Apostolus, sed eos tantum praevaricantes deputat qui transgrediuntur legem. *Ubi enim non est lex,* inquit, *nec praevaricatio.* Ac per hoc secundum Apostolum, omnis quidem praevaricator peccator est, quia

nadie pecase a no ser que tuviese la ley, no hubiera dicho el mismo Apóstol: *Todos los que pecaron sin ley, perecerán sin la ley.* Pero si, según este salmo, *todos* los pecadores de la tierra son prevaricantes, no hay pecado alguno sin prevaricación; y como no hay prevaricación sin ley, no habrá pecado sin ley. Luego el que dice: *Reputé prevaricantes a todos los pecadores de la tierra,* quiere que se entienda que no hay en absoluto pecadores fuera de los que traspasan la ley; y por esto parece oponerse el salmo a Aquel que dijo: *Todos los que pecaron sin ley, perecerán sin la ley.* Según el Apóstol, existen algunos pecadores que no son prevaricantes, porque pecan sin ley, *y en donde no hay ley, no hay prevaricación.* Conforme el salmista, no hay pecador sin prevaricación, porque reputa prevaricantes a todos los pecadores de la tierra. Luego, según éste, nadie peca sin ley: *porque en donde no hay ley, no hay prevaricación.* ¿Acaso hemos de decir que es cierto que en donde no hay ley no hay prevaricación, pero que no es cierto que algunos pecaron sin ley; o que es verdad que algunos pecaron sin ley, pero que no es verdad que en donde no hay ley no puede haber prevaricación? Ambas sentencias las consignó el Apóstol; por tanto, ambas son ciertas, porque ambas las refirió la Verdad por boca del Apóstol. Pero ¿de qué modo será verdadero lo que, sin duda, dijo la Verdad en este salmo: *Reputé prevaricadores a todos los pecadores de la tierra?* Se nos pregunta: ¿Quiénes son aquellos que, según el Apóstol, pecaron sin ley, ya que ninguno de ellos debe

peccat in lege, sed non omnis peccator praevaricator est, quia peccant aliqui sine lege; *Ubi* autem *non est lex, nec praevaricatio.* Porro, si nemo sine lege peccaret, non idem ipse apostolus diceret, *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.* Secundum istum vero psalmum, si praevaricantes sunt omnes peccatores terrae, nullum est utique sine praevaricatione peccatum: nulla est autem praevaricatio sine lege; nullum est igitur nisi in lege peccatum. Qui ergo dicit: *Praevaricantes deputavi omnes peccatores terrae,* nullos esse omnino, nisi qui legem transgressi sunt, vult intelligi peccatores; et ob hoc adversatur illi qui dixit: *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.* Secundum illum quippe sunt aliqui peccatores, quamvis non sint praevaricantes, id est, qui *sine lege peccaverunt: Ubi enim non est lex, nec praevaricatio:* secundum istum autem nullus est sine praevaricatione peccator; quia praevaricantes deputat omnes peccatores terrae. Nullus ergo secundum istum sine lege peccavit; *quia ubi non est lex, nec praevaricatio.* An forte dicturi sumus, verum quidem esse quod nec praevaricatio sit ubi non est lex, sed verum non esse quod aliqui sine lege peccaverint; aut verum quidem esse aliquos sine lege peccasse, sed verum non esse, ubi lex non est, praevaricationem esse non posse? At utrumque Apostolus dixit: verum est ergo utrumque, quia utrumque per Apostolum Veritas dixit. Quomodo ergo erit verum quod in psalmo isto eadem procul dubio Veritas dixit, *Praevaricantes deputavi omnes peccatores terrae?* Respondetur enim nobis: Qui sunt ergo illi qui secundum Apostolum sine lege

ser reputado prevaricante, siendo así que, según el mismo Apóstol, *no hay prevaricación en donde no hay ley?*

2. Sin duda, cuando dijo el Apóstol: *Todos los que pecaron sin ley, perecerán sin la ley,* se refería a la ley que Dios dio, por medio de su siervo Moisés, a su pueblo Israel. Esto lo demuestran las mismas palabras que acompañan a esta sentencia. Hablaba de los judíos y de los griegos, es decir, de los gentiles, que no pertenecían a la circuncisión, sino al prepucio; y por eso dijo de éstos que estaban sin ley, porque no habían recibido la ley, de la cual se gloriaban los judíos haber recibido. De aquí que les dice: *Si tú te llamas judío y descansas en la ley y te glorías en Dios...,* etc. Pero ha de verse de qué dimanó esta sentencia: *Todos los que pecaron sin ley, perecerán sin la ley. Ira*—dice—, *indignación, tribulación y angustia (habrá) para toda alma de hombre que obra mal del prepucio y del griego; pero (habrá) gloria, y honra, y paz para todo el que obra el bien; para el judío primeramente y para el griego, pues no hay aceptación de personas en Dios.* A esto añade las palabras que dan motivo a esta cuestión, y dice así: *Todos los que pecaron sin ley, perecerán sin la ley,* y *todos los que pecaron en la ley, serán juzgados por la ley,* queriendo dar a entender por éstos a los judíos y por aquéllos a los griegos, porque trataba de ellos y demostraba que ambos estaban sometidos al pecado, para que unos y otros confesasen que necesitaban de la gracia. De aquí que dice: *Pues no hay distinción, ya que todos pecaron, y necesitan de la gloria de Dios, pues fueron justificados gratuitamente por su gracia mediante la*

peccaverunt? Non enim et eorum quisquam praevaricans deputandus est, cum secundum eumdem apostolum, praevaricatio non sit ubi lex non est.

2. Sed nimirum cum diceret Apostolus, *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt,* de illa lege agebat quam Deus dedit per Moysen famulum suum populo suo Israel. Hoc ipsa quae circumstant, verba eius ostendunt. Disputabat enim de Iudaeis et Graecis, id est Gentibus, non ad circumcisionem, sed ad praeputium pertinentibus; ideo sine lege eos dicens, quia non acceperant legem quam se accepisse gloriabantur Iudaei: unde illis ait, *Si autem tu Iudaeus cognominaris, et requiescis in lege, et gloriaris in Deo.* Denique unde ad hanc sententiam venerit, intuendum est, ut diceret, *Quicumque sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. Ira,* inquit, *et indignatio, tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Graeci; gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco: Non est enim personarum acceptio apud Deum.* Ad haec addidit unde nunc quaestio est, et ait, *Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt; et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur* (Rom 2,8.17). Hos utique Iudaeos, illos autem Graecos volens intelligi, quoniam de his agebat; utrosque sub peccato esse demonstrans, ut egere se gratia utrique fateantur: propter quod dicit, *Non enim est distinctio: omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei; iustificati gratis per gra-*

redención, que se halla en Cristo Jesús. ¿De quiénes dijo que todos pecaron sino de los judíos y de los griegos, de los cuales había dicho: *No hay distinción?* De ellos había dicho también poco antes: *Acusamos a judíos y a griegos de estar todos bajo pecado.* Por esto, *todos los que pecaron sin ley,* a saber, sin aquélla de la que se gloriaban los judíos, *perecerán sin ley,* y *todos los que pecaron en la ley,* es decir, los mismos judíos, *serán juzgados por le ley.* Y no dejarán de perecer, a no ser que crean en Aquel que vino a buscar lo que había perecido.

3. Algunos expositores católicos, fijándose poco en estas palabras del Apóstol, entendieron de modo distinto a como rezan, y así dijeron que perecieron los pecadores sin ley; y los que pecaron en la ley, únicamente serán juzgados, pero no perecerán, creyendo que han de ser purificados mediante castigos temporales, como lo fue aquel de quien se dijo: *El, no obstante, se salvará a través del fuego.* Pero esto se entiende muy bien que se debe al fundamento, del que trataba el Apóstol cuando pronunció estas palabras, puesto que antes había dicho: *Como sabio arquitecto, puse yo el fundamento, y otro edifica sobre él. Mire cada uno cómo sobreedifica, porque nadie puede poner otro fundamento fuera del puesto, el cual es Cristo Jesús,* y lo demás que dijo hasta el lugar en el que se consigna que se salvará por el fuego el que edifica sobre este fundamento no oro, plata o piedras preciosas, sino madera, heno y paja, si no rehúsa recibir el fundamento ni lo abandona una vez recibido, es decir, si lo prefiere a todos sus deleites carnales, que le aprisionan y le hacen sucum-

tiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu. Quos itaque dicit omnes peccasse, nisi Iudaeos et Graecos, de quibus dixerat, *Non enim est distinctio?* Nam de his et paulo ante: *Causati enim sumus,* inquit, *Iudaeos et Graecos omnes sub peccato esse* (ib. 3,22.23.24.9). Ac per hoc *quicumque sine lege peccaverunt,* illa scilicet de qua Iudaei gloriabantur, *sine lege peribunt; et quicumque in lege peccaverunt,* id est ipsi Iudaei, *per legem iudicabuntur.* Nec ideo non peribunt, nisi credant in eum qui venit quaerere quod perierat (Lc 19,10).

3. Nonnulli quippe etiam catholici tractatores, in his Apostoli verbis aliter quam se res habet parum attendendo sapuerunt, ut dicerent illos perire qui sine lege peccaverunt; hos autem qui in lege peccaverunt, iudicari tantummodo, non perire: tanquam per poenas transitorias credantur esse purgandi, sicut ille de quo dictum est, *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem.* Sed hoc merito fundamenti bene intelligitur, de quo agebat Apostolus, ut hoc diceret. Superius quippe dixerat, *Ut sapiens architectus fundamentum posui; alius superaedificat: unusquisque autem videat quomodo superaedificat. Fundamentum enim aliud memo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus:* et caetera usque ad eumdem locum, ubi eum dixit per ignem salvari, qui super hoc fundamentum, non aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, fenum, stipulam aedificat (1 Cor 3,10.15); non tamen

bir cuando ha llegado a la alternativa o de abandonarlos o de abandonar a Cristo; pues en estas circunstancias, si Cristo no es antepuesto, deja de ser fundamento para él, ya que a todo lo restante de la construcción se antepone siempre el fundamento. Pienso que los que creyeron que no perecerían aquellos de quienes se dijo: *Serán juzgados por la ley,* lo creyeron únicamente porque juzgaron que tenían por fundamento a Cristo. Pero, atendieron poco a estas palabras del Apóstol, según he demostrado, pues la misma Escritura dice que el Apóstol consignó esto de los judíos, que no tenían por fundamento a Cristo. ¿Qué cristiano dirá que no perecerá el judío, aunque no crea en Cristo, sino que solamente será juzgado, siendo así que el mismo Cristo atestigua que fue enviado a la nación judía por las ovejas que de ella habían perecido, y añade que en el día del juicio han de ser más tolerados los sodomitas, que ciertamente perecieron sin ley, que la ciudad de Judea, que no creyó en Aquel que obraba milagros con tan extraordinario poder?

4. Luego si el Apóstol, atendiendo a la ley, que dio el Señor, mediante Moisés, al pueblo de Israel y no a las demás naciones, dijo que éstas no tenían esta ley, ¿qué hemos de entender que se dijo en este salmo al consignar: *Reputé por prevaricantes a todos los pecadores de la tierra,* si no entendemos que hay otra ley, no dada por Moisés, según la cual son prevaricantes todos los pecadores de las restantes naciones? *En donde no hay ley, no hay prevaricación.* ¿Qué ley es esta sino aquella de la cual dice el mismo Apóstol: *Los gentiles, que no tienen ley, naturalmente*

respuit ne recipiat, nec receptum deserit fundamentum; idque omnibus carnalibus suis, quibus capitur atque succumbit, delectationibus anteponit, cum ad hunc articulum ventum fuerit, ut aut illae deserantur, aut Christus; ubi si non anteponitur Christus, non illi est fundamentum. Omnibus quippe structurae posterioribus partibus anteponitur fundamentum. Nec cogitasse existimo eos qui senserunt non perire de quibus dictum est, *Per legem iudicabuntur,* nisi quia fundamentum habent Christum. Parum ergo attenderunt quod demonstravimus; atque ipsa Scriptura clamat, de Iudaeis hoc Apostolum dicere, qui sine fundamento sunt Christo. Quis autem Christianus dixerit non perire Iudaeum, si non credat in Christum, sed tantummodo iudicari: cum Christus ipse ad eamdem gentem, propter oves quae inde perierant, se missum esse testetur (Mt 15,24); et tolerabilius dicat futurum Sodomitis in die iudicii, qui utique sine lege perierunt, quam civitati Iudaeae quae in eum non credidit tanta virtute mirabilia facientem? (ib. 11,23.24).

4. Si ergo Apostolus secundum legem quam Deus per Moysen populo Israel dedit, caeteris autem gentibus non dedit, sine lege dixit esse caeteras gentes; quid intellecturi sumus in isto psalmo dictum esse, *Praevaricantes aestimavi omnes peccatores terrae,* nisi intelligamus aliquam legem non per Moysen datam, secundum quam sunt praevaricantes caeterarum gentium peccatores? *Ubi enim lex non est, nec praevaricatio.*

cumplen los preceptos de la ley; estos que no tienen ley son para sí mismos ley? Luego en el sentido que dice que no tienen ley, así también pecaron sin la ley y perecieron sin ella. Y según lo que dice: *Ellos son para sí mismos ley,* así también son tenidos, con razón, por prevaricantes todos los pecadores de la tierra. Aquel que no quiere que le injurien a él, no debe injuriar a ninguno, pues en esto traspasa la ley natural, la cual no se le permite ignorar cuando no quiere padecer lo que hace. ¿Acaso no tenía esta ley natural el pueblo de Israel? Ciertamente que la tenía, porque también eran hombres. No la hubieran tenido si hubieran podido, en contra del orden de la naturaleza, dejar de ser hombres. Luego se hicieron mucho más prevaricadores con la ley divina, con la que fue restablecida, o aumentada, o confirmada la natural.

5. Pues bien, si, entre todos los prevaricadores de la tierra, se encuentran, con razón, los niños, por causa del pecado original, ya que se demuestra que ellos, por la imitación de la prevaricación de Adán, pertenecen a aquella prevaricación que se cometió la primera una vez dada la ley en el paraíso, y por esto con motivo se tienen por prevaricadores a todos los pecadores de la tierra sin exceptuar a ninguno, entonces todos pecaron y necesitan de la gloria de Dios. Luego la gracia del Salvador halló a todos prevaricantes; a unos más y a otros menos. Pues cuanto mayor es el conocimiento de la ley en cada uno, tanto menor es la excusa del pecado, y cuanto menor es la excusa del pecado, tanto más

Quae ista lex est, nisi forte illa de qua idem dicit apostolus, *Gentes quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt; hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex?* (Rom 2,14). Secundum hoc ergo quod dicit, *Legem non habentes;* sine lege peccaverunt, et sine lege peribunt: secundum id vero quod ait, *Ipsi sibi sunt lex;* non immerito praevaricatores aestimantur omnes peccatores terrae. Nullus enim est qui faciat alteri iniuriam, nisi qui fieri nolit sibi: et in hoc transgreditur naturae legem, quam non sinitur ignorare, dum id quod facit non vult pati. Numquid autem lex ista naturalis non erat in populo Israel? Erat plane, quoniam et ipsi homines erant: sine lege autem naturali essent, si praeter naturam humani generis esse potuissent. Multo magis ergo praevaricatores facti sunt lege divina, qua naturalis illa sive instaurata, sive aucta, sive firmata est.

5. Iamvero si in omnibus peccatoribus terrae non incongrue deputantur et parvuli, propter originalis vincula peccati, etiam ipsi in similitudine praevaricationis Adae (ib. 5,14), ad illam praevaricationem pertinere monstrantur, quae, data lege in paradiso, prima commissa est (Gen 3,6): ac per hoc recte, nullo prorsus excepto, praevaricatores aestimantur omnes peccatores terrae. *Omnes* autem *peccaverunt, et egent gloria Dei.* Omnes igitur praevaricantes gratia Salvatoris invenit, alios magis, alios minus. Quanto enim legis maior in quocumque cognitio, tanto minor peccati excusatio: quanto minor peccati excusatio, tanto

patente es la prevaricación. Sólo queda, pues, que a todos socorriese la justicia, no la propia de cada uno, sino la de Dios, es decir, la dada por Dios. Por esto dice el Apóstol: *El conocimiento del pecado por la ley.* El pecado no se borra por la ley, sino *que se conoce por la ley. Pero ahora*—dice—, *sin la ley, se manifestó la justicia de Dios, testificada por la ley y los profetas.* Por lo cual también añadió el salmista: *por esto amé tus testimonios.* Lo cual es como si dijera: "Puesto que la ley, ya la dada en el paraíso, o la impresa en la naturaleza, o la promulgada por escrito, hace prevaricadores a todos los pecadores de la tierra, *por esto amé tus testimonios,* que por tu gracia se hallan en tu ley, para que no se halle en mí mi propia justicia, sino la tuya". La ley ciertamente sirve para encaminar a la gracia. No sólo en cuanto que atestigua de la justicia de Dios, que se halla sin la ley, sino también en cuanto que constituye prevaricantes; en tal grado, que la letra mata, y obliga a recurrir por el temor al espíritu vivificante, por el cual se borran todos los pecados y se inspira el amor de las buenas obras. Por eso dice: *Amé tus testimonios.* Algunos códices añaden *siempre,* otros no. Si se encuentra en ellos, ha de tomarse el *siempre* de modo que se entienda "mientras vivimos en el mundo", pues aquí son necesarios los testimonios de la ley y los profetas para que atestiguen la justicia de Dios, por la cual nos justificamos gratuitamente. Aquí son asimismo necesarios nuestros testimonios, por los cuales entregaron los mártires la misma vida que aquí se pasa.

6 [v.120]. Conocida, pues, la gracia de Dios, que es la única

manifestior praevaricatio. Restabat ergo, ut omnibus non sua, sed Dei, id est a Deo donata, iustitia subveniret. Unde ait Apostolus: *Per legem cognitio peccati.* Non ergo ablatio, sed *cognitio. Nunc autem sine lege,* inquit, *iustitia Dei manifestata est, testificata per Legem et Prophetas* (Rom 3,20.23). Proinde etiam iste subiunxit: *Propterea,* inquit, *dilexi testimonia tua.* Tanquam diceret: Quoniam lex sive in paradiso data, sive naturaliter insita, sive in litteris promulgata, praevaricatores fecit omnes peccatores terrae: *Propterea dilexi testimonia tua,* quae sunt in lege tua, de gratia tua; ut non sit in me iustitia mea, sed tua. Lex enim ad hoc prodest, ut mittat ad gratiam. Non solum enim quod attestatur manifestandae iustitiae Dei, quae sine lege est; verum etiam hoc ipso quod praevaricantes facit, ita ut etiam littera occidat; ad vivificantem Spiritum (2 Cor 3,6) confugere timore compellit, per quem peccatorum deleatur universitas, et recte factorum charitas inspiretur: *Propterea,* inquit, *dilexi testimonia tua.* Quidam codices habent, *semper,* quidam non habent. Sed si est, sic accipiendum est *semper,* ut sic intelligatur, Quamdiu hic vivitur. Hic sunt enim testimonia necessaria, de Lege et Prophetis, attestantia iustitiae Dei, qua iustificamur gratis: hic sunt et nostra testimonia necessaria, pro quibus ipsam quae hic agitur, vitam martyres finierunt.

6 [v.120]. Cognita itaque Dei gratia, quae sola liberat a praevari-

que libra de la prevaricación, que se comete por el conocimiento de la ley, orando, dice: *Confige clavis...: Traspasa con los clavos de tu temor mis carnes.* Así tradujeron, con más precisión, los latinos lo que pudo decirse en griego con una sola palabra; de este modo: *cazeloson.* Algunos prefirieron traducir esta palabra por *confige,* traspasa, sin añadir *clavis,* con clavos; y así, al querer expresar con una palabra latina la única griega, no dieron el perfecto sentido a la palabra, porque, diciendo únicamente *confige,* traspasa, no se oyen los clavos; y *cazeloson* no puede percibirse sin el rumor de los clavos, ni puede expresarse en latín si no es con dos palabras, conforme se dijo: *Confige clavis.* ¿Y qué quiere que se entienda aquí por esto sino lo que dice el Apóstol: *A mí sólo me acaezca gloriarme en la cruz de nuestro Señor Jesucristo, por la cual el mundo está crucificado para mí, y yo para el mundo;* y también: *Estoy crucificado con Cristo; y ya no vivo yo, sino que Cristo es el que vive en mí.* ¿Y qué otra cosa es sino que ya no está en mí mi justicia, que procede de la ley, por la cual me hice prevaricador, sino la justicia de Dios, es decir, la que para mí procede de Dios, no de mí? De este modo vive en mí no yo, sino Cristo, *que fue hecho por Dios sabiduría para nosotros, y justicia, y santificación, y redención, para que, conforme está escrito, el que se gloría, se glorie en el Señor.* También dice: *Los que son de Jesucristo crucificaron la carne con las pasiones y las concupiscencias.* Habiéndose dicho aquí que ellos *crucificaron su carne,* en este salmo se pide a Dios que lo haga al decirle: *Traspasa con los clavos de tu temor mis carnes;*

catione, qua legis cognitione committitur, orando dicit: *Confige clavis a timore tuo carnes meas.* Sic enim expressius interpretati sunt quidam nostri, quod graece uno verbo dici potuit, id est, καθήλωσον. Hoc alii *confige* dicere voluerunt, nec addiderunt *clavis;* atque ita dum volunt uno verbo graeco unum latinum interpretando reddere, sententiam minus explicaverunt: quoniam in eo quod est *confige,* non sonant clavi; καθήλωσον autem sine clavis intelligi non potest, nec nisi duobus verbis latine dici potest, sicut dictum est, *confige clavis.* Ubi quid vult intelligi, nisi quod ait Apostolus: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi; per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo?* (Gal 6,14). Et iterum: *Christo,* inquit, *confixus sum cruci; vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus* (ib. 2,19.20). Quod quid est aliud, nisi, Non est in me iustitia mea, quae ex lege est, in qua praevaricator effectus sum; sed iustitia Dei, id est, quae mihi ex Deo est (Phil 3,9), non ex me? Sic quippe in me vivit, non ego, sed Christus, «qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio: ut, quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur» (1 Cor 1,30.31). Item dicit, «Qui autem sunt Iesu Christi, carnem crucifixerunt cum passionibus et concupiscentiis» (Gal 5,24). Cum hic dictum sit quod ipsi *crucifixerunt carnem suam,* in isto tamen psalmo Deus rogatur ut id faciat, cui dicitur, *Confige clavis a timore tuo carnes*

y se le dice para que entendamos que el bien que hacemos debe atribuirse a la gracia de Dios, *que obra en nosotros el querer y el obrar debido a benevolencia.*

7. Pero ¿por qué, después de haber dicho: *Traspasa con los clavos de tu temor mis carnes,* añadió: *porque temí tus juicios?* ¿Qué quiere decir: *Traspasa con tu temor, porque temí?* Si ya había temido o temía, ¿por qué aún pedía que Dios crucificase sus carnes con su temor? ¿Acaso quería que le fuese aumentado el temor, a fin de temer tanto cuanto fuese suficiente para crucificar sus carnes, es decir, las concupiscencias y los afectos carnales como diciendo: "Perfecciona en mí tu temor, porque temí tus juicios"? Aquí hay otro sentido más profundo, el cual, ayudándome el Señor, he de sacar a luz examinando el abismo de este texto de la Escritura: *Traspasa*—dice—*con los clavos de tu temor mis carnes, porque temí tus juicios,* es decir, sean contenidos mis deseos carnales con tu temor, que permanece por los siglos de los siglos, porque temí tus juicios cuando me amenazaban con la pena de la ley que no me podía dar justicia. Pero la caridad perfecta, que constituye libres no por el temor de la pena, sino por el amor a la justicia, arroja fuera este temor con el que se teme el castigo (el cual no es casto). Porque este temor con el cual no se ama la justicia, sino que se teme el castigo, es servil, porque es carnal, y, por lo mismo, no crucifica la carne, pues vive la voluntad de pecar, la cual se manifiesta en las obras cuando se espera la impunidad. Y, por tanto, cuando se cree que ha de seguir la pena, vive latentamente, pero vive. Preferiría que

meas; ut intelligamus etiam id quod recte facimus, gratiae Dei esse tribuendum, qui in nobis operatur et velle et operari, pro bona voluntate (Phil 2,13).

7. Sed quid sibi vult, quod cum dixisset, *Confige clavis a timore tuo carnes meas;* addidit, *a iudiciis enim tuis timui?* Quid est, *Confige a timore tuo; timui enim?* Si iam timuerat, vel timebat, cur adhuc, ut a timore suo Deus crucifigeret carnes eius, orabat? An addi sibi volebat timorem, ut tantum timeret, quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus, id est concupiscentiis affectibusque carnalibus; tanquam dicens, Perfice in me timorem tuum; timui enim a iudiciis tuis? Sed est hic alius altior sensus, quantum Deus donat, scrutato sinu Scripturae huius eruendus. *Confige,* inquit, *clavis a timore tuo carnes meas; a iudiciis enim tuis timui:* hoc est, a timore tuo casto, qui permanet in saeculum saeculi (Ps 18,10), carnalia mea desideria comprimantur; *a iudiciis enim tuis timui,* cum mihi lex minaretur poenam, quae mihi non poterat dare iustitiam. Sed hunc timorem, quo poena metuitur, consummata charitas foras mittit (1 Io 4,18); quae non timore poenae, sed delectatione iustitiae liberos reddit. Timor namque iste, quo non amatur iustitia, sed timetur poena, servilis est, quia carnalis est; et ideo non crucifigit carnem. Vivit enim peccandi voluntas, quae tunc apparet in opere, quando speratur impunitas. Cum vero poena creditur secutura, latenter vivit: vivit

estuviese permitido lo que prohibe la ley, y siente que no lo esté; porque no se deleita espiritualmente con el bien, sino que carnalmente teme el mal con que amenaza. Por el contrario, con el temor casto, la misma caridad, que arroja fuera el temor no casto, teme pecar aunque no sobrevenga castigo alguno, puesto que cree que no falta (este castigo), ya que por el amor a la justicia reputa por castigo el mismo pecado. Con tal temor se crucifica la carne, porque los deleites carnales, que más bien se vedan por la letra de la ley que se evitan, se vencen por el amor de los bienes espirituales y por el mismo se van destruyendo hasta conseguir una perfecta y completa victoria. *Traspasa*—dice—*con los clavos de tu temor mis carnes, porque temí tus juicios,* es decir, dame el casto temor, ya que, como pedagogo, me conduce a pedirle el temor de la ley, *con el cual temí tus juicios.*

SERMÓN 26

1 [v.121]. Ahora emprendo el examen y la exposición de los versillos siguientes de este gran salmo: *Obré juicio y justicia; no me entregues a los que me maltratan.* No es de admirar que obrase juicio y justicia el que antes había pedido que fuesen por temor de Dios, pero casto, traspasadas con clavos sus carnes, es decir, sus carnales concupiscencias, las cuales suelen impedir que nuestro juicio sea recto. Aun cuando en nuestra conversación usual se llame juicio tanto al recto como al perverso, por lo cual se dice a los hombres en el Evangelio: *No juzguéis por aparien-*

tamen. Mallet enim licere, et dolet non licere quod lex vetat; quia non spiritualiter delectatur eius bono, sed carnaliter malum metuit quod minatur. Timore autem casto ipsa, quae hunc timorem foras mittit, peccare timet charitas, etiamsi sequatur impunitas; quia nec impunitatem iudicat secuturam, quando amore iustitiae peccatum ipsum deputat poenam. Tali timore carnes crucifiguntur; quoniam carnales delectationes, quae legis littera vetantur potius quam vitantur, spiritualium bonorum delectatione vincuntur, et eadem usque ad perfectionem crescente victoria primuntur. *Confige* ergo *clavis,* inquit, *a timore tuo carnes meas; a iudiciis enim tuis timui: hoc est,* Da mihi castum timorem, ad quem petendum me tanquam paedagogus timor legis ille perduxit, quo timore *a iudiciis tuis timui.*

SERMO XXVI

1 [v.121]. Istos magni psalmi huius versus considerandos nunc suscepimus atque tractandos: *Feci iudicium et iustitiam; ne tradas me nocentibus me.* Non mirum est eum fecisse iudicium et iustitiam, qui superius poposcerat a timore Dei, utique casto, configi clavis carnes suas, hoc est carnales concupiscentias, quae solent, quominus rectum sit, nostrum impedire iudicium. Quamvis autem sive rectum, sive pravum, in nostri sermonis usu iudicium nuncupetur unde hominibus in Evan-

cias, sino juzgad recto juicio, con todo, en este lugar de tal suerte se consignó el juicio, que no debe ser denominado así si no es recto, pues de otro modo no bastaría haber dicho: *Obré juicio,* sino que se diría: "Obré recto juicio." En este sentido habló también Jesucristo cuando dijo: *Abandonasteis lo más principal de la ley: el juicio, la misericordia y la fe.* Aquí, pues, se consigna el juicio de tal suerte, que no sería juicio si fuese perverso. También en otros muchos lugares de la Escritura se consigna en este mismo sentido; v.gr.: *Te cantaré, ¡oh Señor!, la misericordia y el juicio;* y lo que dice Isaías: *Esperé que obrase juicio, y obró iniquidad.* No dijo: "Esperé que obrase juicio justo, pero obró lo perverso", sino que habló dando a entender que sólo es juicio en cuanto que es justo, y no lo es el que es injusto. Sin embargo, la justicia no suele denominarse buena o mala, como de vez en cuando se dice "juicio bueno o malo", pues por lo mismo que es justicia, es buena. Se acostumbra a decir juicio bueno y malo, al parigual que se dice "juez bueno" y "juez malo"; pero no se dice "buena justicia" o "mala justicia", como no se dice "buen justo" y "mal justo", porque el justo, por el hecho de ser justo, es bueno. Luego la justicia es una gran virtud del alma digna de ser sobremanera alabada, de la cual no necesitamos hablar aquí mucho. Pero el juicio, cuando el motivo de hablar exige que sea el bueno, es el acto de esta virtud. El que tiene justicia, juzga rectamente, o mejor dicho, conforme a este modo de hablar aquí, el que tiene justicia, juzga, porque no juzga si no juzga con

gelio dicitur, *Notite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate* (Io 7,24), tamen hoc loco ita positum est iudicium, tanquam si rectum non fuerit, non debeat iudicium nominari; alioquin non sufficeret dicere, *Feci iudicium,* sed diceretur, Feci rectum iudicium. Hoc genere locutus est Dominus Iesus, ubi ait: *Reliquistis graviora Legis; iudicium, et misericordiam, et fidem* (Mt 23,23). Et hic enim iudicium sic positum est, tanquam non sit iudicium si perversum est. Et multis divinarum Scripturarum locis ita ponitur, quale illud est: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine* (Ps 100,1). Et illud apud Isaiam: *Exspectavi ut faceret iudicium; fecit autem iniquitatem*]Is 5,7). Non ait, Exspectavi ut faceret iudicium iustum, fecit autem iniquum: sed tanquam ideo iam iudicium sit, qui iustum est; nec sit iudicium, quod iniustum est. Iustitia vero non solet dici bona iustitia, vel mala iustitia, sicut aliquando dicitur bonum malumve iudicium; sed eo ipso iam bona est, quia iustitia est. Sic ergo habet consuetudo loquendi, ut dicatur et bonum iudicium, et malum iudicium; quemadmodum habet, ut dicatur et bonus iudex, et malus iudex: sic autem non dicitur bona iustitia, vel mala iustitia, sicut non dicitur, bonus iustus, et malus iustus, quia continuo bonus quisque, si iustus. Iustitia ergo virtus est animi magna praecipueque laudabilis, de qua nunc non est copiosius disputandi necessitas. Iudicium vero, quando nonnisi in bono ponit distinctior loquendi ratio, huius virtutis est operatio. Qui enim habet iustitiam, recte iudicat: imo secundum istam locutionem, qui habet iustitiam, iudicat; quia nec iudicat, si non recte iudicat.

rectitud. En este lugar no se señala con el nombre de justicia la misma virtud, sino su obra. Pues ¿quién obra la justicia en el hombre sino el que justifica al impío, es decir, el que, por su gracia, de impío le hace justo? De aquí que dice el Apóstol: *Fuisteis justificados gratuitamente por su gracia.* Luego hace justicia, es decir, obra justicia, el que tiene en sí justicia, es decir, obra de gracia.

2. *Obré*—dice—*justicia y juicio; no me entregues a los que me maltratan,* es decir: *Obré juicio justo; no me entregues a los que por esto me persiguen,* pues también algunos códices escriben: *No me entregues a los que me persiguen,* puesto que lo que en griego se escribió *tois antidikusi,* unos lo tradujeron por *nocentibus,* a los que me maltratan; otros, por *persequentibus,* a los que me persiguen, y otros, por *calumniantibus,* a los que me calumnian. Pero me admiro de que en todos los códices latinos que pude tener a la vista jamás leí *adversantibus,* a los adversarios, siendo así que, sin disputa alguna, lo que se denomina en griego *antidikos,* se dice en latín *adversarius.* Al pedir que no sea entregado por el Señor a sus adversarios, ¿qué impetra sino lo mismo que pedimos cuando decimos: *No nos dejes caer en la tentación?* Porque adversario es aquel del cual dice el Apóstol: *No sea que os tiente el que tienta.* A éste entrega Dios al que abandona, ya que él no puede engañar a quien Dios no abandona, ofreciendo, por benevolencia, vigor a la conveniencia del hombre. Pero Dios aparta su mirada de aquel que había dicho en su abundancia: *No seré conmovido eternamente,* y así queda conturbado y en descubierto al enemigo. Luego todo el que, teniendo cruci-

Et iustitiae nomine hoc loco, non ipsa virtus, sed opus eius significatum est. Quis enim facit in homine iustitiam, nisi qui iustificat impium, hoc est, per gratiam suam ex impio facit iustum? Unde ait Apostolus: *Iustificati gratis per gratiam ipsius* (Rom 3,24). Facit ergo iustitiam, id est, opus iustitiae, qui habet in se iustitiam, id est opus gratiae.

2. *Feci,* inquit, *iudicium et iustitiam: ne tradas me nocentibus me:* id est, Feci iudicium iustum; ne tradas me illis qui propterea me persequuntur. Nam etiam quidam codices habent, *Ne tradas me persequentibus me:* quod enim graece dictum est, τοῖς ἀντιδικοῦσι, quidam interpretati sunt, *nocentibus;* quidam, *persequentibus;* quidam, *calumniantibus.* Miror autem omnium quos in promptu habere potui codicum nusquam me legisse *adversantibus;* cum sine controversia quod graece ἀντίδικος, hoc latine adversarius appelletur. Orans itaque ne tradatur a Domino adversantibus sibi, quid orat, nisi quod oramus cum dicimus, *Ne nos inferas in tentationem?* (Mt 4,13). Adversarius est enim de quo dicit Apostolus, *Ne forte tentaverit vos qui tentat* (1 Thes 3,5). Ei tradit Deus quem deserit. Eum quippe ille non decipit, quem iste non deserit, in voluntate sua praestans decori hominis virtutem: ab illo autem qui dixerat in abundantia sua, *Non movebor in aeternum,* avertit faciem suam, et factus est conturbatus (Ps 29,7.8), sibique monstratus. Quisquis

ficadas su carnes con el temor casto de Dios y no estando depravado por ningún atractivo de la carne, hace juicio y obras de justicia, debe obrar para no ser entregado a los contrarios, es decir, para que no sea que, temiendo soportar los males, ceda a los perseguidores obrando mal. Pues de Aquel que recibió la victoria contra la concupiscencia para que no fuese arrastrado por el deleite de la carne, recibe también de El la fortaleza en la paciencia para que no se quiebre en el dolor, porque del mismo de quien se dijo: *El Señor dará la dulzura,* igualmente se dice: *De El procede la paciencia.*

3 [v.122-123]. A continuación prosigue: *Ampara a tu siervo para el bien; no me calumnien los soberbios.* Ellos me empujan para que caiga en el mal; tú ampárame para el bien. Los latinos, que tradujeron *non calumnientur mihi,* siguieron la locución griega, poco usada en latín. ¿O es que quizás, cuando se dice: *Non calumnientur me,* tiene tanta fuerza como si se dijera: "No me cojan calumniando"?

4. Muchas son las calumnias de los soberbios, con las cuales puede entenderse que es despreciada la humildad cristiana. Pero si en este lugar se entienden por soberbios los hombres que nos calumnian, porque adoramos a un muerto, ésta es la mayor, ya que la humildad cristiana se patentiza en la muerte de Cristo y se recomienda por Dios. Esta calumnia es común a ambas clases de infieles, es decir, a los judíos y a los gentiles. También cuentan los herejes con propias calumnias adecuadas a cada herejía; las tienen los cismáticos; a todos los cuales separó de la trabazón de los miembros de Cristo la soberbia. ¡Y cuál y cuán grande no

igitur a timore Dei casto crucifixas habet carnes suas, et nulla carnali corruptus illecebra facit iudicium opusque iustitiae, orare debet ne adversantibus tradatur; id est, ne timendo perpeti mala, ad facienda mala persequentibus cedat. A quo enim accipit victoriam concupiscentiae, ne voluptate pertrahatur; ab illo etiam robur patientiae, ne dolore frangatur: quoniam de quo dicitur, *Dominus dabit suavitatem* (Ps 84,13); de illo etiam dicitur, *Ab ipso est enim patientia mea* (Ps 61,6).

3 [v.122-123]. Denique sequitur: *Excipe servum tuum in bonum; non calumnientur mihi superbi.* Illi impellunt, ut cadam in malum; tu excipe in bonum. Qui autem interpretati sunt, *Non calumnientur me,* graecam locutionem secuti sunt, latinae linguae minus usitatam. An forte habet vim cum dicitur, *Non calumnientur me,* quam haberet si diceretur, Non me capiant calumniando?

4. Multae autem possunt intelligi calumniae superborum, a quibus humilitas christiana despicitur; sed illa vel maxima est, si homines hoc loco accipiuntur superbi; quod a nobis mortuum calumniantur coli. Humilitas quippe ipsa christiana, Christi morte insinuatur, commendaturque divinitus. Haec autem calumnia utrisque infidelibus, id est, Iudaeis Gentibusque communis est. Habent calumnias suas etiam haeretici, singulis quibusque haeresibus proprias: habent et schismatici, quos omnes super-

es la calumnia del mismo diablo, por la que calumnió al justo, diciendo: *¿Por ventura Job alaba gratuitamente a Dios?* Las calumnias de todos los soberbios, como veneno de serpientes, se vencen mirando a Cristo crucificado con vigilantísima y diligentísima piedad. Prefigurando esto Moisés, por mandato y misericordia de Dios levantó en el desierto, en un leño, la imagen de la serpiente, a fin de simbolizar que la semejanza de la carne de pecado había de ser crucificada en Cristo. Mirando a esta saludable cruz, se expele todo el veneno de los soberbios calumniadores. Mirando, en cierto modo, éste con suma atención a esta cruz, dice: *Mis ojos desfallecieron por tu salud y por el dicho de tu justicia.* Dios constituyó al mismo Cristo en semejanza de carne del pecado, haciéndole pecado por nosotros para que nosotros seamos justicia de Dios en El. Dice que desfallecieron sus ojos considerando anhelante y ardientemente el dicho de la justicia de Dios, cuando, acordándose de la flaqueza humana, desea conseguir la gracia divina en Cristo.

5 [v.124]. Por esto prosigue: *Obra con tu siervo según tu misericordia,* no según mi justicia. *Y enséñame tus justificaciones:* aquellas, sin duda alguna, con las cuales Dios hace justos a los hombres, no ellos a sí mismos.

6 [v.125]. *Yo soy tu siervo,* pues no me resultó bien cuando quise ser libre por completo y no tu siervo. *Dame entendimiento, y conoceré tus testimonios.* Jamás ha de ser interrumpida esta petición. No basta haber recibido entendimiento ni haber aprendido

bia de membrorum Christi compage praecidit. Ipsius autem diaboli calumnia quanta vel qualis est, qua calumniatus est iusto, dicens, *Numquid gratis colit Iob Dominum?* (Iob 1,9) Quorum omnium calumniae superborum tanquam colubrorum venena vincuntur, cum vigilantissima et diligentissima pietate Christus crucifixus attenditur. Propter quod praefigurandum Moyses Deo miserante ac iubente exaltavit in eremo similitudinem serpentis in ligno (Num 21,9; Io 3,14), ut similitudo carnis peccati crucifigenda praefiguraretur in Christo. Hanc intuentes salutiferam crucem, omne calumniantium superborum virus expellimus: quam prorsus etiam iste quodammodo valde intente intuens, ait, *Oculi mei defecerunt in salutare tuum, et in eloquium iustitiae tuae.* Christum quippe ipsum. Deus propter similitudinem carnis peccati (Rom 8,3), peccatum pro nobis fecit, ut nos simus iustitia Dei in ipso (2 Cor 5,21). In huius igitur eloquium iustitiae Dei defecisse dicit oculos suos, ardenter et sitienter intuendo, dum memor infirmitatis humanae, divinam in Christo desiderat gratiam.

5 [v.124]. Propter quod sequitur, *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam:* non utique secundum iustitiam meam. *Et iustificationes,* inquit, *tuas doce me:* illas procul dubio, quibus Deus facit iustos, non ipse se.

6 [v.125]. *Servus tuus ego sum.* Neque enim bene mihi cessit, quando esse volui liber meus, non servus tuus. *Da mihi intellectum, et sciam testimonia tua.* Nunquam intermittenda est ista petitio. Non enim

los testimonios de Dios si continuamente no se sigue recibiendo y bebiendo, en cierto modo, siempre de la fuente de la luz eterna, pues los testimonios de Dios, cuanto más inteligente se hace uno, tanto más y más se conocen.

7 [v.126]. *Tempus faciendi Domino: Tiempo de obra*—dice—*es para el Señor.* Así escriben muchos códices, y no como algunos: *domine.* ¡Oh Señor! ¿Qué tiempo quiso se entendiese o qué quiere decir *de obrar para el Señor?* Aquello que poco antes dijo: *Obra con tu siervo según tu misericordia.* A esto se refiere *tiempo es de obrar para el Señor.* ¿Y qué es esto sino la gracia, que a su debido tiempo se revela en Cristo? De este tiempo dice el Apóstol: *Cuando llegó la plenitud del tiempo, envió Dios a su Hijo.* Por esto, también dice en otro sitio, aduciendo el testimonio del profeta: *En el tiempo aceptable te oí y en el día de la salud te ayudé. He aquí ahora*—dice—*el tiempo aceptable; ved aquí ahora el tiempo de la salud.* Pero ¿qué es lo que, como queriendo probar que es tiempo de que obre el Señor, añadió a continuación: *disiparon tu ley?* Que es tiempo de que obre el Señor, porque los soberbios desquiciaron su ley, los cuales, desconociendo la justicia de Dios y queriendo establecer la suya, no se sometieron a la justicia de Dios. ¿Qué quiere decir *disiparon tu ley?* Que por la iniquidad de la prevaricación no guardaron su integridad. Por tanto, convenía se diese a los soberbios y a los presuntuosos de la libertad de su libre albedrío la ley, de la que, habiendo prevaricado, todos los que compungidos se humillasen

sufficit accepisse intellectum, et Dei testimonia didicisse, nisi semper accipiatur, et quodam modo semper bibatur de fonte lucis aeternae. Testimonia quippe Dei, quanto fit quisque intelligentior, tanto magis magisque sciuntur.

7 [v.126]. *Tempus,* inquit, *faciendi Domino.* Id enim plures codices habent; non, ut quidam, *Domine.* Quod ergo *tempus,* vel quid *faciendi* voluit intelligi *Domino?* Illud quidem quod paulo ante dixerat, *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam:* hoc *faciendi tempus Domino.* Quid est autem, nisi gratia quae in Christo suo tempore revelata est? De quo tempore ait Apostolus, *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum* (Gal 4,4). Propter quod alibi etiam testimonium propheticum adiungens, ubi dixit. *Tempore acceptabili exaudivi te, et in die salutis adiuvi te; Ecce nunc,* inquit, *tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (Is 49,8; 2 Cor 6,2). Sed quid est quod tanquam volens ostendere tempus Domino esse faciendi, continuo subiunxit, *Dissipaverunt legem tuam:* velut propterea tempus esset faciendi Domino, quia eius legem dissipaverunt superbi, qui ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere, iustitiae Dei non sunt subiecti? (Rom 10,3). Quid est enim, *Dissipaverunt legem tuam,* nisi, Praevaricationis iniquitate, eius integritatem non custodierunt? Oportebat ergo ut superbis et de libertate sui arbitrii praesumentibus lex daretur, qua praevaricata quicumque compuncti humiliarentur, non iam per legem, sed per fidem

corriesen no ya por la ley, sino por la fe, al auxilio de la gracia. Echada por tierra la ley, fue tiempo de que enviase, por medio del Hijo unigénito, la misericordia de Dios, pues se introdujo la ley para que abundase el delito, con el cual se derribó la ley; y entonces, en tiempo oportuno, vino Cristo, para que en donde abundó el delito sobreabundase la gracia.

8 [v.127]. *Por eso amé*—dice—*tus mandamientos más que el oro y el topacio.* La gracia lleva a cabo que se cumplan por el amor los mandamientos, que no podían cumplirse por el temor, ya que por la gracia de Dios *se difunde la caridad en nuestros corazones mediante el Espíritu Santo, que nos ha sido dado.* Por eso dijo el Señor: *No vine a abrogar la ley, sino a cumplirla;* y el Apóstol: *La caridad es la plenitud de la ley.* Por lo mismo, éste la ama *más que el oro y el topacio.* Esto también se lee en otro salmo: *Más que el oro y la piedra preciosísima,* pues aseguran que el topacio es una piedra preci[illegible]ima. En el Viejo Testamento, en el cual se hallaba oculta la [illegible]ia como por la interposición de un velo, lo que se prefiguró [illegible] el hecho de no poder ver la cara de Moisés, al no divisar esta [illegible]ia los judíos, se esforzaban, poniendo la mirada en la recomp[illegible]a terrena y carnal, en cumplir los mandamientos de Dios, sin [illegible]r a conseguirlo, porque no amaban los mandamientos, sino [illegible]recompensa. De aquí que sus obras no eran voluntarias, sino [illegible] bien forzadas. Pero, cuando se aman los mismos mandamien[illegible] más que el oro y la piedra preciosísima, toda recompensa te[illegible], en comparación de ellos, es cosa vil, pues no puede compara[illegible]ualquier clase de bie-

ad subvenientem currerent gratiam. Dissipa[illegible] ergo lege, tempus fuit ut per unigenitum Filium Dei misericordia [illegible]eretur. Lex enim subintravit, ut abundaret delictum: quo delicto lex [illegible]sipata est; et opportuno iam tempore Christus advenit, ut ubi abund[illegible] delictum, superabundaret gratia (ib. 5,20).

8 [v.127]. *Ideo,* inquit, *dilexi mandata* [illegible] *super aurum et topazion.* Id agit gratia, ut dilectione impleantur mandata Dei, quae timore non poterant. Gratia quippe Dei *diffunditur charitas in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus ets nobis* (ib. 5). Propter quod et ipse Dominus dicit, *Non veni legem solvere, sed implere* (Mt 5,17); et idem apostolus, *Plenitudo legis charitas* (Rom 13,10). *Ideo, super aurum et topazion.* Hoc enim et in alio psalmo legitur: *Super aurum et lapidem pretiosum multum* (Ps 18,11). Topazion quippe lapidem multum perhibent esse pretiosum. In testamento autem veteri latentem gratiam, tanquam velo interposito, non intelligentes, quod significabatur quando in faciem Moysi intendere non valebant (Ex 34,33-35; 2 Cor 3,13-16), propter mercedem terrenam atque carnalem Dei mandata facere conabantur, neque faciebant; quia non ipsa, sed aliud diligebant. Unde illa non erant opera volentium, sed onera potius invitorum. Cum vero ipsa mandata diliguntur super aurum et lapidem pretiosum multum, omnis prae

nes humanos a los bienes con los cuales el mismo hombre se hace bueno.

9 [v.128]. *Por esto me encaminaba*—dice—*a todos tus mandamientos.* Ciertamente me enderazaba (hacia ellos), porque amaba, y por el amor me unía a los mandamientos rectos para hacerme recto. Lo que a continuación añade es una consecuencia natural, pues dice: *Odié todo camino inicuo.* ¿Cómo no acontecería que no odiase el camino inicuo amando el recto? Así como, amando el oro y las piedras preciosísimas, se odiará, sin duda, todo lo que puede ocasionar daño a estas cosas, igualmente, amando los mandamientos de Dios, odiará el camino de la iniquidad como un inmenso escollo en la ruta del mar, en donde necesariamente han de naufragar las preciosas riquezas. Para que no suceda esto, navega lejos de él aquel que surca las aguas de este mundo sobre el madero de la cruz con la marcancía de los divinos mandamientos.

SERMÓN 27

1 [v.129]. Las palabras que del salmo he de exponer con la ayuda de Dios son las siguientes: *Maravillosos son tus testimonios; por esto los escudriñó mi alma.* ¿Quién es capaz de enumerar, aunque sea de un modo general, los testimonios de Dios. El cielo y la tierra, sus obras visibles e invisibles, dan, en cierto modo, testimonio de su bondad y grandeza. El mismo curso ordinario y usual de la naturaleza, en el que, según el tiempo, se

ipsis mandatis terrena vilis est merces; nec ulla ex parte comparantur quaecumque alia hominis bona, his bonis quibus ipse homo fit bonus.

9 [v.128]. *Propterea,* inquit, *ad omnia mandata tua corrigebar.* Utique corrigebar, quia diligebam; atque illis rectis ut etiam ipse rectus fierem, dilectione cohaerebam. Iam illud quod adiungit, consequens erat: *Omnem,* inquit, *viam iniquam odio habui.* Unde enim fieri poterat, ut iniquam viam non odisset diligens rectam? Nam sicut aurum et lapidem pretiosum si diligeret, odisset profecto quidquid ei talium rerum damnum posset inferre: ita quoniam Dei mandata diligebat, oderat iniquitatis viam, quemadmodum aliquod immanissimum marini itineris saxum, ubi tam pretiosarum rerum necesse est pati naufragium. Quod ut non contingat, longe inde velificat, qui in ligno crucis cum mandatorum divinorum mercibus navigat.

SERMO XXVII

1 [v.129]. Verba Psalmi haec sunt de quibus, adiuvante Domino, disputaturi sumus: *Mirabilia testimonia tua; propter hoc scrutata est ea anima mea.* Quis enumerat saltem generatim testimonia Dei? Caelum et terra, visibilia et invisibilia opera eius, dicunt quodammodo testimonium bonitatis et magnitudinis eius; et ipse cursus frequens usitatusque naturae, quo temporum rapacitas volvitur, in rerum quarumque generibus,

desenvuelve la fugacidad de todas las cosas pasajeras y mortales, que pierden su valor por la costumbre, también da testimonio de su Creador si lo considera el piadoso observador. ¿Qué cosa de éstas hay que no sea admirable si se estima cada una de ellas no por la costumbre de verlas, sino por la razón? Por tanto, si nos atrevemos a contemplar todas las cosas como bajo un solo golpe de vista, ¿por ventura no acontecerá en nosotros lo que dijo el profeta: *Consideré todas las obras, y me espanté?* Sin embargo, éste no se aterra ante la contemplación de las cosas, antes bien dice que el motivo por el cual debe examinarlas se funda en ser ellas admirables. Pues, habiendo dicho: *Maravillosos son tus testimonios,* a continuación añade: *por esto los escudriñó mi alma,* como si se hubiera excitado más su curiosidad por la dificultad de investigarlas; pues tanto es más admirable una cosa cuanto más ocultas son sus causas.

2. Si, estando lleno como está el universo de la maravillas de Dios, tanto visibles como invisibles, se nos presentase un hombre tal que dijese: "Investigo los testimonios de Dios, porque son admirables", ¿no le refrenaríamos, diciéndole con el Eclesiástico: *No indagues las cosas más excelsas que tú y no escudriñes las más fuertes que tú; pero las que Dios te mandó, piénsalas siempre?* Pero, si nos responde y dice: "Esas mismas cosas que mandó el Señor y que ordenáis que piense, son sus testimonios admirables, ya que ellas atestiguan que es Señor, porque manda, y que es bueno y grande, porque manda tales cosas." ¿Por ventura (entonces) nos atreveríamos a desviar al hombre de su investigación, y no más bien le exhortaríamos a entregarse con

quamvis temporalibus atque mortalibus, quae certe consuetudine viluerunt, si pius considerator advertat, perhibet testimonium Creatori. Quid autem horum est quod non sit mirabile, si unum quodque non usu, sed ratione metiamur? Si vero tanquam sub unius contemplationis aspectu velut audeamus cuncta contueri, nonne fit in nobis quod ait propheta: *Consideravi opera tua, et expavi?* (Hab 3,1). Et tamen iste non est ipsa rerum admiratione perterritus, sed eam potius dixit esse causam cur ea debuerit scrutari, quia mira sunt. Cum enim dixisset, *Mirabilia testimonia tua:* secutus adiunxit, *propter hoc scrutata est ea anima mea;* quasi factus sit ipse pervestigandi difficultate curiosior. Quanto enim quaeque res abstrusiores habet causas, tanto est mirabilior.

2. Si ergo nobis homo talis occurrat, qui propter hoc dicat se scrutari testimonia Dei, quia mirabilia sunt, cum plena sit eis et quae conspicitur, et quae non conspicitur, universa creatura; nonne compescimus eum, dicentes: *Altiora te ne quaesieris, et fortiora te ne scrutatus fueris; sed quae tibi praecepit Dominus, illa cogita semper?* (Eccli 3,22). Sed si nobis respondeat, et dicat, Haec ipsa quae praecepit Dominus, et quae iubetis ut cogitem, mirabilia sunt eius testimonia; eum quippe et Dominum, quia iubet, et bonum et magnum, quia talia iubet, esse testantur: numquid audebimus hominem ab eorum scrutatione revocare, ac non

solicitud a esto y a consagrarse de lleno a ejercicio de tanta monta? ¿O es que hemos de confesar que los preceptos de Dios son testimonios de su bondad, pero hemos de negar que son maravillosos? ¿Por qué hemos de admirarnos que un Dios bueno mande cosas buenas? ¿Qué digo? Es por completo digno de ser admirado e investigado, por qué siendo Dios bueno, haya mandado cosas buenas a los que, dándoles una ley buena, no puede vivificarles ni proporcionarles esta ley ninguna justicia emanada de la misma ley buena. *Porque, si hubiera dado una ley que pudiese vivificar, procedería en absoluto la justicia de la ley.* Luego ¿por qué se dio una ley que no puede vivificar ni proporcionar la justicia? Esto es admirable, esto es estupendo. Luego éstos son los testimonios de Dios admirables; y los escudriña su alma, porque no se le puede decir acerca de ellos: *No escudriñes las cosas más excelsas que tú, sino piensa siempre lo que Dios te mandó,* pues ellos son las cosas que Dios ha mandado, y, por lo mismo, deben ser siempre pensadas. Por lo tanto, veamos más bien las cosas que escudriñó y que halló esta alma.

3 [v.130]. *La manifestación de tus palabras ilumina y hace entender a tus párvulos* ¿Quién es el párvulo? El humilde y débil. No te ensoberbezcas, no presumas de tu propio poder, porque es nulo, y así entenderás por qué fue dada por el Dios bueno una ley buena, que, sin embargo, no puede vivificar. Se dio para hacerte, de grande, pequeño; se dio para declararte que de tu propia cosecha no contabas con fuerzas para cumplirla, y así, viéndote pobre y necesitado, te acogieses a la gracia y clamases: *Señor,*

potius ut sedulo id agat, et tantae rei operam quantam potest impendat, hortabimur? An forte Dei praecepta testimonia quidem bonitatis eius esse fatebimur, sed mirabilia esse negabimus? Quid enim mirum, si bona imperat bonus Dominus? Imo vero idipsum est omnino mirandum, et cur ita sit perscrutandum, quod cum Deus bonus bona praeceperit, eis tamen dederit bonam legem, quos eadem lex vivificare non posset, nec ulla esset ex bona lege iustitia. *Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia.* Cur ergo data est quae vivificare non posset, et ex qua esset nulla iustitia? Nempe mirandum est, nempe stupendum. Haec sunt ergo mirabilia testimonia Dei: propter hoc huius anima scrutata est ea, quoniam de his non ei dici posset, *Fortiora te ne scrutatus fueris; sed quae praecepit tibi Dominus, illa cogita semper.* Ipsa sunt enim quae praecepit nobis Dominus; et ideo cogitanda sunt semper. Potius itaque videamus huius anima quae scrutata est, quid invenerit.

3 [v.130]. *Manifestatio,* inquit, *verborum tuorum illuminat, et intelligere facit parvulos.* Quid est parvulus, nisi humilis et infirmus? Noli ergo superbire, noli de tua, quae nulla est, virtute praesumere; et intelliges quare sit a bono Deo bona lex data, quae tamen vivificare non possit. Ad hoc enim data est, ut te de magno parvulum faceret, ut te ad faciendam legem vires de tuo non habere monstraret; ac sic opis in-

compadécete de mí, que soy débil. Escudriñando, entendió este pequeño lo que declara el más pequeño de los apóstoles, *Paulo,* pues dice: *Que no se dio una ley que puede vivificar, porque la Escritura lo encerró todo bajo pecado para que la promesa se diese a los creyentes en virtud de la fe de Jesucristo.* Así es, Señor; hazlo así, misericordioso Señor; manda lo que no se pueda cumplir. ¿Qué digo? Lo que sólo pueda cumplirse con tu gracia, para que, al no haberlo podido cumplir los hombres con sus propias fuerzas, calle toda boca y nadie se crea grande. Sean todos pequeños y todo el mundo se tenga por reo ante ti, *porque ningún hombre se justificará por la ley delante de ti, pues por la ley sólo se conoce el pecado. Pero ahora se ha manifestado la justicia de Dios sin la ley, testificándola la ley y los profetas.* Estos son tus testimonios maravillosos que escudriña el alma de este pequeño; y los encontró, porque fue humillado y hecho pequeño. Pues ¿quién cumple tus mandamientos como deben ser cumplidos, es decir, por la fe, que obra por el amor, si por el Espíritu Santo no se le difunde en su corazón el mismo amor?

4 [v.131]. Este párvulo declara también lo siguiente: *Abrí mi boca, y aspiré, porque deseaba tus mandamientos.* ¿Qué deseaba? Cumplir los mandamientos divinos. Pero, no pudiendo hacer cosas fuertes el débil, ni grandes el pequeño, abrió su boca, confesando que él por sí mismo no las haría, y aspiró para hacerlas. Abrió su boca pidiendo, buscando, llamando, y, sediento, be-

digus et egenus ad gratiam confugeres, et clamares: *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum* (Ps 6,3). Hoc ergo scrutando intellexit hic parvulus, quod minimus Apostolorum Paulus, id est parvulus, ostendit, ideo datam legem quae vivificare non posset, quia *conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus* (Gal 3,21.22). Ita, Domine, ita fac, misericors Domine; impera quod non possit impleri, imo impera quod nonnisi per tuam gratiam possit impleri: ut cum homines per suas vires id implere nequiverint, *omne os obstruatur,* et nemo sibi magnus videatur. Sint omnes parvuli, et reus fiat omnis mundus tibi: quia «non iustificabitur ex lege omnis caro coram te; per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia tua manifestata est, testimonium habens a Lege et Prophetis» (Rom 3,19-21). Haec sunt mirabilia testimonia tua, quae scrutata est anima parvuli huius; et ideo invenit, quia humiliatus est, et parvulus factus est. Quis enim facit mandata tua sicut facienda sunt, id est, ex fide quae per dilectionem operatur (Gal 5,6), nisi eius in corde per Spiritum sanctum ipsa dilectio diffundatur? (Rom 5,5).

4 [v.131]. Hoc etiam iste parvulus confitetur: *Os meum,* inquit, *aperui,* et *attraxi spiritum, quoniam mandata tua desiderabam.* Quid desiderabat, nisi facere mandata divina? Sed non erat unde faceret infirmus fortia, parvulus magna: aperuit os, confitens quod per se ipse non faceret; et attraxit unde faceret: aperuit os petendo, quaerendo, pulsando; et sitiens hausit Spiritum bonum, unde faceret, quod per

bió el Espíritu bueno para cumplir el mandamiento santo, justo y bueno, que no podía cumplir por sí mismo. Si nosotros, siendo malos, damos cosas buenas a nuestros hijos, ¿cuánto más nuestro Padre, que está en los cielos, dará el espíritu bueno a los que se le piden? Pues no son hijos de Dios los que obran por su propio espíritu, sino todos aquellos que obran por el Espíritu de Dios. Y esto no porque ellos no obren, sino porque, no haciendo nada bueno de suyo, son movidos por el buen Espíritu para que lo hagan, pues tanto más se hace cada uno hijo bueno cuanto con más abundancia se le da por el Padre el Espíritu bueno.

5 [v.132]. Este aún pide. Abrió ciertamente su boca y aspiró, es decir, atrajo el espíritu; pero aún llama al Padre; y busca, y bebe; y cuanto más percibe la dulzura, tanto más ardientemente siente la sed. Oye la palabras del sediento: *Mírame*—dice—*y apiádate de mí según el juicio de los que aman tu nombre,* es decir, según el juicio que hiciste con aquellos que aman tu nombre; porque para que te amasen, primeramente los amaste tú. Pues así dice el apóstol San Juan: *Nosotros amamos a Dios;* y, como si se le preguntase el motivo de amarle nosotros, añadió: "*porque primeramente nos amó El.*"

6 [v.133]. Observa también lo que éste dice clarísimamente: *Dirige mis pasos según tu dicho y no me domine iniquidad alguna.* ¿Qué expresa por esto sino: "Hazme recto y libre, según tu promesa"? Cuanto más reina la caridad en cada uno, tanto menos le domina la iniquidad. Luego ¿qué cosa pide sino que,

seipsum non poterat, mandatum sanctum et iustum et bonum (ib. 7,12). Si enim nos cum simus mali, novimus bona data dare filiis nostris; quanto magis Pater noster de caelo dat Spiritum bonum petentibus eum? (Lc 11,10.13). Non enim qui spiritu suo agunt, sed quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei (Rom 8,14): non quia ipsi nihil agunt; sed ne nihil boni agant, a bono aguntur ut agant. Nam tanto magis efficitur quisque filius bonus, quanto largius ei datur a Patre Spiritus bonus.

5 [v.132]. Denique iste adhuc petit. Os quidem aperuit, et attraxit spiritum; sed adhuc ad Patrem pulsat, et quaerit: bibit, sed quanto suavius sensit, tanto ardentius adhuc sitit. Audi verba sitientis: *Respice,* inquit, *in me, et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum:* id est, secundum iudicium quod in eos fecisti, qui diligunt nomen tuum; quoniam ut diligerent te, prius dilexisti eos. Sic enim Ioannes apostolus ait, *Nos diligimus,* inquit, *Deum:* et velut causa quaereretur, quae nos diligere fecit; adiunxit, *Quoniam ipse prior dilexit nos* (1 Io 14,19).

6 [v.133]. Vide et iste quid apertissime dicat: *Gressus mos dirige secundum eloquium tuum, et non dominetur mei omnis iniquitas.* Ubi quid aliud dicit quam, Rectum et liberum me fac secundum promissum tuum? Quanto autem magis regnat in quocumque Dei charitas, tanto minus ei dominatur iniquitas. Quid ergo aliud petit, quam ut donante

concediéndoselo Dios, ame a Dios? Pues, amando a Dios, se ama a sí mismo, y así puede amar con provecho al prójimo como a sí mismo, en cuyos dos preceptos se halla encerrada la ley y los profetas. Luego ¿qué pide sino que los preceptos que Dios impone mandando los haga cumplir ayudando?

7 [v.134]. Pero ¿qué quiere decir lo que sigue: *Líbrame de las calumnias de los hombres, y guardaré tus mandamientos?* Si los hombres le echan en cara crímenes verdaderos, no le calumnian; si falsos, ¿cómo es que desea ser libertado de las calumnias, esto es, de crímenes falsos, que no pueden en modo alguno dañarle? El crimen falso, como es la calumnia, no constituye reo al hombre; a lo más, únicamente ante el juez hombre; pero, cuando Dios es el juez, ningún crimen falso daña, porque no se imputa al acusado, sino más bien al acusador. ¿O es que aquí se prefigura la oración de la Iglesia y de todo el pueblo cristiano, que fue redimido de las calumnias de los hombres, con las que eran perseguidos en todas las partes los cristianos? Pero ¿acaso guarda por esto los mandamientos de Dios? ¿Acaso no guardaba el pueblo santo más gloriosamente los mandamientos de Dios en medio de las calumnias y tribulaciones cuando éstas bullían por todas partes, sin ceder a las insinuantes impiedades de los perseguidores? Sin duda, *líbrame de las calumnias de los hombres, y guardaré tus mandamientos,* es: "Haz tú, habiendo infundido tu Espíritu, que no me venzan con el terror las calumnias de los hombres y que no me lleven de tus mandamientos a sus malos hechos, ya que, si haces esto conmigo, es decir, si, dándome paciencia, me libras de las calumnias de los enemigos, de suerte que no tema

Deo diligat Deum? Diligendo enim Deum, diligit seipsum, ut diligere salubriter possit et proximum sicut seipsum: in quibus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae (Mt 22,37-40). Quid igitur orat, nisi ut praecepta quae Deus imponit iubendo, impleri faciat adiuvando?

7 [v.134]. Sed quid est quod dicit, *Redime me a calumniis hominum, et custodiam mandata tua?* Si vera illi homines crimina obiiciunt, non calumniantur: si falsa, quid est quod se redimi desiderat a calumniis, id est a criminibus falsis, quae illi nocere non possunt? Crimen quippe falsum, quod est calumnia, reum non facit hominem, nisi apud iudicem hominem: ubi autem Deus iudex est, nullus falso crimine laeditur; quia non cui obiicitur, sed obiicienti potius imputatur. An hic Ecclesiae praesignatur oratio, et universi populi christiani, qui redemptus est a calumniis hominum, quibus exagitabantur usquequaque Christiani? Sed numquid propterea Dei mandata custodit? Nonne inter ipsas calumnias, quando fervebant, multo gloriosius populus sanctus in tribulationibus Dei mandata servabat, cum ad perpetrandas impietates persequentibus non cedebat? Sed nimirum hoc est, *Redime me a calumniis hominum, et custodiam mandata tua:* Tu age infuso Spiritu tuo, ne me calumniae hominum terroribus vincant, et a tuis mandatis ad sua mala facta traducant. Si enim hoc mecum egeris, id est, hoc modo me ab

las falsas acusaciones que me echan en cara, guardaré tus mandamientos entre las mismas calumnias."

8. [v.135]. *Ilumina tu rostro sobre tu siervo,* es decir, manifiesta tu presencia ayudando y favoreciendo. *Y enséñame tus justificaciones:* Enséñame a ejecutarlas. Esto se lee más claramente en otro lugar, en donde se dice: *Enséñame a hacer tu voluntad.* Los que oyen, aun cuando retengan en la memoria lo que oyen, de ningún modo ha de juzgarse que aprendieron si no lo practican, pues la palabra de la Verdad dice: *Todo el que oyó del Padre y aprendió, viene a mí.* Luego el que no obra, es decir, el que no viene, no aprendió.

9 [v.136]. Recordando éste el dolor del arrepentimiento de su prevaricación, dice: *Arroyos de aguas corrieron de mis ojos, porque no guardaron tu ley* los mismos ojos. Advierto esto, porque en algunos códices se lee: *Porque no guardé tu ley.* Luego corrieron arroyos de aguas, es decir, torrentes de lágrimas. Y se dice en latín: *Descenderunt exitus aquarum,* por el modo de hablar con que puede decirse: *Montes descenderunt pedes mei,* por los montes bajaron mis pies. Por este modo, se dice también: *Scalas descendit,* aunque no se diga *per scalas;* y también: *Piscinam descendit,* aunque no se diga *in piscinam,* bajé a la piscina. Por tanto, muy bien dice *descenderunt,* corrieron o bajaron, atendiendo a la humildad de la penitencia, pues subieron cuando se engrieron y encumbraron con la soberbia pertinaz. Les parecía hallarse en alto cuando, desconociendo la justicia de Dios, querían establecer la suya; y, fatigados y confundidos en ella por la prevaricación de

eorum calumniis, ne criminationes falsas quas obiiciunt pertimescam, patientia donata redemeris; inter ipsas calumnias custodiam mandata tua.

8 [v.135]. *Faciem tuam,* inquit, *illumina super servum tuum:* id est, tuam manifesta, subveniendo et opitulando, praesentiam. *Et doce me iustificationes tuas.* Doce utique ut faciam: quod evidentius alibi legitur, *Doce me ut faciam voluntatem tuam* (Ps 142,10). Qui enim audiunt, licet memoria teneant quod audiunt, nequaquam didicisse putandi sunt, si non faciunt. Veritatis namque verbum est, *Omnis qui audivit a Patre et didicit, venit ad me* (Io 6,43). Qui ergo non facit, id est non venit, non didicit.

9 [v.136]. Recolens autem iste dolorem poenitentiae praevaricationis suae, *Exitus aquarum,* inquit, *descenderunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam:* id est, ipsi oculi mei. Nam in quibusdam codicibus et hoc legitur, *Quia non custodivi legem tuam. Descenderunt* ergo *exitus aquarum,* id est effusiones lacrymarum. Et ea locutione qua dicere potuit, Montes descenderunt pedes mei; etsi non diceret, per montes, vel, in montes: ea locutione dicitur, Scalas descendit, etsi non dicatur, per scalas; aut, Piscinam descendit, etsi non dicatur, in piscinam. Et bene ait, *descenderunt,* humilitate scilicet poenitendi. Ascenderunt enim, quando per superbiam contumacem erecti fuerant et elati. Sursum enim sibi esse videbantur, quando ignorantes Dei iustitiam, constituere volebant suam (Rom 10,3): in qua fatigati et legis praevari-

la ley, bajaron de aquella altura llorando, a fin de que, arrepintiéndose, consiguiesen más bien la justicia de Dios. Hay algunos códices que no escriben *descenderunt,* sino *transierunt,* pasaron más allá, como si hubiera dicho, exagerando, que llorando traspasó las fuentes de las aguas, para que así entendamos *exitus aquarum;* es decir, que lloró más que aguas manan los manantiales. ¿Y por qué llora de esta manera por no haber guardado la ley? Con el fin de conseguir la gracia, que borra la iniquidad del penitente y ayuda la voluntad del creyente.

SERMÓN 28

1 [v.137-138]. Anteriormente había dicho el que canta este salmo: *Arroyos de aguas corrieron o descendieron de mis ojos, porque no custodiaron tu ley.* En lo cual atestiguó que lloró mucho su prevaricación. Por tanto, ahora, dando la razón por lo que debió de llorar mucho y dolerse sobremanera de su pecado, dice: *Justo eres, Señor, y recto tu juicio. Mandaste (guardar) tu justicia, y tus testimonios, y tu verdad sobremanera.* Sin duda, todo pecador debe temer esta justicia de Dios, el recto juicio y la verdad, porque por ella condena Dios a todos los que condena, y no pueden en modo alguno quejarse justamente de su condenación contra un Dios justo. Por esto es justo o razonable el lloro del penitente, puesto que, si se condena un corazón impenitente, se condena con justicia. Llama justicia a los testimonios de Dios, porque

catione confusi, ab illa elatione descenderunt flendo, ut iustitiam Dei potius impetrarent poenitendo. Sunt codices qui non habent *descenderunt,* sed *transierunt,* tanquam exaggeranter diceret transisse se flendo fontes aquarum; ut hoc intelligamus *exitus aquarum:* id est, plus flevisse, quam manant aquae de suis exitibus. Cur autem non custodita lege sic fletur, nisi ut impetretur gratia, quae poenitentis delet iniquitatem, et credentis adiuvat voluntatem?

SERMO XXVIII

1 [v.137-138]. Dixerat superius qui cantat hunc psalmum, *Exitus aquarum descenderunt oculi mei quoniam non custodierunt legem tuam:* ubi se multum flevisse testatus est praevaricationem suam. Proinde, velut rationem reddens cur multum flere debuerit et suum graviter dolere peccatum, *Iustus es,* inquit, *Domine, et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua, et veritatem tuam valde.* Haec utique iustitia Dei rectumque iudicium et veritas, omni est metuenda peccanti: hac enim damnantur divinitus quicumque danmantur; nec est omnino qui de sua damnatione contra Deum iustum recte conqueri possit. Inde fletus rectus est poenitentis; quoniam si cor eius impoenitens damnaretur, iustissime utique damnaretur. Sane iustitiam dicit testimonia Dei:

demuestra que es justo ordenando justicia; y también ésta es verdad, porque Dios se da a conocer por tales testimonios.

2 [v.139]. Pero ¿qué quiere decir lo que sigue: *Me repudrió mi celo,* o como escriben algunos códices: *tu celo?;* también añaden alguno: *de tu casa,* y no escriben "me repudrió", sino *me devoró.* A mí me parece que esto se enmendó atendiendo a otro salmo, en el cual se escribe: *Zelus domus tuae comedit me,* me devoró el celo de tu casa, lo cual sabemos que también se conmemoró en el Evangelio. Con todo, algo se asemeja *tabefecit,* me repudrió, a lo que allí se dice, *comedit.* Respecto a *zelus meus,* mi celo, que consignaron muchos códices, no implica cuestión alguna, pues no es de admirar que alguno se repudra con su celo. Lo que dicen algunos códices: *zelus tuus,* tu celo, señala al hombre que tiene celo para Dios, no para sí; pero no se opone a que este celo se llame igualmente *mío.* ¿Pues que otra cosa dice el Apóstol cuando escribe. *Porque os celo para Dios con celo de Dios?* Diciendo *os celo,* demuestra que es suyo el celo. Pero como dijo *para Dios,* es decir, no para sí, sino para Dios, añadió: *con celo de Dios;* y ciertamente Dios, por medio de su Espíritu, es el que inspira este celo en sus fieles; celo de amor, no de odio. Y, si no, veamos cuál fue el cuidado que tuvo el Apóstol sobre este celo para forzarle a decir: *Os ajusté a un varón para presentaros, cual virgen casta, a Cristo; sin embargo, temo no sea que como la serpiente engañó con su astucia a Eva, así también se corrompan vuestras mentes, decayendo de la sencillez y castidad para con Cristo.* Le devoraba el celo de la casa de Dios, la cual celaba para

iustum quippe se probat mandando iustitiam. Est etiam haec veritas, ut Deus testimoniis talibus innotescat.

2 [v.139]. Sed quid est quod sequitur: *Tabefecit me zelus meus;* vel, sicut alii codices habent, *zelus tuus?* Habent nonnulli etiam, *domus tuae:* et non, *tabefecit me;* sed *comedit me.* Quod ex alio psalmo, quantum mihi videtur, putatum est emendandum, ubi scriptum est, *Zelus domus tuae comedit me:* quod commemoratum etiam in Evangelio novimus (Ps 68,10; Io 2,17). Simile tamen aliquid est, *tabefecit,* ei quod ibi est, *comedit. Zelus* autem *meus,* quod plures codices habent, nullam ingerit quaestionem: quid enim mirum est si zelo suo quisque tabescit? Quod vero habent aliqui, *zelus tuus,* significat hominem Deo zelantem, non sibi; sed non repugnat si ipse dicatur et *meus.* Nam quid aliud dicit Apostolus, *Aemulor enim vos Deo, aemulatione Dei?* Nam dicendo, *Aemulor vos,* quid, nisi aemulationem demonstrat suam? Sed quia dixit, *Deo,* id est, non sibi, sed Deo; ideo addidit, *aemulatione Dei.* Hanc quippe suo Spiritu fidelibus suis inspirat Deus: amoris enim est, non livoris. Nam quae fuit cura ut hoc Apostolus diceret? «Aptavi enim vos», inquit, «uni viro virginem castam exhibere Christo: timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit versutia sua, sic et vestrae mentes corrumpantur a simplicitate et castitate quae est in Christo» (2 Cor 11,2.3). Comedebat eum zelus domus Dei, quam tamen zelabat Christo, non

Cristo, no para sí. El esposo cela a su esposa, pero el amigo del esposo no la debe celar para sí, sino para el esposo. El celo de éste debe tomarse en buen sentido, puesto que da la razón de él, diciendo: *Porque se olvidaron mis enemigos de tus palabras.* Luego, según esto, le pagaban mal por bien, porque los celaba para Dios con tanto afecto y amor, que decía que estaba repudrido por este celo; pero ellos le atormentaban como a enemigo, porque quería que amasen a Dios aquellos a los que amando celaba. Mas él, no siendo ingrato a la gracia de Dios, por la que se reconcilió con Dios siendo enemigo de El, amaba a sus enemigos y los celaba para Dios, doliéndose y repudriéndose porque se olvidaron de sus palabras.

3 [v.140]. Después, considerando éste la llama del amor de Dios con que él se abrasaba en las palabras de Dios, dice: *Tu palabra es ardiente sobremanera, y tu siervo la amó.* Con razón celaba el corazón impenitente de sus enemigos, los cuales se habían olvidado de las palabras de Dios, y por esto se inflamaba en deseos de llevarlos a lo que él amaba ardentísimamente.

4 [v.141]. *Yo soy jovencito*—dice—*y despreciable; no me olvidé de tus justificaciones.* No me porté como mis enemigos, que se olvidaron de tus palabras. Parece que el menor en edad, que no se olvidó de las justificaciones de Dios, se duele de sus enemigos mayores en edad, porque las olvidaron. Pues ¿qué significa: *Yo, jovencito, no olvidé?* Que los mayores se olvidaron. En el texto griego se escribe *neoteros,* el jovencito o el más joven. Esta palabra también se consigna en el pasaje en donde se dijo. *¿De*

sibi. Sponsus enim sibi zelat sponsam suam: amicus autem sponsi non eam sibi zelare debet, sed sponso. Bonus ergo et huius intelligendus est zelus: causam namque subiungit et dicit, *Quia obliti sunt verborum tuorum inimici mei.* Retribuebant ergo mala pro bonis; quoniam zelabat illos Deo tam vehementer et ardenter, ut eo zelo tabefactum se diceret; illi autem ob hoc in ipsum inimicitias exercebant: quia utique ut Deum amarent volebat, quos amando zelabat. Non ingratus enim gratiae Dei, per quam fuerat ex inimico reconciliatus Deo, etiam ipse suos diligebat inimicos, et eos zelabat Deo, dolens et tabescens quod essent verborum eius obliti.

3 [v.140]. Deinde considerans ipse, in verbis Dei qua flamma dilectionis arderet: *Ignitum,* inquit, *eloquium tuum valde, et servus tuus dilexit illud.* Merito zelabat in suis inimicis cor impoenitens, qui fuerant obliti verborum Dei: ad hoc enim flagrabat eos adducere, quod ipse flagrantissime diligebat.

4 [v.141]. *Iunior ego sum,* inquit, *et contemptus; iustificationes tuas non sum oblitus:* non sicut inimici mei, qui obliti sunt verborum tuorum. Videtur autem minor aetate non oblitus iustificationes Dei dolere pro inimicis suis aetate maioribus qui obliti sunt. Nam quid est, *Iunior ergo non sum oblitus,* nisi, Illi maiores obliti sunt? Νεώτερος est enim graece, quod est etiam in illo loco ubi dictum est, *In quo corrigit iunior viam suam?* Hoc autem nomen comparativum est, et

qué modo corrige el jovencito su camino? Esta palabra está en grado comparativo, y, por tanto, compara a este joven con el mayor. Reconozcamos aquí a los dos pueblos que luchaban en el vientre de Rebeca, *cuando, en virtud del que llama, no de las obras, se le dijo a ella: "El mayor servirá al menor."* Pero el menor se llama a sí mismo aquí despreciable, y por esto fue hecho mayor, *porque Dios eligió las rosas innobles y despreciables del mundo, y las que no son como si fueran para que las que son desaparezcan.* Ved que los últimos son los primeros, y los primeros los últimos.

5 [v.142]. No sin motivo se olvidaron de las palabras de Dios los que pretendieron establecer su justicia ignorando la justicia de Dios. Sin embargo, este jovencito no se olvidó de ella, porque no quiso tener la suya, sino la de Dios, de la cual dice ahora también: *Tu justicia es eterna y tu ley es verdad.* ¿Cómo no ha de ser verdad la ley, por la cual se conoce el pecado y da al mismo tiempo testimonio de la justicia de Dios? Pues así dice el Apóstol. *Se manifestó la justicia de Dios, testificándola la ley y los profetas.*

6 [v.143]. Por ella padeció tal persecución el menor de parte del mayor, que dijo lo que sigue: *La tribulación y la necesidad dieron conmigo; tus mandamientos son mi meditación.* Ensáñense, persigan, con tal que no se abandonen los mandamientos de Dios, y por estos mandamientos sean amados también los que persiguen.

ideo bene intelligitur in comparatione maioris. Duos ergo populos hic agnoscamus, qui etiam in Rebeccae utero luctabantur; quando *non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Maior serviet minori* (Gen 25, 22.23; Rom 9,12.13). Sed contemptum se dicit hic minor; ideo factus est maior: quia ignobilia et contemptibilia mundi elegit Deus, et ea quae non sunt, tanquam sint, ut quae sunt evacuentur (1 Cor 1,28); et ecce sunt novissimi qui erant primi, et primi qui erant novissimi (Mt 20,16).

5 [v.142]. Nec immerito obliti sunt verborum Dei, qui suam iustitiam constituere voluerunt, ignorantes iustitiam Dei (Rom 10,3): iste autem iunior non est oblitus, qui non suam voluit habere iustitiam, sed Dei, de qua etiam nunc dicit, *Iustitia tua iustitia in aeternum, et lex tua veritas.* Quomodo enim non veritas lex, per quam cognitio peccati, et quae testimonium perhibet iustitiae Dei? Sic enim dicit Apostolus: *Iustitia Dei manifestata est, testificata per Legem et Prophetas* (ib. 3,20.21).

6 [v.143]. Propter hanc passus est persecutionem iunior a maiore, ut diceret iunior quod sequitur: *Tribulatio et necessitas invenerunt me, mandata tua meditatio mea est.* Saeviant, persequantur; dum tamen mandata Dei non relinquantur, et ex ipsis mandatis etiam qui saeviunt diligantur.

7 [v.144]. *Justicia son eternamente tus testimonios; dame entendimiento, y viviré.* Este jovencito pide entendimiento, ya que, si no le tuviera, no entendería más que los viejos. Pero le pide en la tribulación y en la necesidad para entender hasta qué punto debe ser despreciado todo lo que le pueden quitar los enemigos que le persiguen, por quienes dice que es despreciado. Dijo *viviré* porque, si la tribulación y la indigencia llegó a tal extremo que le sea arrebatada esta vida por las manos de los perseguidores enemigos, con todo, vivirá eternamente, porque antepuso a las cosas temporales la justicia, que permanece eternamente. Esta justicia son los martirios de Dios en la tribulación y en la indigencia; es decir, son los testimonios por los que los mártires fueron coronados.

SERMÓN 29

1 [v.145]. Nadie dudará que es vano el clamor que se eleva a Dios por los que oran si se ejecuta por el sonido de la voz corporal sin estar elevado el corazón a Dios. Si tiene lugar en el corazón, aunque permanezca en silencio la voz corporal, puede estar oculto a los hombres, no a Dios. Cuando oramos a Dios, ya con la boca, cuando sea necesario, ya en silencio, siempre ha de clamarse con el corazón. El clamor del corazón es un pensamiento vehemente que, cuando se da en la oración, expresa el gran afecto del que ora y pide, de suerte que no desconfía de conseguir lo que pide. Se clama con todo el corazón cuando no se distrae en alguna otra cosa. Estas oraciones son raras a muchos y frecuentes

7 [v.144]. *Iustitia testimonia tua in aeternum, intellectum da mihi, et vivam.* Intellectum poscit iste iunior; quem si non haberet; non super seniores intelligeret: sed eum poscit in tribulatione et necessitate, quo intelligat quam sit contemnendum quod ei possunt auferre persequentes inimici, a quibus se dicit esse contemptum. Ideo dixit, *et vivam:* quia si eo usque tribulatio necessitasque pervenerit, ut per inimicorum persequentium manus vita ista finiatur; vivet in aeternum, qui temporalibus praeponit iustitiam, quae manet in aeternum. Quae iustitia in tribulatione et necessitate martyria sunt Dei, hoc est testimonia, pro quibus sunt martyres coronati.

SERMO XXIX

1 [v.145]. Clamor ad Dominum, qui fit ab orantibus, si sonitu corporalis vocis fiat, non intento in Deum corde; quis dubitet inaniter fieri? Si autem fiat corde, etiam silente corporis voce; alium quemlibet hominem potest latere, non Deum. Sive ergo cum voce carnis, quando id opus est, sive cum silentio, ad Deum, cum oramus, corde clamandum est. Est autem clamor cordis magna cogitationis intentio; quae cum est in oratione, magnum exprimit desiderantis et petentis affectum, ut non desperet effectum. Tunc porro in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitatur. Tales orationes rarae sunt multis, crebrae autem

a pocos, pero no sé que alguno las pueda tener siempre. Tal nos dice que era su oración el que canta este salmo, diciendo: *Clamé con todo mi corazón; óyeme, Señor.* Y, declarando para qué aprovechaba su clamor, añade: *buscaré tus justificaciones.* Clamó a Dios con todo su corazón y deseó que le oyese en la búsqueda de sus justificaciones. Por tanto, se ora para buscar o indagar lo que se nos manda hacer. ¡Cuán distante está todavía de hacerlo el que busca! No es forzoso que el que busca encuentre, o el que encuentra que obre, aunque no se puede obrar sin hallar, ni hallar sin buscar. Pero el Señor dio gran esperanza, diciendo: *Buscad, y encontraréis.* También dice la Sabiduría, la cual no es otra cosa fuera de El: *Me buscarán los malos, y no me encontrarán.* Luego no se dijo a los malos, sino a los buenos: *Buscad, y hallaréis.* ¿Qué digo? Se dijo a los que poco después en el mismo lugar se les anunció: *Si vosotros, siendo malos, sabéis dar cosas buenas a vuestros hijos...,* etc. Luego ¿cómo es que se dice a los malos: *Buscad, y hallaréis,* si, por otra parte, se dice: *Me buscarán los malos, y no me hallarán?* ¿O es que el Señor quería que se buscase otra cosa fuera de la sabiduría cuando prometía que habían de encontrar si buscasen? Ciertamente en ella se hallan todas las cosas que deben ser buscadas por aquellos que desean ser felices. Luego en ella se hallan las justificaciones de Dios. Por tanto, resta entender que no todos los malos dejan de hallar la sabiduría si quieren, sino sólo aquellos que en tanto son malos en cuanto la aborrecen, pues así lo dijo también: *Me buscarán los malos, y*

paucis; omnes vero utrum cuiquam, nescio. Talem suam commemorat orationem, qui cantat hunc psalmum, dicens: *Clamavi in toto corde meo; exaudi me, Domine.* Cui autem rei suus clamor proficiat, adiunxit: *Iustificationes tuas exquiram.* Ad hoc ergo clamavit in toto corde suo, et hoc sibi desideravit a Domino exaudiente praestari, ut iustificationes eius exquirat. Proinde quod ut faciamus iubetur, ut exquiramus oratur. Quam longe est adhuc a faciente qui exquirit? Non enim est consequens ut qui exquirit, inveniat; aut qui invenit, faciat: non potest autem nisi invenerit, facere; et nisi quaesierit, invenire. Sed magnam spem Dominus Iesus dedit dicendo: *Quaerite, et invenietis.* Rursus autem dicit sapientia (quae quid est, nisi ipse?), *Quaerent me mali, et non invenient.* Non ergo malis, sed bonis dictum est, *Quaerite, et invenietis.* Imo vero eis dictum est, quibus eodem loco paulo post, *Si ergo vos,* inquit, *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris* (Mt 7,7.11). Quomodo igitur malis dicitur, *Quaerite, et invenietis;* cum rursus dicatur, *Quaerent me mali, et non invenient?* An aliud eos Dominus quam sapientiam quaerere volebat, quando eos inventuros si quaererent promittebat? In ea quippe sunt omnia, quae ab eis qui beati esse cupiunt, inquirenda sunt. Ibi ergo sunt et iustificationes Dei. Quapropter restat ut intelligamus, non omnes malos non invenire sapientiam, si quaesierint; sed eos qui in tantum sunt mali, ut oderint eam. Sic enim et dixit: *Quaerent me mali, et non invenient; oderunt enim sapientiam* (Prov 1,

no me encontrarán, porque odiaron la sabiduría. Luego no la encontraron, porque odiaron. Pero si la odian, ¿por qué la buscan? Porque no la buscaron por sí misma, sino por algún mal que aman, y piensan que por ella han de conseguirlo más fácilmente. Ciertamente hay muchos que buscan con gran empeño las sentencias de la sabiduría y quieren que ésta forme el arsenal de su ciencia, pero no el de su vida, para llegar, no por las costumbres que ordena la sabiduría, sino por las voces que ella contiene, a la alabanza de los hombres, que es gloria vana. Luego cuando buscan la sabiduría, en realidad no la buscan, porque, si la buscasen, vivirían según ella. Por tanto, buscan hincharse con sus palabras; y cuanto más se hinchan, tanto más se alejan de ella. Este que pide al Señor lo mismo que le manda hacer el Señor, para que así Dios obre en él lo que le manda ejecutar, pues Dios es el que obra en nosotros el querer y el obrar debido a su buena voluntad, dice: *Clamé con todo mi corazón; óyeme, Señor, y buscaré tus justificaciones,* para hacerlas, no únicamente para saberlas, no sea que se haga como aquel siervo indócil, que, aun cuando hubiere entendido, no obedece.

2 [v.146]. *Clamé; sálvame,* o como algunos códices consignan, tanto griegos como latinos: *Clamé a ti; sálvame.* ¿Qué significa *clamé a ti* sino "te invoqué con clamor". Pero después de haber dicho *sálvame,* ¿qué añade? *Y guardaré tus testimonios,* para que no te niegue debido a la flaqueza. La salud del alma hace ciertamente que se practique lo que se conoce que debe hacerse y que se luche por la verdad de los divinos testimonios hasta

28.29). Ideo ergo non inveniunt, quia oderunt. Sed rursus si oderunt quomodo quaerunt; nisi quia non eam quaerunt propter ipsam, sed propter aliquid quod mali amant, et ad hoc se facilius putant perventuros per ipsam? Multi enim sunt qui dicta sapientiae studiosissime inquirunt, eamque in doctrina, non in vita volunt habere; ut non per mores quos iubet sapientia, perveniant ad Dei lucem, quod est ipsa sapientia, sed per sermones quos habet sapientia, perveniant ad hominum laudem, quod est vana gloria. Non ergo sapientiam quaerunt et quando eam quaerunt; quia non quaerunt ipsam, alioquin viverent secundum ipsam: sed volunt verbis eius inflari; et quanto magis inflantur tanto magis efficiuntur extra ipsam. Iste autem hoc ipsum poscens a Domino, quod eum iubet facere Dominus, ut ipse in illo etiam quod imperat operetur; Deus est enim qui operatur in nobis et velle et operari, pro bona voluntate (Phil 2,13): *Clamavi,* inquit, *in toto corde meo; exaudi me, Domine: iustificationes tuas exquiram:* utique faciendas, non tantummodo sciendas; ne similis fiat illi servo duro, qui etiamsi intellexerit, non obaudiet (Prov 29,19).

2 [v.146]. *Clamavi; salvum me fac:* vel, sicut nonnulli codices habent et graeci et latini, *Clamavi te; salvum me fac.* Quid est, *Clamavi te,* nisi, clamando invocavi te? Sed cum dixisset, *salvum me fac,* quid adiunxit? *Et custodiam testimonia tua:* ne te scilicet per infirmitatem negem. Salus quippe animae facit ut fiat quod faciendum esse cognos

la muerte del cuerpo, si lo demanda hasta este punto la tentación; pero en donde no hay salud sucumbe la flaqueza y se abandona la verdad.

3 [v.147]. Lo que sigue es oscuro y requiere se declare un tanto más despacio. *Me adelanté en la media noche y clamé.* Muchos códices no dicen *en la medianoche* (intempesta nocte), sino *en la madrugada* (immaturitate); apenas encontré uno que tuviese duplicada la prepocisión: *in immaturitate.* La inmadurez o madrugada en este sitio significa el tiempo prematuro de la noche, es decir, que no es oportuno para que en vela se haga algo; lo cual también se dice vulgarmente "hora inoportuna". La medianoche en la cual se debe descansar se llamó *intempesta,* intempestiva. Sin duda, se llamó así porque es inoportuna para las acciones de los que están despiertos. Los antiguos llamaron tempestivo a lo oportuno, e intempestivo a la inoportuno, derivando la palabra de *tempus,* tiempo, no de *tempestas,* tempestad, que por el uso de la lengua latina se llama así la perturbación del cielo. Aunque los historiadores usan de esta palabra sin preocupación alguna, diciendo *ea tempestate* cuando quieren decir "en aquel tiempo". Pues así la emplea el egregio latinista Virgilio cuando dice: *Unde haec tam clara repente tempestas,* pues no dio a entender por este nombre que se trataba de un cielo perturbado con vientos y nubes, sino más bien de un cielo que aparecía brillante por una súbita y radiante serenidad. Lo que se dijo en griego *en aoria,* no con una sola palabra, sino con dos, es decir, con la preposición y el

citur, et usque ad mortem corporis, si hoc flagitat extrema tentatio, pro testimoniorum divinorum veritate certetur: ubi autem non est salus, succumbit infirmitas, et deseritur veritas.

3 [v.147]. Sed quod sequitur habet aliquid obscuritatis, quod aliquanto diutius exponendum est. *Praeveni intempesta nocte, et clamavi.* Plures codices non habent, *intempesta nocte;* sed, *immaturitate:* vix autem unus inventus est qui haberet geminatam praepositionem, id est, *in immaturitate.* Immaturitas itaque hoc loco nocturnum tempus est, quod non est maturum, id est, opportunum ut agatur aliquid vigilando: quod etiam vulgo dici solet, hora inopportuna. Nox quoque intempesta, id est media, quando quiescendum est, hinc procul dubio nuncupata est, quia inopportuna est actionibus vigilantium. Tempestivum enim dixerunt veteres opportunum; et intempestivum, inopportunum: a tempore ducto vocabulo, non ab illa tempestate, quae consuetudine latinae linguae caeli perturbatio iam vocatur. Quanquam isto verbo libenter utuntur historici, ut dicant, Ea tempestate, quod volunt Eo tempore intelligi: et quod ait locutor egregius,

Unde haec tam clara repente
Tempestas? (VIRG. *Aen.* 9,19.20)

non caelum nimbis ventisve turbatum, sed magis subita et splendida serenitate fulgidum significavit hoc nomine. Quod ergo graece dictum est ἐν ἀωρίᾳ, non uno verbo, sed duobus, id est, praepositione et nomine; hoc interpretes nostri quidam dixerunt, *intempesta nocte,* plures,

nombre, lo consignaron algunos traductores latinos diciendo *intempesta nocte;* otros, *immaturitate,* no con dos palabras, sino con una, de la cual el nominativo es *immaturitas;* no pocos con dos, como los consigna el griego, diciendo *in immaturitate; aoria* se traduce por *immaturitas* y *en aoria,* por *in immaturitate.* Como si aquel que dijo *in tempesta nocte,* en la medianoche, hubiera querido decir, duplicando la proposición, *in intempesta;* de modo que una de las preposiciones signifique *en qué hora (tuvo lugar),* y la otra de la palabra pertenezca a la formación o composición de la misma palabra. Nada empece al sentido el que uno diga que hizo algo al *galli cantu,* al canto del gallo, o *in galli cantu,* cuando canta el gallo; igualmente nada se opone a que se diga que clamó *intempesta* o *in intempesta nocte,* es decir, *in nocte intempesta.* Pero el griego dijo *in nocte intempesta,* lo cual vale lo mismo que si dijera *in immaturitate,* esto es, "en el tiempo inoportuno de la noche". Baste lo que he dicho sobre la oscuridad de la palabra; ahora veamos cuál es su sentido.

4. *Me adelanté*—dice—*en la medianoche y clamé; esperé en tus palabras.* Si aplicamos esto a cada uno de los fieles y a lo que en realidad acontece, con frecuencia sucede que el amor de Dios vigila en este tiempo de la noche y, urgiendo el gran afecto de la oración, no se espera, sino que se anticipa el tiempo de orar, que suele ser después del canto del gallo. Pero, si entendemos por "noche" todo este siglo, ciertamente que clamamos a Dios a media noche y nos adelantamos al tiempo oportuno, en el cual nos dará lo prometido, conforme se lee en otro lugar: *Nos adelantamos a tu presencia con la confesión.* Si queremos entender por tiempo

immaturitate, non duobus verbis, sed uno, cuius vocabuli nominativus est immaturitas; nonnulli vero in duobus verbis, sicut graecus posuit, *in immaturitate;* ἀωρία quippe immaturitas est, ἐν ἀωρίᾳ, *in immaturitate:* tanquam si vellet etiam ille qui dixit, *intempesta nocte,* praepositione dicere geminata, *in intempesta;* ut una praepositio significet in qua hora, altera pertineat ad compositionem nominis. Nihil sane interest ad sententiam, utrum quis dicat egisse se aliquid galli cantu, an in galli cantu: ita nihil interesset, utrum *intempesta,* an vero *in intempesta nocte,* id est, *in nocte intempesta* clamasse se diceret. Graecus tamen *in nocte intempesta* dixit, quod idem valet si dicatur, *in immaturitate,* id est, in tempore nocturno immaturo. Hactenus de obscuro verbo fuerit disputatum; nunc videamus quis ipse sit sensus.

4. *Praeveni,* inquit, *in nocte intempesta, et clamavi; in verbis tuis speravi.* Si hoc ad unumquemque fidelium referamus, et ad proprietatem rei gestae; saepe contingit ut tali noctis tempore vigilet amor Dei, et magno urgente orationis affectu, non exspectetur sed praeveniatur quod post galli cantum consuevit esse tempus orandi. Si autem accipiamus hoc totum saeculum noctem; utique intempesta nocte clamamus ad Deum, et praevenimus maturitatem temporis in quo nobis redditurus est quod promisit, sicut alibi legitur: *Praeveniamus faciem eius in confessione* (Ps 94,2). Quanquam si velimus intelligere immaturum tempus

inoportuno de esta noche aquel que existió *antes de la plenitud del tiempo,* es decir, la misma oportunidad en la que Cristo se manifestaría en la carne, tampoco calló entonces la Iglesia, sino que, anticipándose a esta oportunidad o sazón, clamó profetizando y esperó en las palabras de Dios, poderoso para cumplir lo que prometió: que *en el linaje de Abrahán serían bendecidas todas las gentes.*

5 [v.148]. La misma Iglesia dice también lo que sigue: *Mis ojos se adelantaron a la mañana para meditar tus dichos.* Supongamos que comenzó la mañana *cuando nació la luz para aquellos que se hallaban sentados en la sombra de muerte.* ¿Acaso no se adelantaron a esta mañana los ojos de la Iglesia en los santos que existieron antes en la tierra, siendo así que con tiempo previeron que habían de meditarse los dichos de Dios que entonces ya tenían, y que se anunciaban como futuros en la ley y los profetas?

6 [v.149]. *Señor*—dice—, *oye mi voz según tu misericordia y vivifícame según tu juicio.* Dios quita primeramente, según su misericordia, la pena a los pecadores y después los vivifica según su juicio, porque no en vano se le dice en este orden: *Te cantaré, ¡oh Señor! la misericordia y el juicio.* Aun cuando al mismo tiempo de la misericordia no falte el juicio, del cual dice el apóstol San Pablo: *Si a nosotros mismos nos juzgásemos, no seríamos juzgados por el Señor. Pero, cuando nos juzga el Señor, nos corrige para que no seamos condenados con el mundo;* y su coapóstol San Pedro dice también: *Tiempo es de que comience el juicio por la casa del Señor; y si primero por nosotros, ¿cuál será el fin de aquellos que no creen al Evangelio del Señor?* Tampoco carecerá de misericordia el último tiempo del juicio, porque *te coronará*—dice el salmo—*con compasión y misericordia.* Sin embargo, hay un juicio sin misericordia, pero para los colocados a la izquierda, porque no hicieron misericordia.

7 [v.150]. *Se acercaron*—dice—*los que me persiguieron con la iniquidad,* o como escriben otros códices: *inicuamente.* Se acercan los perseguidores cuando llegan hasta atormentar la carne y destruirla. De aquí que el salmo 21, en el que se profetizó la pasión del Señor, dice: *No te apartes de mí, porque la tribulación está cerca,* pues se dicen estas cosas no amenazando, sino soportando ya la pasión. Llama, por tanto, cercana a la tribulación, que tenía lugar en la carne, ya que nada hay más cercano al alma que la carne que lleva. Luego se acercaron los perseguidores al atormentar la carne de aquellos a quienes perseguían. Pero atiende a lo que sigue: *Se apartaron lejos de tu ley.* Cuanto más se acercaron persiguiendo a los justos, tanto más se alejaron de la justicia. Pero ¿en qué dañaron a los que se acercaron persiguiéndolos, siéndoles a éstos más íntima la proximidad del Señor, ya que jamás se apartará de ellos?

8 [v.151]. A continuación prosigue: *Cerca estás tú, ¡oh Señor!, y todos tus caminos son verdad.* Es costumbre de los santos atribuir a Dios verdad aun en medio de las tribulaciones, confesando que las padecen con razón. Así lo hizo Ester, así el santo Daniel, así los tres jóvenes en el horno, así lo confesaron otros

noctis huius, antequam venisset plenitudo temporis, id est, ipsa maturitas, quando Christus manifestaretur in carne (Gal 4,4); nec tunc Ecclesia tacuit, sed praeveniens istam maturitatem, prophetando clamavit, et in verbis Dei speravit potentis facere quod promisit, ut in semine Abrahae benedicerentur omnes gentes (Gen 12,3; et 12,18).

5 [v.148]. Ipsa et quod sequitur dicit, *Praevenerunt oculi mei ad matutinum, ut meditarer eloquia tua.* Ponamus enim matutinum, quando qui sedebant in umbra mortis, lux orta est eis (Is 9,2); nonne in sanctis qui prius erant in terra, ad hoc matutinum oculi Ecclesiae praevenerunt, quia hoc futurum antea praeviderunt, ut meditarentur eloquia Dei, quae tunc erant, et in Lege ac Prophetis haec futura nuntiabant?

6 [v.149]. *Vocem meam,* inquit, *exaudi, Domine, secundum misericordiam tuam: et secundum iudicium tuum vivifica me.* Prius enim Deus secundum misericordiam aufert a peccatoribus poenam, eisque postea iustis secundum iudicium dabit vitam; quia non frustra illi hoc ordine dicitur, *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine* (Ps 100,1): quamvis et ipsum tempus misericordiae non est sine iudicio, de quo dicit Apostolus, *Si enim nos ipsos iudicaremus, a Domino non iudicaremur: cum iudicamur autem, a Domino corripimur, ne cum mundo damnemur* (1 Cor 11,31.32); et eius coapostolus, *Tempus est,* inquit, *ut iudicium incipiat a domo Domini: et si initium a nobis; qualis finis erit eis qui non credunt Domini Evangelio* (1 Petr 4,17). Et ultimum tempus iudicii non erit sine misericordia, quia *coronat te,* ait psalmus, *in miseratione et misericordia* (Ps 102,4). Iudicium autem sine misericordia, sed sinitris qui non fecerunt misericordiam (Iacobi 2,13).

7 [v.150]. *Appropinquaverunt,* inquit, *persequentes me iniquitate;* vel, sicut nonnulli codices habent, *inique.* Tunc appropinquant qui persequuntur, quando usque ad carnem cruciandam perimendamque perveniunt. Unde psalmus vicesimus primus, ubi passio Domini prophetata est, *Ne discedas,* inquit, *a me, quoniam tribulatio proxima est* (Ps 21,12); cum ea dicantur quae non imminente, sed iam praesente ipsa passione perpessus est. Sed proximam dixit tribulationem, quae fiebat in carne; nihil est quippe animae propius carne quam gestat. Propinquaverunt ergo persequentes, affligendo eorum carnem, quos persequebantur. Sed attende quod sequitur: *A lege autem tua longe facti sunt.* Quanto magis propinquaverunt persequendis iustis, tanto magis longe facti sunt a iustitia. Sed quid nocuerunt eis, quibus persequendo propinquaverunt; quando interior est propinquatio Domini eorum, a quo nullatenus deseruntur?

8 [v.151]. Denique sequitur: *Prope es tu, Domine, et omnes viae tuae veritas.* Etiam in tribulationibus suis, quod eas non immerito patiuntur, tribuere Deo veritatem, sanctorum est usitata confessio. Ita regina Esther (Est 14,6.7), ita sanctus Daniel (Dan 9,4.15), ita tres viri in camino (ib. 3,24-31), ita eorum sanctitatis alii socii confitentur.

compañeros de éstos en la santidad. Pero puede preguntarse. "¿Cómo se dijo aquí: *Todos tus caminos son verdad,* siendo así que en otro salmo se consigna: *Todos los caminos del Señor son misericordia y verdad?"* Para con los santos, todos los caminos del Señor son misericordia y todos ellos son verdad, puesto que al juzgar ayuda, y así no falta la misericordia; y al compadecerse da lo que promete, para que no falte la verdad. Luego para con todos los que salva y condena, todos los caminos del Señor son misericordia y verdad, porque, cuando no, se compadece da la verdad en el castigo. Sin duda, salva a muchos sin merecerlo, pero a nadie condena sin que lo merezca.

cuerpo que se corrompe sobrecarga al alma, y la habitación terrena deprime la mente que piensa en muchas cosas. ¿A quién hablaré? ¿Quién ha de oír? ¿Quién entenderá en dónde hemos de estar después de esta vida si subiéremos con el corazón? Luego como nadie lo entenderá, espera entonces algún inefable lugar de buenaventuranza que te estableció el que también dispuso subidas en el corazón. Pero ¿en dónde? *En el valle de lágrimas.* El valle simboliza la humildad; el monte, la grandeza. Existe un monte adonde subir: cierta grandeza espiritual. ¿Y cuál es este monte al que subimos? Nuestro Señor Jesucristo. El que hizo para ti, padeciendo, el valle del llanto, hizo, permaneciendo, el monte de subida. ¿Cuál es este valle del llanto?: *El Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* ¿Cuál es este valle de lágrimas?: *Ofreció la mejilla al que le hería y fue saturado de oprobios.* ¿Cuál es este valle de lágrimas?: *Fue abofeteado, escupido, coronado de espinas y crucificado:* éste es el valle de lágrimas desde donde ha de subirse por ti. Pero ¿a dónde ha de subirse? *En el principio existía el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y el Verbo era Dios.* Pero el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros. Bajó a ti permaneciendo en sí; bajó a ti a fin de hacerse para ti valle de lágrimas; permaneció en sí siendo para ti monte de subida. *Aparecerá*—dice Isaías—*en los últimos tiempos el monte manifiesto del Señor, aprestado en la cima de los montes.* Ved a dónde ha de subirse. Pero no pienses en cosa terrena, no sea que porque oíste la palabra "monte" creas que se trata de alguna altura de la

non posset, ait, *In locum quem disposuit.* Quid tibi plus dicturus sum, ait homo per quem Spiritus sanctus loquebatur? in locum talem, aut locum talem? Quidquid dixero, terrenum cogitas, humi repis, carnem portas: corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap 9,15). Cui loquar? quis auditurus est? quis capiet ubi erimus post hanc vitam, si in corde ascenderimus? Quia ergo nemo, spera aliquem ineffabilem beatitudinis locum, quem tibi disposuit qui ascensiones etiam in corde tuo disposuit. Sed ubi? *In convalle plorationis.* Convallis humilitatem significat; mons celsitudinem significat. Est mons quo ascendamus, spiritualis quaedam celsitudo. Et quis est iste mons quo ascendimus, nisi Dominus Iesus Christus? Ipse tibi fecit, patiendo, convallem plorationis, qui fecit, manendo, montem ascensionis. Quid est vallis plorationis? *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Quid est vallis plorationis? *Praebuit percutienti se maxillam; saturatus est opprobiis* (Thren 3,30). Quid est vallis plorationis? Colaphizatus est, sputis illinitus, spinis coronatus, crucifixus est. Haec est vallis plorationis unde tibi ascendendum est. Sed in quo ascendendum est? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum.* Ipsum enim *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Io 1,1.14). Sic descendit ad te, ut maneret in se: descendit ad te, ut fieret tibi convallis plorationis; mansit in se, ut esset tibi mons ascensionis. *Erit,* inquit Isaias, *in novissimis diebus manifestus mons Domini, paratus in cacumine montium* (Is 2,2). Ecce quo ascendendum est.

tierra; ni cuando oigas las palabras "piedra, león, cordero" pienses en la dureza, en la fiereza, en la bestia. Nada de esto es en sí; y, sin embargo, se hizo todas las cosas por ti. Por aquí ha de ascenderse allí, por su arquetipo a su divinidad. Para ti se hizo modelo humillándose. Quienes no querían subir por el valle del llanto fueron forzados por El. Precipitadamente querían conseguir la subida; pensaban en elevados honores, mas no en el camino de la humildad. Supongo que entenderá vuestra caridad lo que digo: dos discípulos quisieron sentarse a los lados de Cristo, uno a la derecha, el otro a la izquierda. El Señor vio que pensaban apresurada y desarregladamente en honores, cuando ante todo debieran aprender a humillarse para ser ensalzados; y por eso les dice: *¿Podéis beber el cáliz que yo he de beber?* El había de beber el cáliz de la pasión en el valle de lágrimas; mas ellos, no atendiendo a la humildad de Cristo, querían asir la altura de Cristo. Los llamó al camino como a errantes, sin negarles lo que ellos querían, sino mostrándoles por dónde lo habían de conseguir.

2. Así, pues, hermanos, cantemos este salmo de subida los que hemos de subir en el corazón, pues para que subamos bajó a nosotros (Cristo). Jacob vio la escala y en ella se le mostraron ángeles que subían y bajaban. Ambas cosas vio. Podemos suponer que a quienes vio subir simbolizaban a los que aprovechan, y a quienes vio bajar, a los que desfallecen, porque, sin duda, encontramos esto en el pueblo de Dios, pues unos aprovechan y otros

Sed noli aliquid terrenum cogitare, nec quia montem audisti, alta quaedam cogites terrae: nec cum saxum audis aut petram, duritia a te intelligatur; nec cum audis leonem, cogites feritatem; nec cum audis agnum, cogites pecus. Nihil horum est in se, et omnia factus est pro te. Hinc ergo ascendendum est, illuc ascendendum; ab exemplo ipsius, ad divinitatem ipsius. Exemplum enim tibi fecit humiliando se. Nam qui nolebant a convalle plorationis ascendere, compressi sunt ab ipso. Praepropere enim volebant habere ascensum, honores altos cogitabant, viam humilitatis non cogitabant. Intelligat Charitas vestra quod dico, duos discipulos voluisse ad latera Domini, unum ad dexteram, alterum ad sinistram sedere: vidit eos Dominus praepropere et praepostere de honoribus cogitare, cum prius discere deberent humiliari, ut exaltarentur; et ait eis Dominus: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* (Mt 20,21.22). Ipse enim in convalle plorationis bibiturus erat calicem passionis: illi autem non attendentes humilitatem Christi, comprehendere volebant altitudinem Christi. Revocavit illos ad viam, tanquam aberrantes; non ut negaret illis quod vellent, sed ut ostenderet qua venirent.

2. Itaque, fratres mei, hunc psalmum ascensionis cantemus ascensuri in corde; quia ut ascendamus descensum est ad nos. Nam vidit scalas Iacob, et in ipsis scalis demonstrati sunt ei ascendentes et descendentes (Gen 28,12): utrumque vidit. Possumus putare ascendentes visos, proficientes; descendentes, deficientes: quia et revera invenimus hoc in populo Dei; alii proficiunt, alii deficiunt. Poterant istos significare illae scalae, sed forte melius intelliguntur omnes boni in illis scalis, et ascen-

desfallecen. La escala podía simbolizar esto; pero quizas más bien se entiende que son los buenos los que suben y bajan por la escalera, pues con razón se dijo que bajan, no que caen. Gran diferencia existe entre bajar y caer. Porque cayó Adán bajó Cristo: el primero cayó, el segundo descendió; aquél cayó por la soberbia, éste bajó por misericordia. Sin embargo, no sólo baja El. Del cielo ciertamente sólo baja El; pero muchos santos, imitándole, bajan y bajaron a nosotros, pues el Apóstol moraba en cierta altura del corazón cuando decía: *Ya salgamos con la mente para Dios.* Lo que había sobrepasado con la mente, para Dios lo había hecho. Sobrepasando con la mente toda la fragilidad humana, todo lo temporal del siglo, todas las cosas que de cualquier modo que sean desaparecen naciendo y muriendo, traspasando todas estas cosas pasajeras, habitaba con el corazón, en cuanto podía, en cierta inefable contemplación, de la cual dice que oyó palabras inefables que no es dado expresar al hombre. Ciertamente no pudo expresártelas a ti; sin embargo, él pudo ver de cualquier modo las cosas que no pudo expresarte. Si siempre hubiera querido permanecer en la visión que no podía declarar, no te hubiera levantado a donde puedas verla tú. ¿Qué hizo, pues? Descendió, porque allí dice: *Ya salgamos con la mente para Dios, ya nos acomodemos a vosotros.* ¿Qué quiere decir *ya nos acomodemos?* Hablamos de tal modo, que podáis entender. También Cristo se hizo tal naciendo y padeciendo para que los hombres pudieran hablar de El, ya que el hombre con facilidad habla del hombre; mas de Dios, ¿cuándo habla el hombre del modo que Dios es? Sin embargo, del

dentes et descendentes. Non enim frustra non dictum est cadentes, sed descendentes. Multum autem interest inter descendere et cadere. Nam quia cecidit Adam, ideo descendit Christus: ille cecidit, ille descendit; ille cecidit superbia, ille descendit misericordia. Non autem ipse solus descendit: et quidem de caelo ipse solus descendit; sed multi imitantes eum sancti descendunt ad nos, et descenderunt ad nos. Nam in quadam altitudine cordis habitabat Apostolus, cum diceret: *Sive enim mente excessimus Deo.* Iam quod mente excesserat, Deo excesserat. Excedens enim mente omnem humanam fragilitatem, omnem saeculi temporalitatem, omnia quaecumque nascendo et occidendo vanescunt, transeuntia haec; habitabat corde in quadam ineffabili contemplatione, quantum poterat, de qua dicit quia audivit ineffabilia verba quae non licet homini loqui (2 Cor 12,4). Sed tibi illa loqui non posset: ipse autem videre illa utcumque posset, quae tibi loqui non posset. Itaque si semper manere vellet in eo quod videbat, et loqui non poterat, te non levaret ubi et tu posses videre. Quid autem fecit? Descendit. Nam ibi ait: *Sive enim mente excessimus Deo, sive temperantes sumus vobis* (ib. 5,13). Quid est, *temperantes sumus?* Sic loquimur, ut capere possitis. Quia et Christus talem se fecit nascendo et patiendo, ut possent de illo homines loqui: quia de homine homo facile loquitur. De Deo homo quando loquitur sic, quomodo Deus est? Homo autem de homine facile loquitur. Ut ergo

hombre habla el hombre fácilmente. Luego para que los grandes descendiesen a los párvulos y, con todo, sólo les hablasen cosas grandes, el que era grande se hizo pequeñito para que los grandes hablasen de El a los pequeños. Cuando se leía al Apóstol, oísteis lo que acabo de decir ahora. Si os fijasteis, dijo esto: *No pude hablaros como a espirituales, sino como a carnales.* Luego a los espirituales habla desde las alturas; sin embargo, para hablar a los carnales baja. Para que sepáis que cuando desciende habla de Aquel que descendió, oíd a Juan, que, permaneciendo en El, habla de este modo: *En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios. Este existía en el principio en Dios. Todas las cosas fueron hechas por El, y sin El nada fue hecho.* Entiéndelo si puedes; apodérate de ello; es alimento. Quizás has de decirme: "El es alimento, yo soy niño; debo ser amamantado para hacerme capaz de comer el alimento." Como tú debes ser alimentado con leche y El es manjar sólido, por eso este manjar pasó a tus fauces mediante la carne. Del modo que la madre come el manjar para dárselo al infante hecho leche mediante la carne, así el Señor, pan de los ángeles, *hecho carne,* se hizo leche. De aquí que dice el Apóstol: *Leche os di a beber, no manjar, porque todavía no erais capaces, ni aún ahora lo sois.* Luego, dando leche bajó a los niños; y porque descendió, dio bajando. Y así dice: *¿Acaso me propuse saber algo entre vosotros fuera de conocer a Cristo, y a éste crucificado?* Si hubiera dicho solamente: *Fuera de conocer a Cristo,* se hubiera entendido también por Jesucristo en cuanto a la divinidad, en cuanto a que era Verbo

magni descenderent ad parvos, et non illis tamen loquerentur nisi magnum; ipse qui magnus erat, factus est parvus, ut de illo magni parvis loquerentur. Audistis modo quod dico, cum Apostolus legeretur. Si autem advertistis, dixit hoc: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Ergo spiritualibus in excelsis loquitur; carnalibus autem ut loquatur, descendit. Nam ut sciatis quia cum descendit, de illo qui descendit loquitur; ecce Ioannes manentem in se loquitur: «In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum; hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil». Cape, si potes; arripe, cibus est. Sed dicturus es mihi, Ille quidem cibus est, sed ego infans sum, lactandus sum, ut idoneus fieri possim ad manducandum cibum. Ergo quia tu lacte nutriendus es, ille autem cibus est, ipse cibus per carnem tibi traiectus est ad fauces. Quomodo ergo cibum mater comedit, ut per carnem traiiciat ad infantem lac factum; sic cibus Angelorum Dominus *Verbum caro factum est,* et factus est lac: et dicit Apostolus, *Lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis* (1 Cor 3,1.2). Ergo dando lac descendit ad parvulos; et quia descendit, descendentem dedit. Ait enim: *Numquid dixi me aliquid inter vos scire, nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum?* (ib. 2,2). Quia si diceret tantum, *Iesum Christum,* est Iesus Christus etiam secundum divinitatem, secundum id quod erat Verbum apud Deum, Filius Dei Iesus

en Dios, en cuanto a que Jesucristo era Hijo de Dios; pero dicho de este modo no lo comprenden los pequeños. ¿Cómo lo comprenden los que toman leche? Diciendo: *A Jesucristo, y a éste crucificado.* Mama lo que se hizo para ti y crecerás hasta llegar a ser lo que es El. Hay quienes suben y quienes bajan. En aquellas escalas, unos suben y otros bajan. ¿Quiénes suben? Los que progresan hasta llegar al conocimiento espiritual. ¿Quiénes bajan? Los que, en cuanto pueden siendo hombres, aun cuando se gocen con el conocimiento de las cosas espirituales, descienden, sin embargo, hasta los párvulos para enseñarles las cosas que pueden percibir; y así, alimentados con leche, puedan hacerse capaces y fuertes para tomar el alimento espiritual. También Isaías, hermanos, fue para nosotros de los que descienden, puesto que aparecen en él los mismos grados del que desciende, ya que, al hablar del Espíritu Santo, dice: *Reposarán sobre El (sobre Cristo) el espíritu de sabiduría, y de entendimiento, el espíritu de consejo y de fortaleza, el espíritu de ciencia y de piedad, el espíritu de temor del Señor.* Comienza por la sabiduría y desciende hasta el temor. Como descendió desde la sabiduría hasta el temor el que enseñaba, tú que aprendes, si aprovechas, sube del temor a la sabiduría, pues se escribió: *El comienzo de la sabiduría es el temor de Dios.* Luego oíd ya el salmo. Pongamos ante nuestra mirada al hombre que ha de subir. ¿En dónde ha de subir? *En el corazón.* ¿De dónde ha de subir? De la humildad, es decir, *desde el valle de lágrimas.* ¿Adónde ha de subir? A lo inefable, a lo que, no pudiendo ser expresado, se denominó, *al lugar que estableció.*

Christus: sed hunc, id est, hoc modo dictum, parvuli non capiunt. Quomodo ergo capiunt qui lac capiunt? *Iesum Christum,* inquit, *et hunc crucifixum.* Suge quod pro te factus est, et crescis ad id quod est. Sunt ergo ascendentes et descendentes. In illis scalis et ascendentes sunt et descendentes. Ascendentes qui sunt? Qui proficiunt ad intellectum spiritualium. Descendentes qui sunt? Qui quamvis, quantum homines possunt, fruantur intelligentia spiritualium; tamen descendunt ad parvulos, ut talia eis dicant, qualia possunt capere, et lacte nutriti possint idonei fieri et validi ad capiendum cibum spiritualem. Isaias, fratres, etiam ipse ad nos de descendentibus fuit: nam et ipsi gradus eius descendentis apparent. Cum enim diceret de Spiritu sancto, «Requiescet», inquit, «super eum Spiritus sapientiae et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus scientiae et pietatis, et Spiritus timoris Domini» (Is 11,2.3): a sapientia coepit, et usque ad timorem descendit. Quomodo ille qui docebat, a sapientia descendit usque ad timorem; tu qui discis, si proficis, a timore ascende ad sapientiam: scriptum est enim, *Initium sapientiae timor Domini* (Prov 1,7). Iam ergo Psalmum audite. Ecce ante oculos nostros ponamus ascensurum hominem: ubi ascensurum? *In corde.* Unde ascensurum? Ab humilitate, id est a *convalle plorationis.* Quo ascensurum? Ad illud ineffabile quod cum dici non posset, dictum est, *In locum quem disposuit.*

3. Luego, cuando el hombre hubiere comenzado a disponer la subida; lo diré más claro: cuando el hombre cristiano hubiere comenzado a pensar en progresar, comienza a soportar las lenguas de los adversarios. El que todavía no las soportó, aún no progresó, puesto que todo el que no las soporta no intenta progresar. ¿Quiere conocer lo que digo, es más, lo que juntamente oímos? Lo experimente. Comience a progresar, comience a querer subir, a querer despreciar lo terreno, lo caduco, lo temporal; a tener en nada la felicidad del siglo, a pensar únicamente en Dios, a no alegrarse del lucro, a no afligirse por las pérdidas, a querer vender todos sus bienes y distribuirlos a los pobres, a seguir a Cristo; y veamos cómo tolera la lengua de los detractores y muchas cosas de los que le contradicen; y lo que es más grave, de los que le apartan de la salud como consolándole. Porque quien consuela a alguno, le consuela mirando por la salud, atendiendo a lo que le aprovecha; sin embargo, el que hace como que le consuela, le aparta de la salud. Luego como aparenta ofrecerle el paño del consuelo y le ofrece el veneno de la muerte, se llama lengua engañosa. El que ha de ascender, primeramente suplica a Dios le proteja contra estas lenguas, y así dice: *Estando atribulado, clamé a ti, ¡oh Señor!, y me oíste.* ¿Cómo le oyó? Para establecerle en los grados de subida.

4 [v.2]. Y como ya fue oído el que ha de subir, ¿qué pide? *Señor, libra a mi alma de labios perversos y de lengua engañosa.* ¿Qué quiere decir *lengua engañosa?* Lengua fraudulenta, lengua que, bajo la capa de consuelo, lleva el exterminio de muerte. Pues

3. Cum ergo sic homo coeperit disponere ascensum; hoc dico apertius, cum coeperit homo christianus cogitare proficere, incipit pati linguas adversantium. Quicumque illas nondum passus est, nondum profecit: quicumque illas non patitur, nec conatur proficere. Vult nosse quid dicamus? Imo quid audiamus simul, experiatur. Incipiat proficere, incipiat velle ascendere, velle contemnere terrena, fragilia, temporalia, felicitatem saeculi pro nihilo habere, Deum solum cogitare, lucris non gaudere, damnis non contabescere, omnia etiam sua velle vendere et pauperibus tribuere, et sequi Christum; videamus quemadmodum patiatur linguas detrahentium et multa contradicentium, et quod est gravius, quasi consulendo a salute avertentium. Qui enim consulit alicui, ad salutem consulit, ad id quod prodest consulit; ille autem quasi consulens, retrahit a salute. Quia ergo videtur habere pallium consulentis, et habet venenum perimentis, lingua dolosa dicta est. Ascensurus ergo, contra ipsas linguas primo Deum deprecatur: ait enim, *Ad te, Domine, cum tribularer clamavi, et exaudisti me.* Unde illum exaudivit? Ut iam constitueret eum ad gradus ascendendi.

4 [v.2]. Et quia iam ascensurus est exauditus, quid orat? *Domine, erue animam meam a labiis iniustis et a lingua dolosa.* Quae est lingua dolosa? Subdola, habens imaginem consulendi, et perniciem nocendi. Ipsi sunt qui dicunt: Et tu hoc facturus es, quod nemo fecit? et tu solus

éstos son los que dicen: "¿Y tú has de hacer lo que nadie hace? ¿Y tú solo serás cristiano?" Mas si les muestras que también hacen esto otros y les dices que lean el Evangelio, en donde el Señor manda hacer esto, y que repasen los Hechos Apostólicos, ¿qué responden con lengua engañosa y labios perversos? Quizás no podrás cumplirlo, es demasiado lo que emprendes. Unos disuaden prohibiendo, otros abaten más alabando. Pero como la vida es ya tal que llenó el mundo, y tan grande es la reputación de Cristo que ya ni el pagano se atreve a vituperar a Cristo; y como se lee que Aquel que no puede ser censurado dijo: *Ve, vende todo lo que tienes y dalo a los pobres, y sígueme,* al no poder contradecir a Cristo, al no poder contradecir al Evangelio, al no poder censurar a Cristo, la lengua dolosa se encamina a la alabanza, que prohíbe. Si alabas, exhorta, anima. ¿Por qué hundes alabando? Mejor te sería vituperar que alabar con engaño. Pues ¿qué dirías vituperando? "No hay tal cosa; esta vida es abominable, esta vida es mala. Pero como sabes que al decir esto te puedo atacar con la autoridad del Evangelio, te encaminas a la disuasión, de suerte que, alabando falsamente, me apartes de la verdadera alabanza; es más, alabando a Cristo, me apartas de Cristo, diciendo: ¿Qué es esto? Ve que ellos lo hicieron; tú quizás no podrás; comenzarás a subir y caerás." Parece que exhorta, pero es serpiente, es lengua engañosa, encierra veneno. Ora contra ella si quieres subir y di a tu Dios: *¡Oh Señor!, libra a mi alma de labios perversos y de lengua engañosa.*

5 [v.3-5]. Y te dirá tu Señor: *¿Qué se te dará o qué se te añadirá contra la lengua engañosa?* Es decir, para que te sobre-

eris christianus? Et si ostenderit alios hoc facere, et legerit Evangelium ubi praecepit Dominus fieri, et legerit Actus Apostolorum; illi quid dicunt in lingua subdola et labiis iniquis? Non poteris forte implere; multum est quod aggrederis. Alii prohibendo deterrent, alii laudando plus premunt. Quia enim talis est vita quae iam occupaverit mundum, tanta auctoritas Christi est, ut reprehendere iam Christum nec paganus audeat. Legitur ille qui reprehendi non potest, quia dixit, *Vade, vende omnia quae habes, et distribue pauperibus, et sequere me* (Mt 19,21): Christo contradici non potest, Evangelio contradici non potest, reprehendi Christus non potest; convertit se lingua dolosa ad laudem prohibentem. Si laudas, hortare. Quare laudando premis? Melius vituperares, quam dolose laudares. Quid enim diceres vituperando? Absit: foeda vita ista est, mala vita ista est. Sed quia nosti, cum haec dixeris, premi te posse auctoritate evangelica; convertis te ad aliud dissuadendi genus, ut laudando falso, me a vera laude prohibeas; imo laudando Christum, a Christo prohibeas, dicens: Quid est hoc? Ecce illi fecerunt, forte tu non poteris: incipis ascendere, cadis. Monere videtur; serpens est, dolosa lingua est, venenum habet. Roga contra illam, si vis ascendere, et dic Deo tuo: *Domine, erue animam meam a labiis iniustis et a lingua dolosa.*

5 [v.3,5]. Et dicit tibi Dominus tuus, *Quid dabitur tibi, aut quid*

pongas a la lengua engañosa, para que te opongas a la lengua pedante y fraudulenta, para que tengas algo con qué defenderte de la lengua engañosa, *¿qué se te dará o qué se te añadirá?* Preguntó el que se ejercitaba, aun cuando él mismo ha de dar la respuesta. Pues responde así, contestándose a sí mismo el que preguntaba: *Saetas agudas de valiente con carbones devastadores o asoladores.* Pues ya digas *desolatoriis,* desoladores, o *vastatoribus,* devastadores, puesto que se consignó de distinto modo en diversos códices, significa lo mismo. Ved que los carbones se llaman devastadores porque, devastando y asolando, conducen fácilmente a la desolación. ¿Qué son estos carbones? Primeramente entienda vuestra caridad qué son las saetas. *Las saetas agudas de valiente* son las palabras de Dios. Ved que se arrojan y que atraviesan los corazones. Y, cuando han sido atravesados los corazones con las palabras de Dios, se enciende el amor, no para conseguir la destrucción o la muerte. El Señor sabe asaetear en razón al amor. Nadie asaetea más bellamente conduciendo al amor que quien asaetea con la palabra; es más, asaetea el corazón del amante para ayudar al amante, le asaetea para hacerle amante. Por tanto, las palabras son saetas. ¿Qué son los carbones devastadores? Poco es emplear palabras contra la lengua fraudulenta y los labios perversos, poco es emplear palabras; han de utilizarse ejemplos. Los ejemplos (u obras) son los carbones devastadores. Vuestra caridad entenderá al instante por qué se llaman devastadores. Primeramente ved por qué han de emplearse los ejemplos u obras. La lengua fraudulenta, no sabe decir otra cosa, y por ello es más fraudulenta, que "Ve, no

apponetur tibi ad linguam dolosam? Id est, quod habeas adversus linguam dolosam, quod opponas linguae dolosae, quo te munias adversus linguam dolosam, *quid tibi dabitur, aut quid apponetur tibi?* Interrogavit exercens; nam ipse dicturus est quod interrogat. Respondit enim, subiiciens sibi interroganti, *Sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatoriis;* vel, *vastatoribus.* Sive *desolatoriis dicas,* sive *vastatoribus* dicas (nam in diversis codicibus diverse scriptum est), idem significat. Videte: vastatores carbones dicuntur, quia vastando et desolando ad desolationem facile perducunt. Qui sunt isti carbones? Intelligat Charitas vestra primo quae sunt sagittae. *Sagittae potentis acutae,* verba Dei sunt. Ecce iaciuntur, et transfigunt corda: sed cum transfixa fuerint corda sagittis verbi Dei, amor excitatur, non interitus comparatur. Novit Dominus sagittare ad amorem: et nemo pulchrius sagittat ad amorem, quam qui verbo sagittat; imo sagittat cor amantis, ut adiuvet amantem; sagittat, ut faciat amantem. Sagittae autem sunt, cum agimus verbis. Carbones autem vastatores qui sunt? Parum est verbis agere contra linguam subdolam et labia iniqua, parum est verbis agere; et exemplis agendum est. Exempla sunt carbones vastatores. Et quare vastatores dicuntur, breviter accipiat Charitas vestra. Primo, quomodo exemplis agendum sit, videte. Lingua subdola nihil sic novit dicere, quo magis subdola est, nisi, Vide ne non possis implere; multum est ad te hoc aggredi. Accepisti tu praeceptum evangelicum, habes sagittam; sed carbones nondum habes. Timen-

sea que no puedas hacerlo; has emprendido más de lo que pueden tus fuerzas." Tú recibiste el precepto evangélico; luego tienes saetas, pero aún no posees carbones. Ha de termerse que la saeta sola no pueda contra la lengua engañosa; por eso también hay carbones. Suponte que Dios comienza a decirte: "¿Tú no puedes? ¿Por qué puede éste? ¿Por qué puede aquél? ¿Por ventura eres tú más débil que aquel senador? ¿Acaso gozas de menos salud que éste o aquél? ¿Acaso eres más delicado que las mujeres? Pudieron las mujeres, ¿y no podrán los hombres? Pudieron los ricos regalados, ¿y no podrán los pobres? Pero yo pequé mucho, dice, y soy gran pecador." Pues bien, también se hallan en este número quienes pecaron mucho, y tanto más amaron cuantos más pecados les fueron perdonados, conforme se dijo en el Evangelio: *A quien poco se le perdona, poco ama.* Habiendo sido enumerados los pecados y expresamente nombrados los hombres que pudieron, recibida la saeta en el corazón, se agregan por esto a ella los carbones devastadores y es asolado en él el pensamiento terreno. ¿Qué significa "es asolado"? Llevar a la desolación. Había muchas cosas que malamente brotaban en él, muchos pensamientos carnales y muchos amores mundanos; éstos fueron quemados con los carbones desoladores para hacer un lugar completamente devastado, en el que, exento de toda maleza, construya Dios su edificio; porque, hecha allí la destrucción del diablo, se edifica allí a Cristo, puesto que, mientras que permanece allí el diablo, no puede ser edificado Cristo. Se aplican los carbones devastadores, y destruyen lo que malamente había sido edificado; y, hallándose devastado el lugar,

dum ne sagitta sola non valeat adversus linguam dolosam: sunt et carbones. Ut puta, incipit enim tibi dicere Deus, Tu non potes, quare ille potest? quare alter potuit? Numquid tu delicatior es illo senatore? numquid tu infirmior es illo, aut illo in valetudine? numquid tu infirmior es feminis? Faminae potuerunt, viri non possunt? delicati divites potuerunt, pauperes non possunt? Sed ego, inquit, multum peccavi, et multum peccator sum. Numerantur etiam qui multum peccaverunt; et eo plus amaverunt, quo plura illis dimissa sunt: quomodo dictum est in Evangelio, *Cui modicum dimittitur, modicum diligit* (Lc 7,47). Cum ergo fuerint ista enumerata, et nominatim dicti fuerint homines qui potuerunt, ille accepta sagitta in corde, accedentibus etiam carbonibus desolatoriis, desolatur in illo terrena cogitatio. Quid est enim, desolatur? Ad desolationem perducitur. Erant autem in illo multa quae male frondueránt, multae carnales cogitationes, saeculares multi amores: ipsi uruntur carbonibus desolatoriis, ut fiat purus locus desolatus, in cuius loci puritate faciat Deus aedificium suum; quia facta erat ibi ruina diaboli, et aedificatur ibi Christus: nam quamdiu manet ibi diabolus, non potest aedificari Christus. Accedunt carbones desolatorii, et deiiciunt quod male fuerat aedificatum, et desolato loco accedit structura felicitatis perpetuae. Videte ergo quare dicti sunt carbones. Quia qui se convertunt ad Dominum, de mortuis reviviscunt. Carbones autem quando accendun-

se sustituye por la construcción de la perpetua felicidad. Ved por qué se les llamó carbones o brasas: quienes se convierten al Señor, de muertos, reviven. Los carbones se encienden, pero antes de ser encendidos están apagados. Los carbones apagados se dice que están muertos; los encendidos, que reviven. El hecho de muchos inicuos que se convierten a Dios se denomina carbón. Ves que los hombres se admiran y dicen: "Yo le conocí, ¡qué borracho era, qué perverso, qué amante del circo y del anfiteatro, qué defraudador!; pero ahora, ¡cómo sirve a Dios, qué bueno se hizo! No te admires, es carbón. A quien llorabas muerto le celebras vivo. Pero, si ensalzas al vivo, si sabes ensalzarle, aplica al muerto el carbón para que se encienda. Es decir, a cualquiera que aún tenga pereza para seguir a Dios, aproxímale el carbón, pues estaba apagado, y de este modo tendrá la saeta de la palabra de Dios y el carbón devastador, y así saldrás al encuentro de los labios inicuos y de la lengua engañosa.

6. ¿Qué sigue? Este recibió las saetas ardientes, reciba también los carbones devastadores. Ya rechaza la lengua engañosa y los labios perversos; ya sube el peldaño; comienza a progresar, pero aún vive entre malos, entre perversos. Aún no se ha bieldado la parva; piensa que es trigo. Pero ¿acaso ya está en el granero? Es necesario que todavía sea oprimido por abundante paja; y cuanto más aprovecha, tanto más observará mayores escándalos en el pueblo. Si no aprovecha, no verá la iniquidad; si no es cristiano veraz, no verá los falsos cristianos. En efecto, hermanos, el Señor nos enseña esto con el empleo de una parábola, del trigo y la cizaña: *Cuando creció la hierba y produjo fruto, entonces apareció la cizaña;* es decir, a ningún hombre aparecen los malos a no ser que él sea bueno, puesto que, *al crecer la hierba y producir fruto, aparece entonces la cizaña.* Luego entonces comienza éste a progresar y a ver a los malos y muchos males que antes no advertía, y, por lo mismo, clama al Señor: *¡Ay de mí!, que mi morada se prolongó en tierra ajena.* Me aparté demasiado de ti, mi peregrinación se prolongó. Aún no he llegado a la patria, en la que triunfaré de todos los males; no he llegado a la compañía de los ángeles, en donde no temeré tropiezo alguno. ¿Por qué no estoy ya allí? Porque mi morada se prolongó en tierra ajena. La morada en tierra ajena es peregrinación. Se denomina *incola,* morador de paso, el que habita en tierra ajena, no en su propia ciudad. *Mi inquilinato se ha prolongado.* ¿Y en dónde se prolongó? Algunas veces, hermanos míos, cuando peregrina el hombre, vive entre hombres mejores que quizás son aquellos entre los que viviría en su patria. Pero no sucede esto cuando peregrinamos hacia la Jerusalén celeste. El hombre cambia de patria, y algunas veces le va bien en la peregrinación, pues encuentra en ella amigos fieles que no pudo encontrar en su patria; en la suya tuvo enemigos, puesto que fue expulsado de ella, y peregrinando encontró lo que no tenía en la patria. La patria de la Jerusalén celeste no es así; en ella todos son buenos; cualquiera que peregrina fuera de ella, vive entre malos, y no puede apartarse de ellos si no es cuando vuelve a la compañía de los ángeles para que allí sea en donde peregrine. Allí todos son justos y santos, que gozan del Verbo o Palabra de Dios sin lectura y sin

tur, antequam accenderentur, exstincti erant. Nam exsticti carbones, mortui dicuntur; ardentes, vivi appellantur. Exempla ergo multorum iniquorum qui conversi sunt ad Dominum, carbones dicti sunt. Audis homines mirari, et dicere, Ego illum novi, quam ebriosus fuit, quam sceleratus, qualis amator circi aut amphitheatri, qualis fraudator: modo quomodo Deo servit, quam innocens factus est! Noli mirari; carbo est. Vivum gaudes, quem exstinctum plangebas. Sed quando laudas vivum, si nosti laudare, adhibe illum mortuo ut accendatur; id est, quicumque adhuc piger est sequi Deum, admove illi carbonem qui erat exstinctus, et habeto sagittam verbi Dei, et carbonem vastatorem, ut occurras labiis iniquis et linguae subdolae.

6. Quid sequitur? Accepit iste sagittas ardentes, accipiat carbones vastatores. Iam repellit linguam subdolam et labia iniqua, iam ascendit gradum, incipit proficere: sed adhuc vivit inter malos, inter iniquos; nondum est area ventilata: puta quia triticum factum est, numquid iam in horreo est? Adhuc necesse est multa palea prematur; et quantum proficit, tantum videt maiora scandala in populo. Nam si non proficiat, non videt iniquitates; si non sit verax christianus, non videt fictos. Etenim, fratres, et de illa similitudine hoc nos docet Dominus, de frumentis et zizaniis. *Cum autem crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania* (Mt 13,26): id est, quia nulli homini apparent mali, nisi factus fuerit ipse bonus; quia *cum crevisset herba et fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania.* Iam ergo iste coepit proficere, et coepit videre malos, et multa mala quae ante non noverat, et clamat ad Dominum: *Heu me, quod incolatus meus longinquus,* inquit, *factus est!* Multum a te recessi, peregrinatio mea facta est longinqua. Nondum veni in patriam illam, ubi cum nullo malo victurus sum; nondum veni ad illam societatem Angelorum, ubi scandala non timebo. Quare autem nondum sum ibi? Quia *incolatus meus longinquus factus est.* Incolatus peregrinatio est: incola dicitur qui habitat in terra aliena, non in civitate sua. *Longinquus,* inquit, *factus est incolatus meus.* Et ubi longinquus? Aliquando, fratres mei, cum peregrinatur homo, inter meliores vivit, quam in patria sua forte viveret: sed non sic est, quando de illa Ierusalem caelesti peregrinamur. Mutat enim homo patriam, et aliquando in peregrinatione illi bene est: invenit amicos fideles peregrinando, quos in patria invenire non potuit. Inimicos habuit, ut de patria pelleretur; et cum peregrinaretur, invenit quod non habebat in patria. Non sic est patria illa Ierusalem, ubi omnes boni: quimcumque inde peregrinatur, inter malos est; nec recedere a malis potest, nisi cum redierit ad societatem Angelorum, ut ibi sit unde peregrinatur. Ibi omnes iusti et sancti, qui fruuntur Verbo Dei sine lectione, sine litteris: quod enim nobis per paginas

letras. Lo que se escribió en papiros para nosotros, ellos lo ven en el rostro de Dios. ¡Qué patria! Es la gran patria; desdichados son los que peregrinan lejos de ella.

7. Pero lo que éste dice: *Se prolongó mi peregrinación,* es principalmente la voz de los peregrinos, es decir, de la Iglesia, que sufre en este mundo. Es la voz de ella, que clama en otro salmo desde los últimos rincones de la tierra: *Desde los confines de la tierra clamé a ti.* ¿Quién de nosotros clama desde los confines de la tierra? Ni yo, ni tú, ni aquél; pero la Iglesia entera, toda la heredad de Cristo, clama desde los confines de la tierra, porque su heredad es la Iglesia, y de la Iglesia se dijo: *Pídeme, y te daré las gentes en heredad, y en posesión tuya, los términos de la tierra.* Luego si la posesión de Cristo se extiende hasta los confines de la tierra, y la posesión de Cristo son todos los santos, y todos los santos son un solo hombre en Cristo, porque la unidad santa se halla en Cristo, el mismo único hombre dice: *Desde los confines de la tierra clamé a ti al estar angustiado mi corazón.* Luego la peregrinación de este hombre se prolongó entre los malos. Y como si se le dijera: "¿Con quién habitas, puesto que gimes?" *Mi peregrinación*—dice—*se prolongó.* "Pero ¿y qué, si es con los buenos?" Si fuese con los buenos, no diría: *¡Ay de mí! Ay* es palabra de desdicha, palabra de calamidad y de desgracia; sin embargo, se dijo en esperanza, porque ya aprendió a gemir. Muchos son desdichados, y no gimen; peregrinan, y no quieren volver. Mas éste, queriendo regresar, reconoce la desgracia de su peregrinación; y porque la conoce vuelve; y comienza a subir,

scriptum est, per faciem Dei illi cernunt. Qualis patria! Magna patria, et miseri sunt peregrini ab illa patria.

7. Sed quod ait iste, *Longinqua facta est peregrinatio mea;* maxime eorum vox est, id est, ipsius Ecclesiae, quae laborat in hac terra. Illius vox est, quae clamat a finibus terrae in alio psalmo dicens: *A finibus terrae ad te clamavi.* Quis nostrum clamat a finibus terrae? Nec ego, nec tu, nec ille: sed a finibus terrae ipsa tota Ecclesia, tota haereditas Christi clamat; quia Ecclesia haereditas eius, et de Ecclesia dictum est, *Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (Ps 2,8). Si ergo possessio Christi usque ad fines terrae, et possessio Christi omnes sancti, et omnes sancti unus homo in Christo, quia unitas sancta in Christo est; ipse unus homo dicit, *A finibus terrae ad te clamavi, dum angeretur cor meum* (Ps 60,3). Huius ergo hominis longinqua peregrinatio facta est inter malos, Et tanquam diceretur illi, Cum quibus ergo habitas, ut gemas? *Peregrinatio,* inquit, *mea longinqua facta est.* Sed quid, si cum bonis esset? Si cum bonis esset; non diceret, *Heu me!* Heu, vox est miseriae, vox est calamitatis et infelicitatis; sed tamen in spe, quia iam vel gemere didicit, Multi enim et miseri sunt, et non gemunt, et peregrinantur, et redire nolunt. Iste iam volens redire, cognoscit infelicitatem peregrinationis suae: quia agnovit illam, redit; et ascendere incipit, quia Canticum graduum coepit cantare. Ubi ergo gemit,

porque comenzó a cantar el cántico de grados. ¿En dónde gime y entre quiénes habita? *Habité en las tiendas de Cedar.* Sin duda, no entendisteis esta palabra, puesto que es hebrea. ¿Qué quiere decir: *Habité en las tiendas de Cedar?* Cedar, según recuerdo, significa, conforme la traducción de los nombres hebreos, *tinieblas.* Traducida la palabra *Cedar* al latín, se dice *tenebrae.* Sabéis que Abrahán tuvo dos hijos, a los cuales nombra el Apóstol, y dice de ellos que son la imagen de los dos Testamentos. Uno le tuvo de la esclava, y el otro de la libre. De la esclava, a Ismael; de la libre, Sara, a Isaac, a quien recibió por la fe, fuera de toda esperanza humana. Los dos fueron de la estirpe de Abrahán. De Abrahán nació uno; sin embargo, no heredó; el otro fue heredero; no sólo hijo, sino también heredero. En Ismael se hallan todos los que carnalmente adoran a Dios. A éstos pertenece el Viejo Testamento, porque el Apóstol dijo así: *Los que queréis estar bajo la ley, ¿no oísteis la ley? Pues está escrito que Abrahán tuvo dos hijos: uno de la esclava y otro de la libre. Esto se consigna alegóricamente, porque son dos Testamentos.* ¿Cuáles son estos dos Testamentos? El uno, el Viejo; el otro, el Nuevo. El Nuevo y el Viejo Testamento fueron establecidos por Dios, como Ismael e Isaac proceden de Abrahán; pero Ismael perteneciendo al reino terreno, e Isaac al celeste. Por eso el Viejo Testamento contiene promesas terrenas: Jerusalén, Palestina, reino, salud terrena, sometimiento de enemigos, abundancia de hijos y de frutos. Todas estas cosas son promesas terrenas. Simbólicamente, se entienden espiritualmente; de modo que la Jerusalén terrena era

et inter quos habitat? *Inhabitavi cum tabernaculis Cedar.* Verbum hoc quia hebraeum est, procul dubio non intellexistis. Quid est, *Inhabitavi cum tabernaculis Cedar?* Cedar, quantum meminimus ex interpretatione nominum hebraeorum. Tenebras significat. Interpretatum Cedar latine, Tenebrae dicuntur. Nostis autem duos filios habuisse Abraham, quos quidem commemorat Apostolus, et ad imaginem duorum testamentorum esse dicit: unus de ancilla erat, et alter de libera. Ex ancilla, Ismael erat; de libera Sara, quem suscepit ex desperatione per fidem, Isaac erat. Uterque ex semine Abrahae, sed non uterque haeres Abrahae. De Abraham natus unus, sed tamen non haereditat: alter etiam haeres; non solum filius, sed et haeres. In Ismael sunt omnes qui carnaliter colunt Deum. Ad ipsos enim et vetus testamentum pertinet: quia sic dixit Apostolus, *Sub Lege volentes esse, Legem non audistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera; quae sunt in allegoria. Haec enim sunt duo testamenta.* Quae sunt duo testamenta? Unum vetus, et alterum novum. Vetus testamentum a Deo, et novum testamentum a Deo; quomodo de Abraham et Ismael et Isaac. Sed Ismael ad terrenum, Isaac ad caeleste regnum. Ideo vetus testamentum promissiones habet terrenas, terrenam Ierusalem, terrenam Palaestinam, regnum terrenum, salutem terrenam, hostium subiugationem, abundantiam filiorum, fecunditatem frugum. Omnia ista promissiones sunt

sombra del reino celeste, y el reino terreno, del reino de los cielos. Ismael aparece como sombra, Isaac como luz. Luego, si Ismael aparece como sombra, no es de admirar que en él haya tinieblas. Las tinieblas son cosa más densa que la sombra. Luego Ismael aparece como tinieblas, Isaac como luz. Todos los que aquí, estando en la Iglesia, recaban de Dios la felicidad terrena, pertenecen aún a Ismael. Estos son los que se oponen a los espirituales que aprovechan, los que los desacreditan y tienen labios inicuos y lenguas engañosas. Contra ellos rogó este que sube, al cual le fueron dados carbones devastadores y saetas agudas de valiente. Entre ellos vive aún hasta que toda la era sea bieldada; por eso dijo: *Moré entre las tiendas de Cedar,* pues las mismas tiendas de Ismael se llamaron de Cedar. Así lo dice el Génesis, pues consigna que Cedar es hijo de Ismael. Luego Isaac vive con Ismael; es decir, los que pertenecen a Isaac viven entre aquellos que pertenecen a Ismael. Estos quieren subir hacia arriba, aquéllos deprimir hacia el abismo; éstos quieren volar hacia Dios, aquéllos intentan cortar las alas. Pues el Apóstol dice: *Como entonces el que nació según la carne perseguía al nacido conforme el espíritu, así también sucede ahora.* Los espirituales padecen persecución de los carnales. Pero ¿qué dice la Escritura? *Echa fuera a la esclava y a su hijo, pues no será heredero el hijo de la esclava como mi hijo Isaac.* Pero lo que dice: *echa fuera,* ¿cuándo acontecerá? Cuando la era comience a ser bieldada. Ahora, antes de ser echado fuera. *¡Ay de mí, que se prolongó mi morada en tierra ajena! Habité*

terrenae. In figura spiritualiter intelliguntur, quomodo Ierusalem terrena umbra erat regni caelestis, et regnum terrenum umbra erat regni caelorum. Ismael in umbra, Isaac in luce. Si ergo Ismael in umbra, non mirum quia ibi tenebrae. Pinguiores etenim umbrae tenebrae sunt. Ergo Ismael in tenebris, Isaac in luce. Quicumque hic etiam in Ecclesia terrenam felicitatem quaerunt a Deo, adhuc ad Ismael pertinent. Ipsi sunt qui contradicunt spiritualibus proficientibus, et detrahunt illis, et habent labia iniqua et linguas subdolas. Contra quos rogavit iste ascendens, et appositi sunt ei carbones desolatorii, et sagittae potentis acutae. Inter illos enim adhuc vivit, donec tota area ventiletur: ideo dixit, *Inhabitavi cum tabernaculis Cedar.* Nam et ipsa tabernacula Ismael, Cedar dicta sunt. Sic habet liber Geneseos; sic habet quod Cedar ad Ismael pertinet (Gen 25,13). Ergo Isaac cum Ismael; id est, qui pertinent ad Isaac, inter illos vivunt, qui pertinent ad Ismael. Isti sursum volunt ascendere, illi deorsum volunt premere: isti volunt volare ad Deum, illi conantur pennas evellere. Namque apud Apostolum ita dicitur: *Sed sicut tunc, qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui secundum spiritum; ita et nunc.* Spirituales ergo persecutionem patiuntur a carnalibus. Sed quid dicit Scriptura? *Eiice ancillam et filium eius; nom enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac* (ib. 16,15; et 21, 2.3.10; Gal 4,21-30). Sed hoc quod dicit, *Eiice,* quando erit? Quando area coeperit ventilari. Modo autem antequam eiiciatur, *Heu me, quod*

entre las tiendas de Cedar. También nos declara quiénes son los que pertenecen a las tiendas de Cedar.

8 [v.6]. *Mucho tiempo peregrinó mi alma.* Para que no entendiese que se trataba de la peregrinación corporal, dijo que peregrinó el alma. El cuerpo peregrina por lugares, el alma por afectos. Si amas la tierra, te alejas de Dios peregrinando; si amas a Dios, subes a Dios. Nos ejercitemos en el amor de Dios y del prójimo para que volvamos al amor. Si caemos en la tierra, nos marchitamos y pudrimos. Sin embargo, este que cayó bajó hacia El para subir. Teniendo en cuenta el tiempo de su peregrinación, dijo que peregrinó entre las tiendas de Cedar. ¿Por qué? Porque *mucho tiempo peregrinó mi alma.* Peregrina aquí, sube allí. No peregrina corporalmente, tampoco sube con el cuerpo. ¿En dónde sube? *Las subidas*—dice—*(son) en el corazón.* Luego, si sólo asciende por subidas del corazón el alma que peregrina, sube en el corazón. Pero hasta que llegue, ¿en dónde habitó *mi alma, que peregrinó mucho tiempo? En las tiendas de Cedar.*

9 [v.7]. *Con los que odiaron la paz fui pacífico.* Para que oigáis la verdad, os diré, carísimos hermanos, que no podréis probar la verdad que cantáis si no comenzáis a hacer lo que cantáis. Por más elocuentísimamente que lo diga, de cualquier manera que lo exponga, con cualesquiera palabras que lo trate, diré que no penetra en el corazón de aquel que no obra con ella. Comenzad a obrar y entenderéis lo que hablo. Entonces a cada palabra brotan las lágrimas, entonces en realidad se canta el salmo y ejecuta el corazón lo que se canta. ¡Cuántos gritan con la boca

incolatus meus longinquus factus est! inhabitavi cum tabernaculis Cedar. Et exponit nobis, qui sunt isti qui pertinent ad tabernacula Cedar.

8 [v.6]. *Multum peregrinata est anima mea.* Ne peregrinationem corporalem intelligeres, animam dixit peregrinari. Corpus peregrinatur locis, anima peregrinatur affectibus. Si amaveris terram, peregrinaris a Deo: si amaveris Deum, ascendis ad Deum. In charitate Dei et proximi exerceamur, ut redeamus ad charitatem. Si cadamus in terram, marcescimus et putrescimus. Iste autem qui ceciderat, descensum est ad eum, ut ascenderet. Intendens tempus peregrinationis suae, dixit se peregrinari in tabernaculis Cedar. Quare? Quia *multum peregrinata est anima mea.* Ibi peregrinatur, ubi ascendit. Non corpore peregrinatur, non corpore ascendit. Sed ubi ascendit? *Ascensiones,* inquit, *in corde.* Si ergo ascendit in corde, non ascendit per ascensiones cordis nisi anima quae peregrinatur. Sed donec perveniat, *multum peregrinata est anima mea.* Ubi? *In tabernaculis Cedar.*

9 [v.7]. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Verum ut audiatis, fratres charissimi, non poteritis probare quam vera cantetis, nisi coeperitis facere quod cantatis. Quantumlibet illud dicam, quomodolibet exponam, qualibuscumque verbis versem, non intrat in cor eius in quo non est opus eius. Incipite agere, et videte quid loquamur. Tunc ad singula verba lacrymae profluunt, tunc Psalmus cantatur, et facit

y son mudos de corazón! Y, por el contrario, ¡cuántos enmudecen en los labios y claman con el afecto! El oído de Dios se inclina al corazón del hombre; pues bien, así como el oído corporal se inclina a la boca del hombre, así el corazón del hombre se inclina al oído de Dios. Muchos, teniendo cerrada la boca, son oídos, y muchos, a pesar de sus gritos estentóreos, no lo son. Debemos orar con los afectos y decir: *Mi alma habitó por mucho tiempo en tierra ajena; con los que me odiaron fui pacífico.* ¿Qué otra cosa decimos a estos herejes si no es: "Reconoced la paz, amad la paz? Os llamáis justos; si fueseis justos, como granos gemiríais entre paja." Como son granos los que se encuentran en la Católica, y verdaderos granos, por eso toleran la paja hasta que se bielde la parva; y así claman entre la paja: *¡Ay de mí, que se prolongó mi morada en tierra ajena! Habité en las tiendas de Cedar.* Moré, dice, con las pajas. Pero como de la paja se levanta mucho humo, así tinieblas de Cedar. *Habité entre las tiendas de Cedar; mi alma peregrinó por mucho tiempo.* Esta es la voz del grano que gime entre la paja. Esto contamos a los que odiaron la paz y les decimos: *Con los que odiaron la paz fui pacífico.* ¿Quiénes son los que odiaron la paz? Los que rasgaron la unidad. Si no hubieran odiado la paz, hubieran permanecido en la unidad. Pero ved que se apartaron para ser justos, para no hallarse mezclados con los inicuos. Esta voz del salmo, o es nuestra o es de ellos. Elige de quién es. La Católica dice: "No debe romperse la unidad, no debe quebrarse la Iglesia de Dios. Dios juzgará más tarde a los malos y a los buenos. Si ahora no pueden

cor quod in Psalmo cantatur. Quam multi enim sonant voce, et corde muti sunt? Et quam multi tacent labiis, et clamant affectu? Quia ad cor hominis aures Dei: sicut aures corporis ad os hominis, sic cor hominis ad aures Dei. Multi clauso ore exaudiuntur, et multi in magnis clamoribus non exaudiuntur. Affectibus orare debemus, et dicere, *Multum peregrinata est anima mea: cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Quid enim aliud dicimus istis haereticis, nisi, Cognoscite pacem, amate pacem? Iustos vos dicitis. Sed si iusti essetis, inter paleam grana gemeretis. Nam quia grana sunt in Catholica, et vera grana sunt; ideo tolerant paleam, donec ventiletur area; quia inter paleam clamant, *Heu me, quod incolatus meus loginquus factus est! inhabitavi cum tabernaculis Cedar. Inhabitavi,* inquit, cum paleis. Sed quomodo de palea multus fumus exit, sic de Cedar tenebrae. *Inhabitavi cum tabernaculis Cedar: multum peregrinata est anima mea.* Frumentorum vox est, inter paleas gementium. Haec loquimur illis qui oderunt pacem; et dicimus, *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Qui sunt qui oderunt pacem? Qui conscindunt unitatem. Si enim pacem non odissent, in unitate mansissent. Sed videlicet propterea se separaverunt, ut iusti essent, ut non haberent mixtos iniustos. Aut nostra est ista vox, aut illorum; elige cuius sit. Catholica dicit: Non est dimittenda unitas, non est praecidenda Ecclesia Dei. Iudicabit Deus de malis et bonis postea. Si nunc mali

separarse los malos de los buenos, deben tolerarse temporalmente; los malos pueden hallarse en la era con nosotros, mas no podrán estar con nosotros en el granero. Además, los que hoy aparecen malos, quizás mañana serán buenos, y los que hoy se engríen por ser buenos, mañana se hallará que son malos. Luego todo el que soporta temporalmente a los malos llegará al descanso sempiterno." Este es el sentir católico. El dicho de los que ni entienden lo que dicen ni a quiénes se aplica: *No toques lo inmundo;* y también: *Quien tocare lo inmundo se manchará,* es que nos separemos para no mezclarnos con los malos. Nosotros, por el contrario, les decimos: "Fomentad la paz, amad la unidad." ¿No veis de cuántos buenos os separáis cuando los acusáis como a malos? Cuando decimos estas cosas, se enfurecen, se ensañan, porque intentan aún mortificarnos. Con frecuencia se dejan ver sus insidias y violencias. Luego cuando, viviendo entre sus asechanzas, les decimos: "Amad la paz", y se nos oponen, ¿por ventura no es ésta la voz nuestra: *Con los que odiaron la paz era pacífico? Cuando les hablaba, me combatían sin causa.* ¿Qué significa, hermanos, *me combatían?* Poco era si no hubiera añadido *sin causa.* A quienes decimos: "Amad la paz, amad a Cristo", ¿por ventura les decimos: "Amadnos y honradnos a nosotros"? No, sino: "Honrad a Cristo." Nosotros no queremos ser honrados, sino que lo sea Cristo. ¿Pues qué somos nosotros en comparación del apóstol San Pablo, el cual decía a los párvulos, a quienes los hombres perversos y los malos consejeros pretendían arrancar de la unidad y llevarlos al cisma? ¿Qué les decía? *¿Por ventura Pablo fue crucificado por*

a bonis separari non possunt, ferendi sunt ad tempus: mali in area nobiscum esse possunt, in horreo non possunt. Et forte hodie qui mali apparent, cras boni erunt; et qui de bonitate hodie superbiunt, cras mali invenientur. Quisquis ergo humiliter malos ad tempus fert, ipse perveniet ad requiem sempiternam. Haec vox catholica est. Illorum autem vox qualis est, non intelligentium neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant? (1 Tim 1,7). *Ne tangas immundum* (Is 52,11); et, *Qui tetigerit immundum, inquinabitur* (Lev. 22,5): separemus nos, ne commisceamur malis. Et nos illis: Amate pacem, diligite unitatem. Nescitis a quam multis bonis separamini, dum quasi malis calumniamini? Furunt, saeviunt, quando ista dicimus: nam quaerunt et mortificare nos. Apparuerunt saepe impetus eorum, apparuerunt insidiae. Cum ergo inter insidias illorum vivimus, et quibus dicimus, Amate pacem, adversantur nobis; nonne vox ista nostra est, *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus? Cum loquerer illis, debellabant me gratis.* Quid est autem, fratres, *debellabant me?* Et parum erat, si non adderet, *gratis.* Quibus dicimus, Amate pacem, Christum amate: numquid dicimus, Amate et honorate nos? Sed, Honorate Christum. Nos nolumus honorari, sed illum. Nam nos quid sumus ad apostolum Paulum? Qui tamen dicebat illis parvulis, quos mali homines et mali suasores praecidere ab unitate in schismata volebant; quid eis dicebat ille? *Numquid Paulus pro vobis*

vosotros, o fuisteis bautizados en nombre de Pablo? Esto también lo decimos nosotros: "Amad la paz, amad a Cristo", ya que, si aman la paz, aman a Cristo. Cuando decimos: "Amad la paz", decimos: "Amad a Cristo." ¿Por qué? Porque de Cristo dice el Apóstol: *El es nuestra paz, e hizo de ambas cosas* (del pueblo judío y del gentil) *una.* Luego si Cristo es paz, porque hizo de ambas cosas una, ¿por qué vosotros hicisteis de una dos? ¿Cómo sois pacíficos, siendo así que Cristo hace de dos uno, y vosotros de uno hacéis dos? Nosotros, porque decimos: *Con los que odiaron la paz somos pacíficos,* fuimos combatidos sin causa por los que odiaron la paz al hablarles de este modo.

SALMO 120

[SEGURIDAD DEL PROTEGIDO POR DIOS]

SERMÓN

1. Este salmo es el segundo de aquellos que se titulan *Cántico de grado o gradual.* Los más de ellos, como ya lo oísteis en la exposición del primero, declaran nuestra subida, la cual se lleva a cabo en el corazón hacia Dios desde el valle de lágrimas, es decir, desde el abatimiento de la tribulación, pues la subida no puede sernos útil si no es partiendo de la humildad. Recordemos que ha de subirse desde el valle—el valle terreno es una depresión; pues así como los lugares altos de la tierra son montes y collados, así el valle es un lugar bajo—, para que no suceda que,

crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? (1 Cor 1,13). Hoc et nos dicimus: Amate pacem, amate Christum. Si enim amant pacem, Christum amant. Cum ergo dicimus, Amate pacem; hoc dicimus, Amate Christum. Quare? Quia de Christo ait Apostolus, *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum* (Eph 2,14). Si ergo Christus ideo pax, quia *fecit utraque unum,* quare vos de uno fecistis duo? Quomodo ergo pacifici estis, ut cum Christus faciat unum de duobus, vos faciatis de uno duo? Sed quia haec dicimus, cum his qui oderunt pacem sumus pacifici; et tamen illi qui oderunt pacem, cum loqueremur eis, debellabant nos gratis.

PSALMUS 120

SERMO

1. Secundus est iste psalmus eorum quorum titulus est, *Canticum graduum.* Plures enim sunt significantes, ut iam in primo eorum audistis, ascensum nostrum, qui fit in corde ad Deum, a convalle plorationis, id est, ab humilitate contribulationis. Ascensus enim utilis nobis non potest esse, nisi primo humiliati, a convalle nobis ascendendum esse meminerimus (convallis enim terrae locus est depressus; sicut loca terrae alta montes et colles, ita convallis locus humilis); ne dum praepropere et praepostere quaerimus exaltari, non ascendamus, sed ruamus. Docuit

mientras intentamos ser exaltados intempestivamente y demasiado de prisa, no subamos, sino que caigamos. El mismo Señor nos enseña que ha de subirse desde el valle del llanto al dignarse padecer por nosotros y humillarse hasta la misma muerte de cruz. No despreciemos este ejemplo; los mártires comprendieron muy bien este valle de lágrimas. ¿Por qué lo conocieron? ¿Por qué? Porque subieron del valle de lágrimas a ser coronados.

2. Este salmo, cántico de grado, conviene al día de hoy, pues de ellos (de los mártires) se dijo: *Iban caminando y lloraban al arrojar sus semillas.* Este es el valle de lágrimas en donde se arroja la semilla por los que lloran. ¿Qué semilla? Las buenas obras en esta tribulación terrena. El que obra bien en el valle de lágrimas es semejante al hombre que siembra durante el invierno. ¿Acaso se abstiene de sembrar por el frío? De igual modo, no debemos abstenernos nosotros de la buena obra por causa de las tribulaciones del mundo, porque oíd lo siguiente: *Iban andando y lloraban al arrojar su semilla.* Demasiado desdichados serían si siempre llorasen, miserables en extremo si jamás se viesen libres de lágrimas. Pero oye lo que sigue: *Mas al volver vendrán con regocijo, trayendo sus frutos.*

3. Estos cánticos, hermanos carísimos, únicamente nos enseñan a subir; pero a subir en el corazón, en el buen afecto, en la fe, la esperanza y la caridad; en el deseo perpetuo de la vida eterna. Así se sube. Nos conviene exponer cómo ha de subirse. ¡Cuántas cosas terribles oyó vuestra caridad al leer el evangelio! Oísteis, sin duda, que *la hora del Señor llegará como ladrón en la*

autem ipse Dominus a convalle plorationis ascendendum, quando pro nobis humiliari usque ad mortem crucis et pati dignatus est. Hoc exemplum non relinquamus: istam convallem plorationis martyres intellexerunt. Unde intellexerunt? unde? Quia et ipsi de convalle plorationis, ut coronarentur, ascenderunt.

2. Congruit et hodierno diei psalmus iste *Canticum graduum:* de illis enim dictum est, *Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua.* Haec est convallis plorationis, ubi a flentibus mittuntur semina. Quae sunt autem semina? Bona opera in ista tribulatione terrena. Qui bene operatur in convalle plorationis, similis est homini seminanti per hiemem. Numquid frigore ab opere deterretur? Sic pressuris mundi non debemus a bono opere deterreri; quia vides quid sequitur: *Euntes,* inquit, *ibant et flebant, mittentes semina sua.* Valde miseri, si semper flebant; valde miseri, si numquam de lacrymis liberandi. Sed vide quid sequitur: *Venientes autem venient in exsultatione, portantes germina sua* (Ps 125,6).

3. Nihil aliud istis canticis docemur, fratres, quam ascendere; sed ascendere in corde, in affectu bono, in fide, spe et charitate, in desiderio perpetuitatis et vitae aeternae. Sic ascenditur. Congruit nos dicere quomodo ascendendum sit. Quanta terribiliora lecta de Evangelio audivit Charitas vestra! Videtis certe *quia hora Domini, sicut fur in nocte, ita*

noche. Si supiera el amo de casa—dice el Señor—*a qué hora ha de venir el ladrón, en verdad os digo que no le permitiría horadar su pared.* Ahora decís: "¿Quién sabe cuándo ha de venir, puesto que vendrá como ladrón?" Ignoras a qué hora ha de venir; vigila siempre, para que, si no sabes cuándo ha de venir, te encuentre preparado cuando venga. Quizás ignoras cuándo ha de venir para que siempre estés preparado. Al amo de casa le cogerá de sorpresa la hora; por el amo de casa se simbolizó al soberbio. No quieras ser amo de casa, y no te sobrevendrá de repente aquella hora. "¿Qué seré entonces?", dices. Lo que oíste en el salmo: *Yo soy pobre y atribulado.* Si eres pobre y atribulado, no serás amo de casa a quien sorprenda la hora de improviso. Amos de casa son los que, presumiendo de sus propias codicias y enfangándose en los deleites del mundo, se engríen y se levantan contra los humildes e injurian a los santos, que conocen la senda estrecha, que conduce a la vida. A estos soberbios les sobrevendrá de repente aquella hora, porque así eran los que vivían en los días de Noé, de los cuales oísteis que se habló en el Evangelio cuando dijo: *Así será la venida del Hijo del hombre, como en los días de Noé. En ellos comían, bebían, se casaban los hombres y las mujeres; plantaban, edificaban, hasta que entró Noé en el arca, y vino el diluvio y acabó con todos.* Luego entonces, ¿qué? ¿Perecerán todos los que ejecutan esto? No, sino los que presumen de estas cosas, los que anteponen estas cosas a Dios, los que están preparados al instante a ofender a Dios por ellas. Por el contrario, los que o no usan de todas estas cosas

veniet. Si sciret, inquit, *paterfamilias qua hora fur veniret, amen dico vobis, quia non pateretur perfodi parietem suum.* Dicitis modo: Quis ergo novit qua hora veniet, quia hora sicut fur erit? Nescis qua hora veniat, semper vigila; ut quia nescis quando veniat, paratum te inveniat, cum venerit. Et ad hoc forte nescis quando venturus est, ut semper paratus sis. Illum enim patremfamilias subito occupabit hora illa, qui paterfamilias, superbus significatus est. Noli velle esse paterfamilias, et non te subito illa hora occupabit. Et quid ero, inquis? Qualem audisti de psalmo, *Pauper et dolens ego sum* (Ps 68,30). Si enim pauper et dolens eris, non eris paterfamilias, quem illa hora subito inveniet, et subito premet. Patresfamilias enim sunt illi qui praesumentes de cupiditatibus suis, et in deliciis huius saeculi diffluentes, tument; et eriguntur adversus humiles, et insultant sanctis intelligentibus angustam viam, quae ducit ad vitam (Mt 7,14). Talibus enim veniet illa hora subito; quia tales erant et in diebus Noe, quorum dierum commemorationem audistis factam in Evangelio. *Sic erit adventus Filii hominis,* inquit, *quomodo in diebus Noe. Manducabant, bibebant, nubebant, uxores ducebant, novellabant, aedificabant, donec introiit Noe in arcam; et venit diluvium, et perdidit omnes* (ib. 24,37-44; et Lc 17,26 et 27). Quid ergo? omnes peribunt qui ista faciunt, qui nubunt, qui uxores ducunt, qui novellant, qui aedificant? Non: sed qui de his praesumunt, sed qui ista Deo

o usan de ellas como si no usasen, los que presumen más de Aquel que las dio que de aquellos a quienes se las concedió, los que ven en ellas consuelo y misericordia y no se preocupan de los dones para no alejarse del donante, siendo tales, no les sobrevendrá aquella hora como ladrón, hallándolos desapercibidos. A éstos dijo el Apóstol: *Vosotros no estáis en tinieblas, para que el día aquel se apodere de vosotros como ladrón, pues todos vosotros sois hijos de la luz e hijos del día.* Por esto, al decir el Señor que debía temerse aquella hora como a ladrón, mencionó la noche; y el Apóstol dice que *la hora del Señor vendrá como ladrón en la noche.* ¿No quieres que te sorprenda? No estés en la noche. ¿Qué quiere decir "no estés en la noche"? *Sois hijos de la luz e hijos del día; no lo somos de la noche y las tinieblas.* ¿Quiénes son los hijos de la noche y las tinieblas? Los inicuos, los impíos, los infieles.

4 [v.1]. Pero oigan también antes de que llegue la hora y dígales el Apóstol: *En algún tiempo fuisteis tinieblas, pero ahora sois luz en el Señor.* Luego vigilen, según dice este salmo. Ya fueron iluminados los montes. ¿Por qué duermen aún? Eleven *sus ojos a los montes de donde les vendrá el auxilio.* ¿Qué significa *ya fueron iluminados los montes?* Ya nació el sol de justicia, ya fue predicado el Evangelio por los apóstoles, ya fueron anunciadas las Escrituras, se profetizaron los sacramentos, se rasgó el velo y se dejó ver el secreto del templo; luego eleven ya los ojos a los montes de donde les vendrá el auxilio; esto manda este salmo, segundo de los que se intitulan *Cántico*

praeferunt, sed qui propter haec offendere Deum cito parati sunt. At vero qui istis omnibus aut non utuntur, aut utuntur tanquam non utentes, plus praesumentes de illo qui dedit, quam de his quae data sunt, et intelligentes in his eius consolationem et misericordiam, et non occupati donis, ne a donatore ruant; qui tales sunt, non illos inveniet imparatos hora illa sicut fur. Talibus dixit Apostolus: *Vos autem non estis in tenebris, ut dies ille vos tanquam fur comprehendat; omnes enim vos filii lucis estis, et filii diei.* Ideo Dominus cum diceret timendam esse horam sicut furem, noctem posuit; et Apostolus ita ait, *Quia hora Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Non vis ut te inveniat? Noli esse in nocte. Quid est, Noli esse in nocte? *Filii lucis estis et filii diei; non sumus noctis neque tenebrarum* (1 Thes 5,2-5). Qui sunt filii noctis et tenebrarum? Iniqui, impii, infideles.

4 [v.1]. Sed et ipsi audiant antequam veniat hora, et dicat illis Apostolus, *Fuistis aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino* (Eph 5,8). Sicut iste psalmus habet, evigilent. Iam illuminati sunt montes, quid adhuc dormiunt? Levent *oculos suos in montes, unde veniet auxilium illis.* Quid est, Iam illuminati sunt montes? Iam ortus est sol iustitiae, iam ab Apostolis praedicatum est Evangelium, praedicatae sunt Scripturae, patuerunt omnia sacramenta, conscissum est velum (Mt 27,51), patuit secretum templi: iam tandem levent oculos in montes, unde

gradual. Pero no presuman demasiado de los montes, porque ellos no lucen por sí mismos, sino por Aquel de quien se dijo: *Era la luz verdadera que ilumina a todo hombre que viene a este mundo.* Por montes pueden entenderse los hombres grandes, los hombres excelsos. ¿Y quién mayor que Juan Bautista? ¡Qué gran monte era él, del cual dijo el mismo Señor: *Entre los nacidos de mujer, ninguno se levantó mayor que Juan Bautista!* Ves, sin duda, lucir a este gran monte: óyele confesar. ¿Qué confiesa? *Todos nosotros hemos recibido de su plenitud.* De la plenitud de Aquel de quien recibieron los montes te proviene el auxilio; no de los montes, a los que, sin embargo, si no elevas los ojos teniendo en cuenta la Escritura, no serías acercado para ser iluminado.

5 [v.3]. Luego canta lo que sigue. Si quieres oír, para que coloques firmemente los pies en los peldaños, no suceda que o te fatigues en la subida o resbalando caigas, di lo que sigue: *No permitas que resbale mi pie.* ¿Cómo resbalan los pies? Como resbalaron los de aquel que estaba en el paraíso. Ve primeramente cómo resbaló el pie de aquel que se hallaba entre los ángeles y cómo, habiendo resbalado, cayó, y de ángel se hizo diablo. Habiendo resbalado el pie, cayó. Indaga por qué cayó. Por la soberbia. Luego solamente la soberbia hace resbalar el pie; para la caída, sólo la soberbia mueve el pie. Para andar, para adelantar, para subir, lo mueve la caridad; para caer, sólo la soberbia. Por lo mismo, ¿qué dice también éste en otro salmo? *Los hijos de los hombres esperarán bajo la sombra de tus alas.* Si están bajo la

veniet auxilium illis. Hoc enim praecipit iste psalmus, secundus de his qui inscribuntur *Canticum graduum.* Sed non rursus praesumant de montibus; quia ipsi montes non a se lucent, sed ab illo lucent de quo dictum est, *Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* (Io 1,9). Montes possunt intelligi, homines magni, homines clari. Et quis maior Ioanne Baptista? Qualis ille mons erat, de quo Dominus ipse dicit, *In natis mulierum nemo exsurrexit maior Ioanne Baptista?* (Mt 11,11). Vides certe istum magnum montem lucentem; audi confitentem. Quid confitentem? *Nos omnes,* inquit, *de plenitudine eius accepimus* (Io 1,16). De cuius ergo plenitudine acceperunt montes, ab illo este tibi auxilium, non a montibus; in quos tamen nisi levaveris oculos per Scripturas, non admoveberis; ut ab illo illumineris.

5 [v.3]). Canta ergo quod sequitur: si vis audire ut firmissime ponas pedes in gradibus, ne in illa ascensione aut fatigeris, aut lapsus cadas, dic quod sequitur, *Ne des ad movendum pedem meum.* Unde moventur pedes? Unde motus est pes illi qui erat in paradiso. Sed prius attende unde motus est illi qui erat inter Angelos, et moto pede cecidit, et de angelo factus est diabolus: moto enim pede cecidit. Quaere unde cecidit: superbia cecidit. Non ergo movet pedem nisi superbia: ad ruinam non movet pedem, nisi superbia. Ad ambulandum et proficiendum et ascendendum charitas movet; ad cadendum superbia movet. Ideo et ille quid dicit in psalmo? *Filii autem hominum sub tegmine*

sombra, son siempre humildes, siempre esperan en Dios, jamás presumen de sí. *Esperarán bajo la sombra de tus alas:* no se saciarán de sí para ser bienaventurados. Pero ¿qué sigue? *Se saciarán con la abundancia de tu casa y los abrevarás del torrente de tus delicias.* Ve a los sedientos, ve a los saciados. He aquí que sienten sed, he aquí que beben; pero no beben de sí, no son fuentes para sí. ¿De dónde beben? *Bajo la sombra de tus alas esperarán.* Si bajo la sombra, son humildes. ¿Por qué? *Porque en ti*—dice—*está la fuente de vida.* Luego los montes no se riegan por sí mismos, como tampoco se iluminan por sí mismos. Pues oye lo que sigue: *En tu luz veremos la luz.* Luego si veremos la luz en su luz, ¿quién cae de la luz sino aquel para quien El no es luz? El que quiere ser luz de sí mismo, cae de la luz por la que es iluminado. Por tanto, conociendo que no caerá sino aquel que quiere ser luz para sí, siendo como es por sí mismo tinieblas, al instante añade: *No se acerque a mí el pie de la soberbia, y la mano de los pecadores no me conmueva;* es decir, no me atraiga la imitación de los pecadores de suerte que me separe de ti. ¿Por qué temiste y dijiste: *No se acerque a mí el pie de la soberbia?* Prosiguiendo, lo explica: *Allí cayeron todos los que obran iniquidad.* A los que ahora ves obrar la iniquidad, ya están condenados; pero para ser condenados cayeron cuando se acercó a ellos el pie de la soberbia. Luego, oyendo éste rectamente, dice a Dios para subir y no caer, para adelantar desde el valle de lágrimas y no decaer con la hinchazón de la soberbia: *No permitas que resbale mi pie;* y Dios le responde: *Ni dormite el que te guarda.*

alarum tuarum sperabunt. Si sub tegmine, semper humiles, semper de Deo sperantes, semper de se non praesumentes. *Sub tegmine alarum tuarum sperabunt:* non enim a se satiantur ut beati sint. Sed quid sequitur? *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente deliciarum tuarum potabis eos.* Ecce sitientes, ecce inebriati, ecce sitiunt, ecce bibunt: sed non a se bibunt, nec ipsi sibi sunt fons. Sed unde bibunt? *Sub tegmine alarum tuarum sperabunt.* Si sub alis, humiles sunt. Quare? *Quia apud te,* inquit, *fons vitae.* Non ergo a se irrigantur montes, sicut a se non illuminantur montes. Nam vide quid sequitur: *In lumine tuo videbimus lumen.* Si ergo in lumine ipsius videbimus lumen, quis cadit a lumine, nisi cui ipse non est lumen? Et qui voluerit sibi esse lumen, ipse cadit a lumine quo illuminatur. Ideo sciens non cadere nisi eum qui sibi vult lucere, cum sit per se tenebrae; statim subiecit, *Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatorum non moveat me:* id est, imitatio peccatorum non moveat me, ut cadam a te. Quare timuisti, et dixisti, *Non veniat mihi pes superbiae?* Sequitur, *Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem* (Ps 35,8-13). Quos modo vides operari iniquitatem, iam damnati sunt: sed ut damnarentur, ibi ceciderunt, cum illis venit pes superbiae. Recte ergo iste audiens ut ascendat et non cadat, ut a convalle plorationis proficiat, non in tumore superbiae deficiat, ait Deo: *Ne des ad movendum pedem meum.* Et Deus illi: *Neque dormitet*

Atienda vuestra caridad. De ambos versillos se hizo como una sola sentencia. El hombre dijo subiendo y cantando el cántico de ascensión: *No permitas que resbale mi pie;* y Dios, como si le contestase a lo que pide, le responde: "¿Me dices: 'No permitas que resbale mi pie'?; añade tú: *Ni dormite el que te guarda,* y no resbalará tu pie."

6 [v.4]. Pero él dirá: "Por ventura está en mi poder que no se adormezca el que me guarda? Yo quiero que no duerma ni dormite." Luego elígete a Aquel que no duerme ni dormita, y no resbalará tu pie. Dios jamás duerme. Si quieres tener un guardián que no duerma, elige a Dios por guardián. Tú dices: *No permitas que resbale mi pie;* muy bien, óptimamente; pero El te dice: *Ni se adormezca el que te guarda.* Quizás pensarás en los hombres guardianes y dirás: "¿A quién he de encontrar que no dormite? ¿Qué hombre no dormirá? ¿A quién encuentro tal? ¿A dónde iré? ¿Adónde me volveré? Este te dice: *Ve que no dormitará ni dormirá el que guarda a Israel.* ¿Quieres tener un guardián que no dormita ni duerme? *Ve que no dormitará ni dormirá el que guarda a Israel.* Cristo custodia a Israel. ¿Qué significa *Israel? El que ve a Dios.* ¿Cómo se ve a Dios? Primero por la fe, después por la visión a las claras. Si aún no puedes verle por la visión real, vele por la fe. Si no puedes ver su rostro, porque todo es visión, ve sus espaldas. Esto dijo el Señor a Moisés: *No puedes ver mi rostro; verás mis espaldas cuando pase.* Quizás esperas a que pase; ya pasó; ve tú sus espaldas. ¿Cuándo pasó? Oye a Juan: *Habiendo llegado la hora de pasar*

qui custodit te. Intendat Charitas vestra. Quasi una sententia facta est ex duabus vocibus. Homo dixit ascendens et cantans Canticum graduum, *Ne des ad movendum pedem meum:* et Deus tanquam diceret, *Ne des ad movendum pedem meum,* dicis mihi; adde, *Neque dormitet qui custodit te,* et non movebitur pes tuus.

6 [v.4]. Dixerit autem ille: Numquid in potestate mea est ut non dormitet qui custodit me? Volo ut non dormiat, neque dormitet. Ergo illum tibi elige, qui non dormiet, neque dormitabit, et non movebitur pes tuus. Deus nunquam est dormiens: si vis habere custodem non dormientem, Deum elige custodem. *Ne des ad movendum pedem meum,* dicis tu; bene, optime: sed et ille dicit tibi, *Neque dormitet qui custodit te.* Tu forte conversurus te eras ad homines custodes, et dicturus: Quem sum inventurus non dormientem? quis homo non dormitabit? quem invenio? quo ibo? quo revertar? Iste tibi ostendit: *Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel.* Vis habere ergo custodem non dormientem neque dormitantem? *Ecce non dormiet, neque dormitabit, qui custodit Israel:* Christus enim custodit Israel. Esto ergo Israel. Quid est, Israel? Israel interpretatur Videns Deum. Et quo modo videtur Deus? Primo per fidem, postea per speciem. Si per speciem nondum potes, per fidem vide. Si faciem eius videre non potes, quoniam ibi species; posteriora eius vide. Hoc dictum est Moysi

de este mundo al Padre... Nuestro Señor Jesucristo ya celebró la *pascua* (ya hizo el tránsito), pues *pascha,* pascua, se traduce por "tránsito". Esta palabra es hebrea; sin embargo, piensan los hombres que es griega y que significa "pasión"; pero no es así. Por los estudiosos y doctos se demostró que la palabra *pascha,* pascua, es hebrea, y no la tradujeron por "pasión", sino por "tránsito" o "paso". El Señor pasó, por la pasión, de la muerte a la vida, y se hizo camino a los creyentes en su resurrección para que nosotros pasemos igualmente de la muerte a la vida. No es cosa grande creer que Cristo murió. Esto también lo creen los paganos, los judíos y todos los perversos. Todos creen que Cristo murió. La fe de los cristianos consiste en creer en la resurrección de Cristo. Tenemos por grande creer que Cristo resucitó. Entonces quiso El que se le viera, cuando pasó, esto es, cuando resucitó. Entonces quiso que se creyese en El, cuando pasó, porque fue entregado por nuestros pecados y resucitó por nuestra justificación. El Apóstol recomendó sobremanera esta fe en la resurrección de Cristo cuando dijo: *Si creyeses en tu corazón que Dios resucitó a Cristo de entre los muertos, te salvarás.* No dijo: "Si creyeses que Cristo murió", lo cual también creyeron los paganos, los judíos y todos sus enemigos, sino: *Si creyeses en tu corazón que Dios resucitó a Cristo de entre los muertos, serás salvo.* Cree esto. Esto es ser Israel, esto es ver a Dios; pues, aun cuando ahora veas sus espaldas, llegarás a la visión de su rostro. ¿Qué quiere decir esto? Que verás sus espaldas cuando creas en lo que últi-

a Domino: *Non potes videre faciem meam, posteriora mea videbis, cum transiero* (Ex 33,20.23). Exspectas forte ut transeat: iam transiit; tu vide posteriora ipsius. Ubi transiit? Audi Ioannem; *Cum venisset,* inquit, *hora, ut transiret de mundo ad Patrem* (Io 13,1). Dominus noster Iesus Christus iam fecit Pascha. Pascha autem Transitus interpretatur. Nam verbum est hebraeum: et putant homines graecum esse, quasi Passionem, sed non est. A diligentioribus et a doctioribus inventum est quia Pascha hebraeum verbum est; et non interpretantur passionem, sed transitum. Per passionem enim transiit Dominus a morte ad vitam; et fecit nobis viam credentibus in resurrectionem eius, ut transeamus et nos de morte ad vitam. Non magnum est credere quia mortuus est Christus: hoc et Pagani, et Iudaei, et omnes iniqui credunt. Hoc omnes credunt, quia mortuus est: fides Christianorum, resurrectio Christi est; hoc pro magno habemus, quia credimus eum resurrexisse. Ergo tunc se voluit videri, cum transiret, hoc est, cum resurrexisset. Tunc in se voluit credi, cum transiret; quia traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram (Rom 4,25). Et ipsam fidem in resurrectionem Christi maxime commendavit Apostolus: ait enim, *Si credideris in corde tuo quia Deus eum suscitavit a mortuis, salvus eris* (ib. 10,9). Non dixit, Si credideris quia mortuus est Christus, quod et Pagani, et Iudaei, et omnes inimici eius crediderunt: sed ait, *Si credideris in corde tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.* Hoc credere, hoc est esse

mamente se hizo Cristo por ti, cuando creas en lo que tomó Cristo últimamente. Porque desde el principio, ¿cuál es su rostro? *En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios.* ¿Cuáles son sus espaldas? *Y el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* Luego al creer en lo que por ti se hizo el Verbo y que resucitó en la carne para que no desconfiases de tu carne, te haces Israel. Al ser hecho Israel, no dormitará ni dormirá el que te guarda, porque ya eres Israel, y oíste en el salmo: *Ve que no dormitará ni dormirá el que guarda a Israel.* Cristo durmió, pero resucitó. ¿Pues qué dice El en el salmo? *Yo me dormí y tomé el sueño.* ¿Por ventura permaneció en el sueño? *Me levanté*—dice—, *porque el Señor me amparó.* Luego, si ya resucitó, ya pasó; si ya pasó, ve sus espaldas. ¿Qué significa "ve sus espaldas"? Cree en su resurrección. Mas como dice el Apóstol: *Si fue crucificado debido a la flaqueza, con todo, vive por la virtud de Dios;* y también: *Cristo, que resucitó de entre los muertos, ya no muere, y la muerte ya no se enseñoreará en adelante de El.* Con razón te canta: *Ve que no dormitará ni dormirá el que guarda a Israel.* Quizás indagas aún con sentido carnal: "¿Quién es aquel que no dormitará ni dormirá?" Pues bien, al buscarle entre los hombres, te engañarás; jamás le hallarás. No, no pongas la mirada en hombre alguno; todo hombre duerme y dormitará. ¿Cuándo dormita? Mientras lleva la flaqueza de la carne. ¿Cuándo dormirá? Cuando muera. No te fijes en el

Israel, hoc est videre Deum: quamvis adhuc posteriora eius, tamen cum credideris in posteriora, pervenies ad visionem faciei. Quid est hoc? Cum credideris in id quod posterius pro te factus est Christus; cum credideris in id quod posterius suscepit Christus. Nam in principio facies eius quae est? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Posteriora eius quae sunt? *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (Io 1,1.14). Cum ergo credis in hoc quod pro te factum est Verbum, et resurrexit in carne, ne tu de tua carne desperares, efficeris Israel. Factus autem Israel cum fueris, non dormitabit, neque dormiet, qui custodit te; quia iam Israel es, et audisti in Psalmo, *Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel.* Christus enim ipse dormivit, sed resurrexit. Quid enim ait ipse in psalmo? *Ego dormivi, et somnum cepi.* Numquid remansit in somno? *Exsurrexi,* inquit, *quoniam Dominus suscipiet me* (Ps 3,6). Si ergo iam resurrexit, iam transiit; si iam transiit, vide posteriora eius. Quid est, Vide posteriora eius? Crede in resurrectionem eius. Et quia ait Apostolus, *Et si crucifixus est ex infirmitate, sed vivit in virtute Dei* (2 Cor 13,4); et iterum ait, *Christus surgens a mortuis iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* (Rom 6,9): recte tibi cantat, *Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel.* Adhuc forte quaeris carnali sensu, Quis est, qui *non dormitabit, neque obdormiet?* Et cum quaeris inter homines, falleris; nunquam inventurus es. Noli ergo praesumere de quoquam homine: omnis homo dormit, et dormitabit. Quando dormitat? Cum portat carnem infirmitatis. Quando dormiet? Cum fuerit

hombre. El mortal puede dormitar; el muerto duerme. No busques entre los hombres (al que no duerme).

7 [v.5]. Pero dirás: "Entonces, ¿quién me guardará que no dormite ni duerma?" Oye lo que sigue: *El señor te guardará.* Luego no te guardará el hombre, que dormita y duerme, sino el Señor. ¿Cómo te guardará? *Dominus tegumentum tuum super manus dexterae tuae:* El Señor, que es tu protección, está sobre la mano de tu derecha. Ea, hermanos, entendamos qué quiere decir, ayudándonos El: *El Señor, que está sobre la mano de tu derecha, es tu protección.* Me parece que esto encierra un sentido oculto al no decir sencilla y terminantemente: *El Señor te guardará,* sino que añade *que está sobre la mano de tu derecha.* ¿Pues qué? ¿Dios guarda nuestra derecha y no guarda nuestra izquierda? ¿No nos hizo El íntegramente? ¿Acaso nos hizo El la derecha y no la izquierda? En fin, si le agradó nombrar sólo la derecha, ¿por qué dijo *sobre la mano de tu derecha,* y no *sobre tu derecha?* ¿Por qué dijo esto aquí si no fue para encerrar algo oculto, a fin de que llamando lo encontremos? Pues o diría: *El Señor te guardará,* sin añadir más, o, si quiso añadir la derecha (diría): "El Señor te guardará *super dexteram tuam*", sobre tu derecha; o sin duda, porque añadió *manum,* diría el Señor: "Te guardará *super manum dexteram tuam*", sobre tu mano derecha, y no como dijo: *super manum dexterae tuae,* sobre la mano de tu derecha. Os daré a conocer lo que el Señor se digne sugerirme, pues el que habita en vosotros, sin duda os hará probar que es verdadero lo que digo. Ignoráis lo que yo he de decir; pero,

mortuus. Noli ergo praesumere de homine. Potest dormitare mortalis: dormit moriens. Noli quaerere inter homines.

7 [v.5]. Et quis, inquis, custodiet me, qui non dormitat, neque dormiet? Audi quid sequitur: *Dominus custodiet te.* Non ergo homo dormitans et dormiens, sed Dominus custodit te. Quomodo te custodit? *Dominus tegumentum tuum super manum dexterae tuae.* Eia, fratres, intelligamus adiuvante Domino quid sibi velit, *Dominus tegumentum tuum super manum dexterae tuae.* Videtur enim mihi habere sensum occultum, quare non dixerit, *Dominus custodiet te,* absolute et simpliciter; sed addidit, *super manum dexterae tuae.* Quid enim? dexteram nostram Deus custodit, et sinistram non custodit? Nonne ipse nos totos fecit? nonne qui fecit nobis dexteram, ipse fecit et sinistram? Postremo si placuit dici de dextera sola, quare dixit, *super manum dexterae tuae,* et non iam, super dexteram tuam? Cur hoc diceret, nisi aliquid hic occultum, quo pulsando perveniremus, absconderet? Diceret enim, aut, *Dominus custodiet te,* et nihil adderet; aut, si dexteram addere voluit, Dominus custodiet te super dexteram tuam; aut certe, quia addidit *manum,* hoc diceret, Dominus custodiet te super manum dexteram tuam, non, *super manum dexterae tuae.* Quod Dominus ipse suggerere dignatur, promam vobis; qui et in vobis habitat, sine dubio facit vos approbare verum esse quod dico. Nam quid dicturi sumus ignoratis; sed

cuando lo diga, no os mostraré por mí mismo que es verdad lo que digo, sino que vosotros mismos conoceréis que ello es verdad. ¿Por dónde lo conoceréis? Dándooslo a conocer Aquel que habita en vosotros, en cuanto que sois del número de aquellos de quienes es esta voz: *No permitas que resbale mi pie*, y a quienes se dice: *No dormita el que te guarda.* Conviene que Cristo no duerma en vosotros, y así entenderéis que es verdadero lo que decimos. ¿Por qué dices esto? Porque, si vuestra fe duerme, duerme Cristo en vosotros. Y la fe de Cristo consiste en estar Cristo en vosotros. El Apóstol dice que *Cristo habita en vosotros por la fe.* Cristo vigila en cuanto que no duerme la fe. Si quizás dormía tu fe, y por eso fluctuabas en esta cuestión, eras como la nave que soportaba la tempestad, en la cual dormía Cristo. Despierta a Cristo, y se calmarán las tempestades.

8. Pregunto a vuestra fe, carísimos, puesto que sois hijos de la Iglesia, y en la Iglesia adelantasteis, y adelantaréis los que aún no habéis adelantado, y en la Iglesia debéis seguir adelantando los que ya adelantasteis; os pregunto, pues: ¿Cómo acostumbráis a entender lo que se dijo en el Evangelio: *No sepa tu izquierda lo que hace tu derecha?* Pues, entendiendo esto, conoceréis qué sea la derecha y qué la izquierda, y al mismo tiempo entenderéis que Dios hizo ambas manos, la izquierda y la derecha; y, con todo, no debe saber la izquierda lo que hace la derecha. Se llama izquierda nuestra todo lo que temporalmente tenemos, y derecha nuestra, lo que nos es eterno y el Señor promete inmutablemente.

cum dixerimus, non ab ipsis nobis vobis ostendemus verum esse quod dicimus, sed vos ipsi agnoscetis verum esse quod dicimus. Unde autem agnoscetis, nisi demonstrante illo qui in vobis habitat, in quantum de illo numero estis, quorum vox est, *Ne des ad movendum pedem meum;* et quibus dicitur, *Neque dormitet qui custodit te?* Oportet enim ut Christus non dormiat in vobis, et modo intelligetis verum esse quod dicimus. Quomodo inquies? Quia si dormiat fides vestra, dormit Christus in vobis. Christus enim in corde vestro, fides Christi est. Ait Apostolus: *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris* (Eph 3,17). In quo non dormit fides, vigilat Christus. Et si forte dormiebat fides tua, et ideo in ista quaestione fluctuabas, quasi navis illa quae tempestatem patiebatur, ubi Christus dormiebat; excita Christum, et sedabuntur tempestates (Mt 8,24-26).

8. Fidem ergo vestram interrogo, charissimi: quoniam filii estis Ecclesiae, et in Ecclesia profecistis, et in Ecclesia proficietis qui nondum profecistis, et in Ecclesia proficiendi estis qui iam profecistis, interrogo vos quid soletis intelligere quod dictum est in Evangelio, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua* (Mt 6,3). Hoc enim intellecto invenietis quae sit dextera, et quae sit sinistra: simul intelligetis et utramque partem Deum fecisse, et dexteram et sinistram; et tamen non debet scire sinistra quid faciat dextera. Sinistra nostra dicitur, quidquid temporaliter habemus: dextera nostra dicitur, quidquid nobis aeternum et incommutabile

Pero como el que dará la vida eterna consuela en la vida presente con estas cosas temporales, por lo mismo, El hizo la derecha y la izquierda. El salmo dice por David de algunos que *su boca habló vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad.* Luego halló a algunos a quienes reprende que tenían la verdadera derecha por izquierda y que habían hecho para sí a la verdadera izquierda derecha. A continuación expone quiénes son éstos. Todo el que juzga que la felicidad del hombre se basa únicamente en estos bienes y deleites temporales y en las abundantes riquezas de este mundo, es necio y perverso, puesto que hace para sí a la izquierda su derecha. Tales eran aquellos de quienes habla el salmo. No porque también no hubieran recibido de Dios las cosas temporales que tenían, sino porque creían que ellas solas constituían la vida bienaventurada y no buscaban más. Oíd qué dice de ellos a continuación: *Su boca es vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad;* y prosigue: *Sus hijos son como plantas nuevas, firmemente arraigadas; sus hijas, adornadas como simulacros del templo; sus despensas, abastadas, rebosando de una en otra; sus ovejas, fecundas, que se multiplican en sus salidas; sus bueyes, gordos; no hay ruina ni brecha en su vallado, ni griterío en sus plazas.* Describió la gran felicidad de algunos. Con todo, esta felicidad puede tenerla cualquier justo, como la tuvo el santo Job. Pero Job la consideraba como izquierda, no como derecha, pues como derecha únicamente ante Dios consideraba la perpetua y eterna felicidad. Por esto se concedió que le fuese herida la izquierda, bastándole

Dominus pollicetur. Si autem ille qui dabit aeternam vitam, ipse et de istis temporalibus consolatur praesentem vitam, ipse fecit dexteram et sinistram. Dicit de quibusdam psalmus apud David: *Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis.* Invenit ergo quosdam quos reprehendit, qui dexteram veram pro sinistra habebant, et veram sinistram dexteram sibi fecerant: qui sint isti exponit consequenter. Omnis homo qui felicitatem non putat esse hominis, nisi solum in istis temporalibus facultatibus et deliciis, et affluentia et copia mundi huius, iste est stultus atque perversus, qui sinistram sibi facit dexteram: tales illi erant de quibus dicit psalmus; non quia a Deo non acceperant etiam quae temporaliter possidebant, sed quia ipsam solam putabant esse beatam vitam, et nihil aliud requirebant. Audite enim quid de illis consequenter dicit: «Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis». Et sequitur: «Quorum filii eorum velut novellae constabilitae; filiae eorum ornatae sicut similitudo templi: cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc; oves eorum fecundae, multiplicantes in exitibus suis; boves eorum crassi: non est ruina sepis, nec exitus; neque clamor in plateis eorum». Magnam felicitatem quorumdam descripsit. Posset tamen istam felicitatem et aliquis iustus habere, sicut habuit Iob: sed Iob pro sinistra illam habebat, non pro dextera; nam dexteram non habebat nisi apud Deum perpetuam et sempiternam felicitatem. Ideo concessa est percutienda sinistra, et suffecit ei dextera.

a él la derecha. ¿Cómo fue herida la izquierda? Por la tentación del diablo. El diablo le arrebató en un instante todas estas cosas, permitiendo Dios que el justo fuese probado y el impío castigado. Le arrebató todos sus bienes; pero Job, que sabía que la izquierda era izquierda, y la derecha derecha, ¿cómo se mantuvo en la brecha? Se alegró en el Señor, se consoló en los daños, porque no padeció detrimento en las riquezas internas. Tenía el corazón lleno de Dios. Y así dice: *El Señor me lo dio, el Señor me lo quitó; se hizo como a Dios le agradó; sea bendito el nombre del Señor.* Esta es su derecha: el mismo Señor, la misma vida eterna, la posesión de aquella luz fuente de vida y luz de luz. *Se embriagarán con la abundancia de tu casa:* ésta era la derecha. La izquierda se dio como consuelo, no como base de felicidad, pues su felicidad verdadera y legítima era Dios. Con todo, a estos de quienes dice David que *su boca habló vanidad, y su derecha es derecha de iniquidad,* no los censura porque abundaban en todas estas cosas, sino porque *su boca habló vanidad.* ¿Qué sigue? Después de haber enumerado sus riquezas, dice: *Al pueblo que tiene estas cosas le llamaron bienaventurado.* Tú, que conoces cuál sea la izquierda y cuál la derecha, ¿qué dices? David prosigue y dice: *Bienaventurado el pueblo que tiene a Dios por su Señor.*

9. Atienda vuestra caridad. Conocemos la derecha, conocemos la izquierda. Oye esto confirmado en el Cantar de los Cantares: *Su izquierda—dice—, debajo de mi cabeza.* ¿Qué dice la esposa del esposo, la Iglesia de Cristo, en el abrazo de piedad y caridad?

Quomodo percussa est sinistra? Tentationibus diaboli. Abstulit subito diabolus; permissus quidem a Deo, ut iustus probaretur, impius puniretur; abstulit omnia: sed Iob qui noverat sinistram sinistram esse, et dexteram nonnisi dexteram, quomodo se tenuit ad dexteram? Exsultavit in Domino, consolatus est damna, quia non est passus damnum de interioribus divitiis; Deo plenum cor habebat. *Dominus,* inquit, *dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum* (Iob 1). Haec erat dextera ipsius, ipse Dominus, ipsa vita aeterna, illa lucis possessio, fons vitae, lumen in lumine. *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae:* ipsa erat dextera. Sinistra vero erat pro adiutorio consolationis, non ad firmamentum felicitatis. Nam felicitas eius vera atque germana Deus erat. Isti autem de quibus dicit David quia *os* eorum *locutum est vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis;* non hinc eos reprehendit, quia his omnibus abundabant, sed quia *os* eorum *locutum est vanitatem.* Quid enim sequitur? Cum enumerasset copias eorum, ait: *Beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Haec est vanitas quam locutum est os eorum, quod *beatum dixerunt populum cui haec sunt.* Tu quid dicis, qui nosti quid est sinistra, et quid est dextera? Sequitur et dicit: *Beatus populus cuius est Dominus Deus ipsius* (Ps 143,11-15).

9. Intendat ergo Charitas vestra. Vidimus sinistram, vidimus et dexteram. Audi hoc confirmatum in Canticis canticorum: *Sinistra eius,* inquit, *sub capite meo.* Sponsa dicit de sponso, de Christo Ecclesia in

Su izquierda, debajo de mi cabeza, y con su derecha me abrazará. ¿Por qué dice esto? Porque tenía su derecha arriba, y abajo su izquierda, y así abrazaba el esposo a la esposa, colocando debajo la izquierda para consolar y poniendo encima la derecha para proteger. *Su izquierda—dice—, debajo de mi cabeza.* Dios la da, y la llama izquierda suya, porque Dios da todas estas cosas temporales. ¡Cuán vanos, cuán impíos son los que piden estas cosas a los ídolos, a los demonios! ¡Cuántos recaban estas cosas de los demonios y no las consiguen! Y, por el contrario, otros que no se las piden, las consiguen; pero no se dan por los demonios. Asimismo, muchos se las piden a Dios y no las tienen. El que llama a la derecha, sabe dar la izquierda. Luego si tienes izquierda, sea izquierda; esté debajo de la cabeza, y sobre ella permanezca tu cabeza, es decir, sobre ella esté tu fe, en la cual habita Cristo. No antepongas nada temporal a tu fe, y así no estará la izquierda sobre tu cabeza. Somete todas las cosas temporales a tu fe y antepónla a todo lo terreno, y de este modo se hallará la izquierda debajo de tu cabeza y te abrazará felizmente su derecha.

10. Oye esto mismo, es decir, qué sea la izquierda y qué la derecha, expuesto en los Proverbios. Allí, hablando de la sabiduría, se dice: *La largura de días y de años de vida se halla en su derecha, y en su izquierda, las riquezas y la gloria.* Esta inmensidad o longitud de días es la eternidad, pues la Escritura llama *largo* propiamente a lo que es eterno, puesto que todo lo que tiene fin es breve o corto. También dice en otro sitio: *Le llenaré con la prolongación de días.* ¿Acaso, teniendo esto otro sentido,

amplexu pietatis et charitatis. Quid ait? *Sinistra eius sub capite meo, et dextera eius complectetur me* (Cant 2,6). Quid autem, quia sursum erat dextera, deorsum sinistra, et sic complectebatur sponsus sponsam, supponens sinistram ad consolationem, imponens dexteram ad protectionem? *Sinistra,* inquit, *eius sub capite meo.* Deus illam dat: ideo sinistra eius, quia omnia ista temporalia Deus dat. Quam vani sunt, quam impii, qui ab idolis, a daemonibus ista petunt! Quam multi a daemonibus ista petunt, et non illa habent? et rursus, qui illa non petunt a daemonibus, habent ea; sed non a daemonibus ista dantur. Item multi petunt a Deo, et non habent. Novit enim ille dispensare sinistram, qui vocat ad dexteram. Ergo si est sinistra, sit sinistra; sed sub capite sit: supra illam sit caput tuum, id est, supra illam sit fides tua, ubi habitat Christus. Noli temporalia praeponere fidei tuae; et non erit sinistra super caput tuum: sed omnia temporalia subde fidei tuae, et fidem tuam praepone omnibus temporalibus; et erit sinistra sub capite tuo, et recte dextera eius complectetur te.

10. Audi hoc ipsum exponi in Proverbiis, quid est sinistra ipsa, quid est dextera: cum de Sapientia diceret, *Longitudo,* inquit, *dierum et anni vitae in dextera eius; in sinistra autem eius divitiae et gloria* (Prov 3,16). Longitudo illa dierum, aeternitas est. Hoc enim proprio modo dicit Scriptura longum, quod aeternum est: nam quidquid finem habet, breve est. Alio loco: *Longitudine,* inquit, *dierum replebo eum*

tendría por cosa grande decir: *Honra a tu padre y a tu madre para que goces de una vida larga sobre la tierra?* ¿Sobre qué tierra? Sobre la que dice: *Tú eres mi esperanza, porción mía en la tierra de los vivientes.* ¿Qué quiere decir que allí es larga la vida? Que se vive eternamente, pues ser aquí longevo no es más que llegar a la vejez; y por más que parezca larga la vida, cuando toca a su fin, conoce uno que es corta, puesto que se acaba. Además, muchos que maldicen a los padres envejecen en la tierra, y otros que los obedecen, pronto se encaminan al Señor. Luego ¿por ventura se cumple que sea uno longevo conforme a esta vida? Por tanto, se escribió "longevo" por "eternidad". La longevidad se asigna a la derecha, mas la gloria y las riquezas, a la izquierda; es decir, lo que basta a esta vida, las cosas que se estiman como buenas por los hombres. Se acerca un individuo e intenta herirte la derecha, es decir, arrebatarte tu fe. Recibiste la bofetada en la derecha; tú ofrécele la izquierda, es decir, que se lleve lo que es temporal y no lo que tienes eterno. Oye al apóstol San Pablo obrar de este modo. Los hombres le perseguían porque era cristiano; fue herido en la derecha, él ofrece la izquierda: *Soy*—dice—*ciudadano romano.* Ellos menospreciaban la derecha, él aterraba con la izquierda. Como aún no creían a Cristo, no podían temer su derecha. Luego ¿qué diremos? Que, si la derecha abraza, la izquierda se halla debajo de la cabeza. Pues ¿qué quiere decir: *No sepa tu izquierda lo que hace tu derecha?* Que, cuando obres bien, obra por la vida eterna. Porque, si obras el bien en

1. Emprendí exponer a vuestra caridad por orden los cánticos del que sube; del que sube y del que ama; del que sube, por lo mismo que es amante. Todo amor o sube o baja. Por el buen deseo nos elevamos a Dios y por el malo nos precipitamos al abismo. Pero como ya caímos arruinados por el mal deseo, si conocemos quién no cayó, sino que bajó a nosotros, no nos queda más que subir uniéndonos a El, porque por nuestras fuerzas no podemos. El mismo Señor nuestro Jesucristo dijo: *Nadie sube al cielo sino el que descendió del cielo, el Hijo del hombre, que está en el cielo.* Esto parece como si sólo lo hubiera dicho de sí mismo. Luego ¿los demás han de quedar abajo, ya que sólo sube el que únicamente descendió? ¿Qué deben hacer los demás? Unirse a su Cuerpo para que haya un solo Cristo que baja y sube. Bajó la Cabeza y sube con el Cuerpo, pues se vistió de la Iglesia, que *se presentó a sí mismo sin mancha ni arruga.* Luego sólo El sube. Pero también nosotros, cuando de tal modo estamos en El, que somos sus miembros en El, pues entonces es uno con nosotros; y de tal manera uno, que siempre es uno. La unidad nos entrelaza al uno, y así únicamente no suben con El los que no quieren ser uno con El. Empero, El, que se halla en el cielo, in-

PSALMUS 122

SERMO AD PLEBEM

1. Ascendentis cantica ex ordine cum Sanctitate vestra consideranda suscepi; ascendentis et amantis, et ideo ascendentis quia amantis. Omnis amor aut ascendit, aut descendit. Desiderio enim bono levamur ad Deum, et desiderio malo ad ima praecipitamur. Sed quia iam malo desiderio lapsi cecidimus; superest nobis, si agnoscimus quis ad nos non ceciderit, sed descenderit, haerendo illi ascendere; quia viribus nostris non possumus. Ipse dixit Dominus noster Iesus Christus, *Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius hominis qui est in caelo* (Io 3,13). Tanquam de se solo videtur dixisse. Ergo caeteri remanserunt, quia solus ascendit, qui solus descendit? Quid debent facere caeteri? Uniri corpori ipsius, ut sit unus Christus, qui descendit et ascendit. Descendit caput, ascendit cum corpore; vestitus Ecclesiam suam, quam sibi exhibuit sine macula et ruga (Eph 5,27). Solus ergo ascendit. Sed et nos quando cum illo sic sumus, ut in illo membra eius simus; et nobiscum solus est, et ideo unus, et semper unus. Unitas nos compaginat uni: et illi soli cum illo non ascendunt, qui cum illo unus esse noluerint. Iam vero quoniam ipse qui in caelo positus est, et carne suscitata immortalis, per quam fuit

mortal, con la carne resucitada, por la que fue temporalmente mortal, sin soportar en el cielo persecuciones, ultrajes y oprobios, como se dignó soportar estas cosas por nosotros cuando estuvo en la tierra, compadeciéndose de su Cuerpo, que padecía en la tierra, dijo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* A El no le tocaba ya nadie, y, no obstante, clamaba desde el cielo diciendo que padecía persecución. Por tanto, no debemos perder la esperanza; es más, debemos presumir con gran confianza que, si está con nosotros en la tierra por la caridad, por esta misma caridad estamos nosotros con El en el cielo. Dijimos de qué modo está con nosotros en la tierra al hablar de la voz que se oyó desde el cielo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?*, siendo así que Saulo no le tocaba, es más, ni le veía. Pero ¿cómo se demuestra que nosotros estamos con El en el cielo? Por el mismo apóstol San Pablo, que dice: *Si resucitasteis con Cristo, buscad las cosas de lo alto, en donde Cristo está sentado a la derecha de Dios; pensad en las cosas que están en lo alto, no en las que están sobre la tierra. Porque moristeis y vuestra vida se halla escondida con Cristo en Dios.* Luego El está aún abajo, y nosotros estamos arriba; El está abajo con la ternura de la caridad, y nosotros arriba con la esperanza de la caridad. *Pues con la esperanza hemos sido salvados.* Pero como nuestra esperanza es segura, aun cuando lo que nos sobrevenga es futuro, se habla de nosotros como ya acontecido.

2 [v.1]. Suba, pues, este cantor; pero de cada uno de vuestros corazones cante aquí el hombre, y cada uno sea este hombre. Cuando cada uno en particular canta esto, como todos sois uno en Cristo, un hombre es el que canta y no dice: "A ti, Señor, ele-

ad tempus mortalis, et nihil in caelo persecutionum patiens, nihil malitiarum et opprobriorum, sicut in hac terra quando pro nobis omnia sustinere dignatus est; compassus tamen corpori suo in terra laboranti, dixit, *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4) iam ipsum nemo tangebat, et se pati persecutionem de caelo clamabat: non praeter spem esse debemus, imo cum magna fiducia praesumere, quia si per charitatem ipse nobiscum in terra est, per eamdem charitatem et nos cum eo in caelo sumus. Sed diximus quemadmodum nobiscum ipse in terra sit; vocem eius diximus de caelo sonantis, *Saule, Saule, quid me persequeris?* cum eum Saulus omnino non tangeret, sed nec videret: quomodo autem ostenditur quia et nos cum illo in caelo sumus? Eodem ipso Paulo apostolo dicente: *Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (Col 3,1-3). Ergo et ille adhuc deorsum est, et nos iam sursum sumus: ille deorsum est compassione charitatis, nos sursum sumus spe charitatis. *Spe enim salvi facti sumus* (Rom 8,24). Sed quia spes nostra certa est; quamvis futurum sit, sic de nobis dicitur, quasi iam factum sit.

2 [v.1]. Ascendat ergo iste cantator; sed de unoquoque corde vestrum cantet hic homo, et unusquisque sit iste homo. Cum enim dicitis

vamos nuestros ojos", sino: *A ti, Señor, elevé mis ojos.* Debéis, pues, pensar que habla cada uno de vosotros, pero principalmente habla aquel uno que también se halla difundido por todo el orbe terráqueo. Uno es el que habla, y éste dice en otro sitio: *Desde los confines de la tierra clamé a ti estando angustiado mi corazón.* ¿Quién es este que clama desde los confines de la tierra? ¿Qué hombre solo se difundió hasta los términos de la tierra? Todo hombre puede clamar en su propia región; pero ¿acaso hasta los confines de la tierra? Mas la heredad de Cristo, de la que se dijo: *Te daré las gentes en heredad, y en posesión tuya los términos de la tierra,* clama y dice: *Clamé a ti desde los confines de la tierra estando mi corazón angustiado.* Se angustie nuestro corazón y clamemos. ¿Por qué se angustiará nuestro corazón? No por las cosas que también padecen aquí los malos, es decir, porque padecen daños, puesto que, si nace de aquí la angustia del corazón, es nada. Pues ¿qué extraordinario es que se angustie el corazón por haber perdido, queriéndolo Dios, a alguno de tus seres queridos? Por esto se angustian también los corazones de los infieles. Esto lo padecen también quienes aún no creyeron en Cristo. ¿Por qué se angustia el corazón cristiano? Porque aún no vive con Cristo. ¿Por qué se angustia el corazón cristiano? Porque peregrina y anhela la patria. Si por esto se angustia tu corazón, aun cuando seas feliz en cuanto al siglo, gimes. Y si afluyen a ti todas las cosas prósperas y por todas partes te sonríe el mundo, con todo, gimes, porque te ves colocado en la peregrinación; y si percibes que tienes la que es felicidad a los ojos de los necios, mas no la

illud singuli, quia omnes unum estis in Christo, unus homo illud dicit: et non, Ad te, Domine, levavimus oculos nostros; sed, *Ad te, Domine, levavi oculos meos.* Debetis quidem putare unumquemque vestrum loqui; sed unus ille maxime loquitur, qui etiam diffusus est toto orbe terrarum. Unus ille loquitur, qui alibi dicit, *A finibus terrae ad te clamavi, cum angeretur cor meum* (Ps 60,3). Quis est qui clamat a finibus terrae? quis unus homo diffusus est usque ad fines terrae? Unusquisque homo in regione sua potest clamare; numquid a finibus terrae? Sed haereditas Christi, de qua dictum est, *Dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae* (Ps 2,8), ipsa clamat et dicit, *A finibus terrae ad te clamavi, cum angeretur cor meum.* Angatur cor nostrum, et clamemus. Unde angatur cor nostrum? Non de his quae hic patiuntur et mali, verbi gratia, quia damnum patiuntur: nam si inde angitur cor, cinis est. Quia nescio quem tuorum ex voluntate Dei amisisti, si inde angitur cor, quid magnum? Hinc anguntur et corda infidelium; ista patiuntur et qui nondum in Christum crediderunt. Unde angitur cor christiani? Quia nondum cum Christo vivit. Unde angitur cor christiani? Quia peregrinatur et desiderat patriam. Si inde angitur cor tuum, etiamsi felix secundum saeculum fueris, gemis; et si omnia prospera confluant, et undique tibi iste mundus arrideat, tu tamen gemis, quia in peregrinatione te constitutum vides; et sentis iam quidem te habere felicitatem secundum

que lo es según la promesa de Cristo, buscándola, gimes; y buscándola la deseas, y deseándola subes, y ascendiendo cantas el *cántico de grado;* y, cantando el *cántico gradual,* dices: *Elevé mis ojos a ti, que habitas en el cielo.*

3. Subiendo, ¿adónde debía elevar los ojos si no es a donde se dirigía y deseaba subir? De la tierra se sube al cielo. Ved la tierra, que hollamos con los pies, abajo; ved el cielo, que contemplamos con los ojos, arriba; subiendo, cantamos: *A ti que habitas en el cielo, elevé mis ojos.* ¿En dónde está la escalera? La distancia que separa al cielo de la tierra es inmensa, grande la separación, infinito el espacio. Queremos subir allí y no vemos escaleras. ¿Por ventura nos engañamos al cantar el *cántico gradual,* es decir, el cántico de ascensión o subida? Subimos al cielo si pensamos en Dios, que hizo la subida en el corazón. ¿Qué significa "subir en el corazón"? Aprovechar en lo que se refiere a Dios. Así como todo el que decae no baja, sino que cae, así también todo el que progresa sube; pero si progresa de tal modo que no se ensoberbece; si sube de tal suerte que no cae; pues si progresando se ensoberbece, subiendo cae de nuevo. Para no ensoberbecerse, ¿qué debe hacer? Eleve los ojos a Aquel que habita en el cielo, no se mire a sí mismo. Todo soberbio se mira a sí mismo, y el que se agrada se tiene por grande. Pero el que a sí mismo se agrada, agrada a un hombre necio, porque él es necio cuando se agrada a sí mismo. Sólo agrada lleno de confianza el que agrada a Dios. ¿Y quién agrada a Dios? Aquel a quien agradare Dios. Dios no puede desagradarse a sí mismo; te agrade

oculos stultorum, sed nondum secundum promissionem Christi: illam quaerens gemis, illam quaerens desideras, et desiderando ascendis et ascendendo cantas *Canticum graduum,* et cantando *Canticum graduum,* dicis, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo.*

3. Ascendens, quo levaturus erat oculos, nisi illuc quo tendebat, et ascendere desiderabat? De terra enim ad caelum ascendit. Ecce terra deorsum, quam calcamus pedibus nostris; ecce etiam caelum sursum, quod videmus oculis nostris; et ascendendo cantamus, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo.* Ubi sunt ergo scalae? Tanta enim intervalla conspicimus inter caelum et terram, tanta separatio est, et tanta spatia locorum: illuc volumus ascendere, scalas non videmus: numquid forte fallimus nos, quia *Canticum graduum,* id est, canticum ascensionis cantamus? Ascendimus ad caelum, si cogitamus Deum, qui ascensus in corde fecit. Quid est ascendere in corde? Proficere in Deum. Quomodo omnis qui deficit, non descendit, sed cadit: sic omnis qui proficit, ascendit: sed si sic proficiat, ut non superbiat; si sic ascendat, ut non cadat: si autem proficiendo superbiat, ascendendo iterum cadit. Sed ut non superbiat, quid debet facere? Levet oculos suos ad illum qui habitat in caelo, non se attendat. Omnis enim superbus se attendit, et magnus sibi videtur qui sibi placet. Sed qui sibi placet, stulto homini placet; quia ille ipse stultus est; cum sibi placet. Solus securus placet qui Deo placet. Et quis est qui placet

también a ti para que tú le agrades a El. Pero no puede agradarte a ti El si tú no te desagradas a ti; si te desagradas a ti, aparta de ti tu mirada. ¿Por qué te miras a ti? Si en verdad te mirases, encontrarías en ti lo que te desagradase y dirías a Dios: *Mi pecado siempre está delante de mí.* Pon tu pecado delante de ti, para que no esté ante Dios, y tú no estés delante de ti, para que estés delante de Dios. Como queremos que Dios no aparte de nosotros su rostro, así deseamos que aparte su mirada de nuestros pecados, pues ambas cosas se cantan a Dios en los salmos: *No apartes tu "rostro de mí"* es la voz del salmo, es nuestra voz; mas el que dice: *No apartes tu rostro de mí*, ve lo que dice en otro lugar: *Aparta tu rostro "de mis pecados"*. Si quieres que Dios aparte su faz de tus pecados, aparta tú la mirada de ti y no la apartes de tus pecados. Pues, si tú no la apartas de ellos, tú mismo te aíras contra ellos. Si tú no apartas tu mirada de tus pecados, los reconoces y Dios los perdona.

4. Partiendo de ti, eleva los ojos a Dios y di: *Elevé mis ojos a ti, que estás en el cielo.* Si entendemos, hermanos, realmente por cielo esto que vemos con los ojos del cuerpo, de tal modo erramos, que hemos de llegar a pensar que no podremos subir a él si no es mediante escaleras o algún parecido instrumento. Si, por el contrario, creemos que hemos de ascender espiritualmente a él, debemos entender que el cielo es espiritual; si la subida se lleva a cabo con el afecto, el cielo es de justicia. Luego ¿cuál es el cielo de Dios? Todas las almas santas, todas las almas justas. Así, los apóstoles, aun cuando se hallaban en carne en la tierra,

Deo? Cui placuerit Deus. Displicere sibi Deus non potest; placeat et tibi, ut placeas illi. Sed tibi ille placere non poterit, nisi tu tibi displicueris. Si autem displices tibi, tolle a te oculum. Utquid te enim attendis? Si enim vere te attendis, invenis in te quod tibi displiceat; et dicis Deo, *Peccatum meum ante me est semper* (Ps 50,5). Peccatum tuum sit ante te, ut non sit ante Deum; et tu noli esse ante te, ut sis ante Deum. Quomodo enim volumus ut non a nobis avertat faciem Deus, sic volumus ut avertat faciem a peccatis nostris: nam utrumque illi cantatur in Psalmis. *Ne avertas faciem tuam a me* (Ps 26,9); vox est psalmi, vox est ergo nostra: et ille qui dicit, *Ne avertas faciem tuam a me;* vide quid dicat alio loco: *Averte faciem tuam a peccatis meis* (Ps 50,11). Si vis ut avertat faciem suam a peccatis tuis, tu ipse a te averte faciem tuam, et a peccatis tuis noli avertere. Si enim non ab eis averteris faciem tuam, tu ipse irasceris peccatis tuis: si autem tu non avertis faciem tuam a peccatis tuis, tu agnoscis, et ille ignoscit.

4. At vero a te leva oculos ad illum, et dic, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo.* Caelum, fratres mei, si corporaliter intellexerimus hoc quod videmus oculis corporeis, vere sic errabimus, ut non putemus nos illuc ascendere, nisi scalis positis, aut aliquibus machinamentis: si autem spiritualiter ascendimus, spiritualiter caelum intelligere debemus; si ascensus in affectu, caelum in iustitia. Quod est ergo caelum Dei? Omnes sanctae animae, omnes iustae animae. Nam et Apostoli

eran cielo, puesto que, hallándose Dios sentado en ellos, caminaba por todo el mundo. Luego habita en el cielo. ¿Cómo? Del modo que dice otro salmo: *Mas tú habitas en el santuario, gloria de Israel.* El que habita en el cielo, habita en el santuario. ¿Y qué es el santuario? Su templo: *El templo de Dios, el cual sois vosotros, es santo.* Mas todos los que ahora son débiles y que caminan con arreglo a la fe, según la fe son templo de Dios; pero en otro tiempo serán templo de Dios por visión. ¿Durante qué tiempo son templo de Dios conforme a la fe? Mientras que Cristo habita en ellos por la fe, según lo dice el Apóstol: *Para que habite Cristo por la fe en vuestros corazones.* Hay cielos en los cuales habita ya Dios por la visión, viéndole cara a cara. Estos son todos los santos ángeles, todos los santos tronos, las virtudes, las potestades, las dominaciones, la Jerusalén celeste, hacia la cual peregrinando gemimos y deseándola oramos; en ésta habita Dios. A ésta elevó éste la fe, a ésta subió deseándola con el afecto; y este mismo deseo hace destilar al alma las inmundicias de los pecados y purificarla de toda mancha para hacerse también ella misma cielo, porque elevó los ojos a Aquel que habita en el cielo. Si entendiésemos que este cielo corpóreo que vemos con los ojos carnales es la habitación de Dios, su morada sería pasajera, porque *pasará el cielo y la tierra.* Además, antes de hacer Dios el cielo y la tierra, ¿en dónde habitaba? Pero también dirá alguno: "Y antes de hacer Dios los santos, ¿en dónde habitaba?" En sí mismo habitaba Dios, junto a sí habitaba, pues es Dios en sí mismo. Cuando se digna habitar en los santos, no son los santos de tal

quamvis in terra essent carne, caelum erant; quia in illis Dominus sedens, per totum mundum ambulabat. Ergo habitat in caelo. Quomodo? Quomodo dicit in alio psalmo, *Tu autem in sancto habitas, laus Israel* (Ps 21,4). Qui habitat in caelo, habitat in sancto: *sancto* quid, nisi templo suo? *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (1 Cor 3,17). Sed omnes adhuc infirmi et secundum fidem ambulantes (2 Cor 5,7), secundum fidem sunt templum Dei, erunt aliquando et secundum speciem templum Dei. Quamdiu sunt templum secundum fidem? Quamdiu in ipsis Christus per fidem habitat; sicut dicit Apostolus: *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris* (Eph 3,17). Sunt autem iam caeli in quibus per speciem iam habitat Deus, videntes eum facie ad faciem omnes sancti Angeli, omnes sanctae Virtutes, Potestates, Sedes, Dominationes, Ierusalem illa caelestis unde peregrinando ingemiscimus, et quam desiderando oramus: ibi habitat Deus. Illuc levavit iste fidem, illuc ascendit affectu, desiderando: et ipsum desiderium facit animam desudare sordes peccatorum, et mundari ab omni labe, ut fiat et ipsa caelum; quia levavit oculos ad eum qui habitat in caelo. Nam si caelum istud corporeum quod oculis videmus, intellexerimus esse habitationem Dei; transitura est habitatio Dei, quia caelum et terra transient (Mt 24,35). Deinde antequam faceret Deus caelum et terram, ubi habitabat? Sed dicit aliquis: Et antequam faceret Deus sanctos, ubi habitabat? In se habitabat Deus, apud se habi-

modo casa de Dios que, caída la casa, caiga también Dios con ella. De un modo habitamos nosotros en la casa y de otro distinto habita Dios en los santos. Tú habitas en la casa de tal suerte, que, si se derrumba, caes con ella. Dios habita en los santos de tal manera, que, si El se apartase, caen los santos. Luego cualquiera que lleva a Dios siendo templo de Dios, no piense que de tal modo lleva a Dios, que le atemorice (por quedarse en el aire) si él se retira. ¡Ay de aquel de quien se hubiere apartado Dios! Caerá; Dios permanecerá siempre en sí. Las casas en donde habitamos nos contienen; las casas en las que Dios habita son contenidas por El. Ved ya la diferencia que existe entre nuestra morada y la de Díos, y, por tanto, diga el alma: *Elevé mis ojos a ti, que habitas en el cielo,* y entienda que Dios no necesita de cielo en el que habite, sino que el cielo necesita de El; necesita que sea habitado por Dios.

5 [v.2-4]. ¿Qué sigue, puesto que dijo: *Elevé mis ojos a ti, que habitas en el cielo?* ¿Cómo elevaste los ojos? *He aquí que como los ojos de los siervos se hallan atentos a las manos de sus señores, y los ojos de la esclava a las manos de su señora, así están atentos nuestros ojos al Señor, Dios nuestro, hasta que se compadezca de nosotros.* Somos siervos y esclava. Dios es el Señor y Señora. ¿O qué quieren expresar estas palabras? ¿O qué significan estas semejanzas de cosas? Atienda vuestra caridad un poquito. No es de extrañar que seamos siervos y El sea Señor, pero sí que nosotros seamos esclava y El sea Señora. Mas no es de admirar que seamos esclava, pues somos Iglesia; ni tampoco que

tabat, et apud se est Deus. Et quando dignatur habitare in sanctis, non sic sunt sancti domus Dei, ut ipsa subtracta cadat Deus. Aliter enim nos habitamus in domo, aliter Deus in sanctis: tu habitas in domo; si subtracta fuerit, cadis; Deus autem sic habitat in sanctis, ut si ipse discesserit, cadant. Quincumque ergo sic portat Deum, ut sit templum Dei; non putet sic a se portari Deum, ut terreat Deum, si se subducat. Vae illi si se subtraxerit Deus; quia ipse cadit: nam Deus in se semper manet. In quibus nos habitamus, ipsa nos continent; in quibus Deus habitat, ipse illos continet. Iam videte quantum interest inter nostram habitationem, et Dei: et sic dicat anima, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo;* ut intelligat quia Deus nec caelo indiget, ubi habitet; sed caelum ipso indiget, ut ab ipso inhabitetur.

5 [v.2-4]. Quid ergo sequitur, quia dixit, *Ad te letavi oculos meos, qui habitas in caelo?* Quomodo levasti oculos tuos? *Ecce sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillae in manus dominae suae; sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, quoadusque misereatur nostri.* Et servi sumus, et ancilla sumus: ille et dominus est, et domina est. Aut quid sibi volunt ista verba? et quid sibi volunt istae similitudines rerum? Attendat aliquantum Charitas vestra. Non mirum si servi sumus, et ille dominus est; sed mirum si ancilla sumus, et ille domina est. Sed neque hoc mirum quia ancilla sumus; Ecclesia enim

El sea Señora, pues es sabiduría y fortaleza de Dios. Oye al Apóstol, que dice: *Nosotros predicamos a Cristo crucificado, escándalo para los judíos y locura para los gentiles; pero para los llamados judíos y griegos, Cristo es virtud o fortaleza de Dios y sabiduría de Dios.* Luego para que el pueblo sea siervo y la Iglesia esclava, Cristo es fortaleza de Dios y sabiduría de Dios. Ambas cosas las oísteis al escuchar: *Cristo es la fortaleza de Dios y la sabiduría de Dios.* Cuando oyes la palabra *Cristo,* eleva tus ojos a las manos de tu Señor; cuando oyes las palabras *fortaleza y sabiduría de Dios,* eleva tus ojos a las manos de tu Señora. Eres siervo y esclava; siervo, porque eres pueblo, y esclava, porque eres Iglesia. Con todo, esta esclava halló gran dignidad junto a Dios, pues fue hecha esposa. Pero hasta que llegue al abrazo espiritual, en donde con seguridad goce de Aquel a quien amó y por quien suspiró en esta larga peregrinación, es esposa que recibió preciosísimas arras: la sangre del Esposo, por quien suspira segura. Y no se le dice: "No ames", conforme se dice en algún tiempo a la virgen ya desposada, pero aún no casada. Y con razón se le dice "no ames"; cuando estuvieres casada ama. Y con razón se le dice, porque es deseo precipitado e intempestivo y no casto amar a aquel que no sabe si con ella ha de casarse. Porque puede acontecer que se despose con uno y se case con otro. Pero como no hay nadie que se anteponga a Cristo, ésta ame segura y antes de unirse a El, ame, y desde lejos, desde una prolongada peregrinación, suspire. Con El se casará únicamente, porque El solo le dio arras. Pues ¿quién puede dar tales arras para casarse que muera

sumus: nec illud mirum, quia et ipse domina est; virtus enim est et sapientia Dei. Audi ergo Apostolum dicentem: «Nos autem praedicamus Christum crucifixum; Iudaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam; ipsis vero vocatis Iudaeis et Graecis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam» (1 Cor 1,23 et 24). Ut iam sit servus populus, et sit ancilla Ecclesia; *Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam:* utrumque audisti, *Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam.* Cum ergo audis Christum, leva oculos tuos in manus Domini tui; cum audis Dei virtutem et Dei sapientiam, leva oculos tuos in manus dominae tuae: quia et servus et ancilla es; servus, quia populus es; ancilla, quia Ecclesia es. Ipsa autem ancilla magnam dignitatem invenit apud Deum: uxor facta est. Sed donec veniat ad amplexus illos spirituales, ubi secure perfruatur eo quem dilexit, et cui suspiravit in ista diuturna peregrinatione, sponsa est: et accepit arrham magnam, sanguinem sponsi, cui secura suspirat. Nec illi dicitur, Noli amare: quomodo dicitur aliquando virgini iam desponsatae, et nondum nuptae: et iuste dicitur, Noli amare; cum facta fueris uxor, tunc ama: recte dicitur, quia praeproperum et praeposterum desiderium est, et non castum, amare eum cui nescit an nubat. Potest enim fieri ut alius sponset, et alius ducat uxorem. Quia vero nullus alius est qui Christo praeponatur, secura amet ista: et antequam illi iungatur, amet, et de longinquo suspiret et de longinqua peregrinatione. Solus ducet, quia solus talem arrham dedit. Quis enim potest sic

por aquella con quien quiere casarse? Pero, si muere por aquella con quien quiere casarse, no habrá marido. ¿Qué digo? El murió seguro por la esposa con la que se casaría al resucitar. Con todo, hermanos, mientras tanto, permanecemos como siervos y esclavas. Se dijo: *No os llamaré siervos, sino amigos.* Pero ¿quizás dijo esto el Señor únicamente a los discípulos? Oíd al apóstol San Pablo, que dice: *De manera que ya no eres siervo, sino hijo; y, si hijo, heredero por Dios.* Hablaba al pueblo, hablaba a los fieles. Luego redimidos en el nombre del Señor por su sangre y purificados por el bautismo, somos hijos e hijo, porque de tal modo somos muchos, que en El somos uno. Y ¿qué indica que aún hablemos como siervos? ¿Acaso podemos tener en la Iglesia, aunque de siervos seamos ya hechos hijos, tanto merecimiento cuanto tuvo el mismo apóstol San Pablo? Y, con todo, ¿qué dice en la epístola? *Pablo, "siervo" de Jesucristo.* Si él, por quien se nos predicó el Evangelio, se denomina a sí mismo siervo, cuánto más debemos reconocer nosotros nuestra condición, para que así aumente en nosotros su gracia? Primeramente hizo siervos a los que redimió. La sangre fue el precio por los siervos y prenda por la esposa. Reconociendo, pues, nuestra condición, ya que, aunque seamos hijos por la gracia, sin embargo, somos siervos por la naturaleza o creación, puesto que toda criatura está sometida a Dios, digamos, pues: *Así como los ojos de los siervos (se hallan atentos) a las manos de sus señores, y como los ojos de la esclava (lo están) a las manos de su señora, así (están atentos) nuestros ojos al Señor, Dios nuestro, hasta que se compadezca de nosotros.*

ducere, ut moriatur pro ea quam vult ducere? Si enim mori pro ea voluerit, non erit qui ducat. Securus autem ille pro sponsa mortuus est, quam resurgens erat ducturus. Verumtamen, fratres, interim simus quomodo servi et ancilla. Dictum est quidem, *Non vos dicam servos, sed amicos* (Io 15,15): sed forte solis discipulis dixit Dominus? Audite apostolum Paulum dicentem: *Itaque iam,* inquit, *non est servus, sed filius; si autem filius, et haeres per Deum* (Gal 4,7). Populo dicebat, fidelibus dicebat. Iam ergo in nomine Domini redempti sanguine ipsius, loti lavacro ipsius, filii sumus, filius sumus; quia sic multi sumus, ut in illo unus simus. Quid ergo sibi vult, quod adhuc tanquam servi loquimur? Numquid tantum meritum habere possumus in Ecclesia, quamvis iam filii facti ex servis, quantum habuit ipse apostolus Paulus? Et tamen quid dicit in Epistola? *Paulus servus Christi Iesu* (Rom 1,1). Si ille se adhuc dicit servum, per quem nobis Evangelium praedicatum est; quanto magis nos debemus agnoscere conditionem nostram, ut maior sit in nobis gratia ipsius? Primo enim servos fecit, quos redemit. Sanguis enim ille pro servis pretium est, pro sponsa pignus est. Agnoscentes itaque conditionem nostram, etsi iam filii per gratiam, servi tamen propter creaturam, quia universa creatura Deo servit, dicamus: «Sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillae in manus dominae suae: sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, quoadusque misereatur nostri».

6. Declaró también por qué *están nuestros ojos atentos al Señor, Dios nuestro,* al estilo de como los siervos los tienen atentos a las manos de su señor, y las esclavas a las manos de su señora; pues como si preguntases: "¿Por qué?", dice: *Hasta que se apiade de nosotros.* Luego ¿qué siervos quiso dar a entender, hermanos, que tienen puestos los ojos en las manos de sus señores y qué esclavas las que los tienen en las manos de sus señoras hasta que se compadezca de ellas la señora? ¿Quiénes son estos siervos y esclavas que tienen puestos así los ojos en las manos de sus señores sino aquellos a quienes se manda que sean castigados? *Nuestros ojos están atentos al Señor, Dios nuestro, hasta que se compadezca de nosotros.* ¿Cómo? *Como los ojos de los siervos lo están a las manos de sus señores, y como los de las esclavas a las de su señora.* Luego unos y otras hasta que se compadezca el señor o la señora. Imagínate a un señor que manda se castigue a un siervo; el siervo, al ser azotado, siente los dolores de las heridas y atiende a las manos de su señor hasta que diga: "Basta." Aquí llamó mano al poder. Luego ¿qué diremos, hermanos? Que nuestro Señor y que nuestra señora la sabiduría de Dios mandó castigarnos, pues en esta vida somos castigados, y toda esta vida mortal es nuestro azote. Oye la voz del salmo: *Por causa de la iniquidad castigaste al hombre, e hiciste que mi alma se consumiese como araña.* Ved, hermanos, cuán deleznable es la araña, pues al simple contacto se revienta y muere. Para que no pensásemos que tenemos únicamente deleznable la carne debido a la debilidad de la mortalidad, no dijo: "Hiciste me consumiese", sino: *Hiciste que mi alma se consumiese como araña,* a fin de

6. Dixit et quare, sicut servi oculos habent in manus domini sui, et sicut ancillae oculos habent in manus dominae suae; *sic,* inquit, *oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.* Et quasi quaereres, Utquid? *Quoadusque,* inquit, *misereatur nostri.* Quales ergo voluit servos intelligi, fratres, qui oculos habent in manus dominorum suorum; et quales ancillas, quae oculos habent in manus dominae suae, quoadusque misereatur domina earum? Qui sunt isti servi et ancillae, qui sic habent oculos in manus dominorum suorum, nisi quia iubentur caedi? *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, quoadusque misereatur nostri.* Quomodo? *Sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillae in manus dominae suae.* Ergo et illi et illae, quoadusque misereatur vel dominus vel domina. Fac ergo aliquem dominum iussisse servum caedi: vapulat servus, sentit plagarum dolores; attendit ad manus domini sui, quoadusque dicat, Parce. Manum enim, ipsam potestatem dicit. Ergo quid dicimus, fratres? Iussit nos caedi Dominus noster, et domina nostra sapientia Dei iussit nos caedi; et in hac vita vapulamus, et tota ista vita mortalis plaga nostra est. Audi vocem psalmi: *Pro iniquitate erudisti hominem; et tabescere fecisti sicut araneam animam meam* (Ps 38,12). Attendite, fratres, quam tabida est aranea, ut levi tactu conquassetur et moriatur. Et ne quasi carnem solam infirmitate mortalitatis putaremus nos habere tabidam, non dixit, Tabescere me fecisti; secundum carnem intelligeremus:

que no lo entendiésemos sólo según la carne. Nada hay más débil que nuestra alma, colocada en medio de las tentaciones del siglo, en medio de los gemidos y los brotes de las aflicciones; ninguna cosa hay más débil que ella hasta que se una a la firmeza celeste y se halle en el templo de Dios, de donde ya no caiga; porque primeramente, para venir a parar a esta debilidad y deleznabilidad, se debilitó como la araña y fue arrojada del paraíso. Entonces se mandó castigar al siervo. Hermanos míos, ved desde cuándo somos azotados: Adán es azotado en todos los que nacieron desde el comienzo del género humano, en todos los que ahora existen, en todos los que existirán después. Adán es azotado, es decir, el género humano; pero muchos se endurecieron de tal modo, que no sienten sus heridas. Los que de este género humano se hicieron hijos, recibieron la percepción del dolor, sienten que son azotados, y conocieron quién ordenó que lo fuesen, y elevaron sus ojos a Aquel que habita en el cielo, y, por tanto, tienen puestos los ojos en las manos de su Señor hasta que se compadezca, como lo están los ojos de los siervos en las manos de sus señores, y los de la esclava en los de su señora. Ves a algunos que son felices, que están alegres en este mundo, que se jactan de sí mismos, que no son azotados. Pero ¿qué digo? Lo son de manera más atroz, pues tanto más gravemente son castigados cuanto menos lo sienten. Despierten y sean azotados; se duelan, sientan, conozcan que son azotados. Porque *quien añade ciencia, añade trabajo;* esto lo dijo la Escritura. Por eso dice el Señor en el Evangelio: *Bienaventurados los que lloran, porque ellos serán consolados.*

sed ait, *Tabescere fecisti sicut araneam animam meam.* Nihil enim infirmius anima nostra posita in mediis tentationibus saeculi, in mediis gemitibus et parturitionibus molestiarum; nihil ea infirmius donec haereat soliditati caelesti, et sit in templo Dei, unde iam non cadat: quia primo ut veniret ad hanc infirmitatem et tabificationem, sicut aranea infirma facta est, et de paradiso expulsa est. Tunc iussus est servus caedi. Fratres mei, videte ex quo vapulamus. In omnibus qui ab initio generis humani nati sunt, in omnibus qui nunc sunt, in omnibus qui postea nascentur, Adam vapulat. Vapulat Adam, id est, genus humanum; et multi sic obduruerunt, ut nec plagas suas sentiant. Qui vero ex ipso genere filii facti sunt, receperunt sensum doloris: sentiunt se vapulare, et noverunt quis iussit ut vapulent; et levaverunt oculos suos ad eum qui habitat in caelo; et sic sunt oculi eorum in manus Domini sui, quoadusque misereatur sicut oculi servorum in manus dominorum suorum, et sicut oculi ancillae in manus dominae suae. Vides felices aliquos in isto saeculo ridentes, iactantes se; non vapulant: imo peius vapulant; hoc ipso gravius caeduntur, quo sensum iam perdiderunt. Evigilent, et vapulent; sentiant quia vapulant, sciant quia vapulant, et doleant quia vapulant. Quoniam *qui apponit scientiam, apponit dolorem:* hoc Scriptura dixit (Eccl 1,18). Ideo Dominus in Evangelio: *Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur* (Mt 5,5).

7. Oigamos la voz del hombre que es azotado, y sean también estas voces nuestras cuando nos va bien. Porque ¿quién no entiende que es azotado cuando está enfermo, cuando se halla en la cárcel, cuando quizás está encadenado, cuando tal vez padece por los ladrones? Cuando los perversos le causan algunos sufrimientos, siente que es azotado. Pero es excelente percepción conocer que es azotado cuando a uno le va bien. No dijo la Escritura en el libro de Job: "La vida humana *abunda* en tentaciones", sino: *¿Acaso la vida humana sobre la tierra no es una tentación?* Llamó tentación a toda la vida. Luego toda tu vida sobre la tierra es un continuo azote. Llora mientras vives en la tierra; y ya vivas felizmente o te halles en alguna tribulación, clama: *Elevé mis ojos a ti, que habitas en el cielo.* A las manos del Señor, que mandó que fueses azotado y a quien dices en otro salmo: *Por causa de la iniquidad hiciste que mi alma se consumiese como araña,* clama; clama a las manos del que azota y di: *Apiádate de nosotros, Señor; apiádate de nosotros.* ¿Por ventura no son estos clamores: *Apiádate de nosotros, Señor; apiádate de nosotros,* del que es azotado?

8. *Porque estamos demasiado llenos de desprecio; nuestra alma está muy harta; (es) oprobio para los ricos y desprecio para los soberbios.* El que es despreciado es perseguido. Todos los que quieren vivir piadosamente según Cristo, necesariamente soportarán oprobios, necesariamente serán perseguidos por aquellos que no quieren vivir piadosamente, y de quienes toda su felicidad es terrena. (Estos) se mofarán de aquellos que tienen por felicidad

7. Audiamus vocem hominis qui vapulat, et sint istae uniuscuiusque nostrum voces et quando nobis bene est. Nam quis non intelligat vapulare se quando aegrotat, quando in carcere est, quando forte in catena, quando forte latrones patitur? Quando ab aliquibus improbis ei aliquae molestiae irrogantur, sentit vapulare se. Magnus sensus est, videre quia vapulat et quando illi bene est. Non enim ait Scriptura in Iob, Tentationibus abundant vita humana; sed ait, *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* (Iob 7,1). Totam ipsam vitam tentationem dixit. Omnis ergo vita tua super terram, plagae tuae sunt. Plange quamdiu vivis in terra: sive feliciter vivas, sive in aliqua tribulatione constitutus sis, clama, *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in caelo.* Ad manus Domini, qui te iussit caedi, cui dicit in alio psalmo, *Propter iniquitatem erudisti hominem; et tabescere fecisti sicut araneam animam meam;* clama ad manus caedentis, et dic, *Miserere nostri, Domine, miserere nostri.* Nonne sunt istae voces vapulantis: *Miserere nostri, Domine, miserere nostri?*

8. *Quoniam multum repleti sumus despectione. In plurimum repleta est anima nostra; opprobrium eis qui abundant, et despectio superbis.* Qui despicitur, contemnitur. Omnes qui secundum Christum pie volunt vivere, necesse est patiantur opprobria, necesse est contemnantur

la que no puede verse con los ojos y les dirán: ¿Qué crees, insensato? ¿Ves lo que crees? ¿Ha vuelto alguno del sepulcro refiriéndote lo que allí acontece? Ve que yo amo lo que veo y me gozo. Serás, pues, despreciado, porque esperas lo que no ves y te desprecia aquel que parece que tiene lo que ve. Pero tú ve si es cierto que lo tiene. No te turbes. Ve si él lo tiene, y que no te insulte, no sea que, pensando que aquél es feliz ahora, pierdas la verdadera felicidad futura. No te turbes; ve si lo tiene. Lo que tiene huye de él, o él de lo que tiene; necesariamente, o él abandona su hacienda o ella le abandona a él. ¿A quién abandonan sus bienes? A aquel que viviendo cayó en la miseria. ¿Quién los abandonó? El que muere siendo rico, puesto que al morir no los llevó consigo al sepulcro. "Tengo, dice, propia casa"; se jactó de ello. Le preguntas: "¿Qué casa propia tienes tú?" "La que me dejó mi padre" (te responde). "Y él, ¿cómo la adquirió?" "Se la dejó mi abuelo"; llega hasta el bisabuelo, hasta el tatarabuelo, y ya no tiene modo de expresarse. ¿No te aterras más bien porque viste a muchos que abandonaron esta casa y ninguno de ellos la llevó consigo a la morada eterna? Tu padre la dejó aquí; pasó por ella; así pasarás tú también. Luego si pasas por tu casa, es posada de transeúntes, no morada de habitantes. Y, sin embargo, como nosotros esperamos las cosas futuras y suspiramos por la futura felicidad y aún no se ha manifestado lo que seremos, aunque ya seamos hijos de Dios, porque nuestra vida está escondida con Cristo en Dios, *estamos demasiado llenos de desprecio,* es

(2 Tim 3,12) ab his qui nolunt pie vivere, quorum felicitas tota terrena est. Irridentur illi qui felicitatem vocant quam oculis videre non possunt, et dicitur eis: Quid credis, insane? Vides quod credis? Reversus est aliquis ab inferis, et retulit tibi quid ibi agitur? Ecce ego quod amo video, et fruor. Despiceris, quia speras quod non vides; et despicit te ille, qui quasi tenet quod videt. Attende si ipse tenet: noli turbari; vide si ipse tenet, et non tibi insultet; ne cum putas eum felicem in praesenti, amittas veram felicitatem futuram: noli turbari; attende si tenet. Labitur hoc ab illo quod tenet, vel ipse ab eo quod tenet; necesse est transeat aut ipse per res suas, aut res ipsius per illum. Per quem res transeunt suae? Qui vivus labefactus erit. Quis transit per res suas? Qui in divitiis moritur; quia cum moritur, non eas secum aufert ad inferos. Domum meam habeo, iactavit se. Quaeris, Quam domum tuam? Quam mihi dimisit pater meus. Et ille unde habuit hanc domum? Avus noster illi eam dimisit. Recurre et ad proavum, inde ad atavum, et iam nomina non potest dicere. Non inde potius terreris, quia multos attendis transisse per illam domum, et neminem ipsorum secum illam tulisse ad aeternam domum? Pater tuus hic eam dimisit; transiit per illam: sic et tu transibis. Si ergo transitum habetis in domo vestra, stabulum est transeuntium, non habitatio commanentium. Et tamen quia nos ea quae futura sunt speramus, et in futuram felicitatem suspiramus, et nondum apparuit quod erimus, quamvis iam filii Dei simus (1 Io 3,2); quia vita nostra abscondita est

decir, de desdén, por aquellos que buscan o tienen la felicidad de este mundo.

9. *Nuestra alma está muy harta; es oprobio para los ricos y desprecio para los soberbios.* Preguntábamos quiénes eran los ricos, y lo declaró cuando dijo: *Los soberbios.* Lo mismo significa *oprobio* que *desprecio,* y *ricos* que *soberbios.* Por tanto, *desprecio de los soberbios* es repetición de la sentencia *oprobio de los ricos.* ¿Por qué son ricos los soberbios? Porque quieren ser felices aquí. ¿Cómo? Cuando son desgraciados, ¿por ventura son ricos también? Quizás, cuando son desgraciados, no nos insultan. Atienda vuestra caridad. Quizás nos insultan cuando son felices, cuando se jactan en la abundancia de sus riquezas, cuando se engríen con la vanidad de los falsos honores; entonces ciertamente nos insultan, y como nos dicen: "Me va muy bien, me gozo con las cosas presentes; se aparten de mí los que prometen lo que no muestran; yo tengo lo que veo, me gozo de lo que tengo, me va muy bien en esta vida." Tú permanece más firmemente, porque Cristo resucitó y te enseñó lo que te ha de dar en la otra vida. Estate seguro que lo dará. Pero te insulta el que tiene. Soporta al que insulta y te reirás del que gemirá: Más tarde llegará el tiempo en que ellos han de decirse a sí mismos: *Estos son aquellos a quienes en otro tiempo tuvimos por escarnio.* Estas son palabras del libro de la Sabiduría. La Escritura nos da a conocer lo que han de decir aquellos mismos que ahora nos insultan y desprecian y nos llenan de oprobios y desdenes. Ellos pronunciarán estas palabras cuando sean desdeñados por la Verdad. Verán bri-

cum Christo in Deo: *repleti sumus despectione,* id est contemptu, ab his qui felicitatem quaerunt vel habent in isto saeculo.

9. *In plurimum repleta est anima nostra; opprobrium eis qui abundant; et despectio superbis.* Quaerebamus qui sunt *qui abundant;* exposuit tibi cum dixit, *superbis.* Quod est autem, *opprobrium;* hoc est, *despectus:* et quod est, *qui abundant;* hoc est, *superbis.* Repetitio sententiae est, *opprobrium eis qui abundant, et despectio superbis.* Quare abundant superbi? Quia hic volunt esse felices. Quid? quando et ipsi miseri sunt, numquid abundant? Sed forte quando miseri sunt, non nobis insultant. Intendat Charitas vestra. Tunc insultant forte quando felices sunt, quando se iactant in pompa divitiarum suarum, quando se iactant in ventositate falsorum honorum; tunc insultant nobis, et quasi dicunt: Ecce mihi bene est, fruor ego rebus praesentibus, recedant a me qui promittunt quod non ostendunt; quod video teneo, quod video fruor; bene mihi sit in hac vita. Tu securior esto; quia resurrexit Christus, et docuit te quid in alia vita daturus sit: certus esto quia dat. Sed insultat ille, quia tenet. Ferto insultantem, et ridebis gementem: postea enim veniet tempus quando dicturi sunt illi ipsi, *Hi sunt quos aliquando habuimus in risum.* Verba sunt libri Sapientiae; quia prodidit nobis Scriptura quae dicturi sunt illi ipsi qui nos modo irrident, et qui nos despiciunt, et a quibus impleti sumus opprobrio

llar a la derecha a los que, estando mezclados con ellos, despreciaron, cuando les acontezca lo que dijo el Apóstol: *Cuando apareciere Cristo, nuestra vida, entonces también vosotros apareceréis con El en la gloria,* y dirán: *Estos son aquellos que en otro tiempo tuvimos por escarnio y por ejemplo de oprobio. Nosotros, insensatos, teníamos su vida por locura, y su fin por deshonra. ¡Cómo han sido contados entre los hijos de Dios, y su suerte se halla entre los santos!;* y, prosiguiendo en su discurso, añadirán: *Luego erramos el camino de la verdad, y la luz de la justicia no nos iluminó, y el sol no nació para nosotros. ¿De qué nos sirvió la soberbia?, y la jactancia de las riquezas, ¿qué nos consiguió?* Tú no los insultarás allí, porque ellos se insultarán a sí mismos. Hermanos, hasta tanto que esto suceda, elevemos los ojos a Aquel que habita en el cielo y no apartemos nuestros ojos de El hasta que se compadezca de nosotros y nos libre de toda tentación, oprobio y desprecio.

10. Añade a esto que algunas veces también los mismos que se hallan azotados por el infortunio temporal nos insultan. Pues encuentras de vez en cuando a alguno que en castigo de sus iniquidades, ya sea por oculto juicio de Dios o por patente condenación, es encarcelado y soporta cadenas, y, sin embargo, éste te insulta. Y cuando se le dice: "¿Por qué no viviste bien? ¿Ve adónde llegaste viviendo mal?", él te responde: "¿Por qué padecen también estas cosas los que viven bien?" "Estos padecen para ser probados, para ser ejercitados en la tentación, para que con los tormentos aprovechen, puesto que *Dios azota a todo aquel*

et despectione: quae verba habebunt tunc, quando a veritate despicientur. Videbunt enim ad dexteram fulgere quos secum commixtos contempserant, cum factum fuerit in illis quod dixit Apostolus, *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria* (Col 3,3.4); et dicent: *Hi sunt quos aliquando habuimus in risum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est?* Et sequentur in eo sermone, et adiicient: *Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis. Quid nobis profuit superbia? et divitiarum iactatio quid contulit nobis?* (Sap 5,3-8). Ibi tu non eis insultas, quia iam ipsi sibi insultant. Quod donec fiat, fratres, levemus oculos ad eum qui habitat in caelo; et non ab illo tollamus oculos, quoadusque misereatur nostri, et liberet ab omni tentatione et opprobrio et despectu.

10. Huc accedit quod aliquando et ipsi qui sunt in flagello infelicitatis temporalis, insultant nobis. Invenis aliquem pro merito iniquitatum suarum, sive occulto iudicio Dei, sive manifesta damnatione, mitti in carcerem, portare catenam: et ipse insultat. Et cum ei dictum fuerit, Quare non bene vixisti? ecce quo venisti male vivendo: ille respondet, Quare illi qui bene vivunt, ista patiuntur? Sed illi propterea patiuntur, ut probentur, ut tentationibus exerceantur, ut flagellis proficiant; quia

que recibe por hijo. Y si castigó al único que no tuvo pecado y le entregó por todos nosotros, ¿cómo debemos ser castigados nosotros que dimos pie para ser castigados?" Al decirles esto, ellos se engríen aún en su desdicha, y, acongojados, pero aún no humillados, responden y dicen: "Estas son paparruchas de cristianos necios, que creen lo que no ven." Si también éstos insultan, ¿por qué pensamos, hermanos, que no conmemora el salmo a éstos cuando dice: *Oprobio para los ricos y desprecio para los soberbios,* siendo así que de cuando en cuando insultan a los cristianos los pobres; es más, que, aun cuando se hallan en la necesidad y en las calamidades, no cesan de insultar? Es cierto *que es oprobio de los ricos.* Pero ¿acaso no se encuentra a alguno que, hallándose en medio de calamidades, insulte? ¿No insultó el ladrón que estaba crucificado con Cristo? Luego si insultan también los pobres, ¿por qué dice el salmo: *Es oprobio para los ricos?* Si diligentemente lo examinamos, también éstos son ricos. ¿Cómo son ricos? Si no lo fuesen, no serían soberbios. Uno es rico en dinero, y por esto es soberbio; otro en honores, y de aquí es soberbio; otro se cree rico en justicia, y, por lo mismo, lo que es peor, es soberbio. Los que comprenden que son pobres en cuanto a dinero, les parece que son ricos en justicia sobre Dios, ya que, hallándose en medio de calamidades, se justifican y acusan a Dios y dicen: "¿Qué crimen cometí o qué hice?" Tú le dices: "Recuerda tus pecados; ve si nada has hecho." Se conmueve un tanto su conciencia, recapacita y piensa en sus malas acciones, y después de pensar en sus perversos hechos, ni así quiere con-

flagellat Deus omnem filium quem recipit (Hebr 12,6). Et si Unicum sine peccato flagellavit, et pro omnibus tradidit eum (Rom 8,32), quomodo debemus nos flagellari, qui fecimus quare flagellamur? Cum ista dixerimus, illi et de infelicitate superbiunt adhuc, et afflicti, nondum humiliati, respondent, et dicunt: Ista sunt verba Christianorum vanorum, qui credunt quod non vident. Si et ipsi insultant, quid putamus, fratres, quasi non eos commemoratos in hoc psalmo, cum diceret, *Opprobrium eis qui abundant, et despectio superbis:* quandoquidem insultatur Christianis et ab eis qui non abundant; sed cum sint in egestate et aerumnis, nec ipsi cessant insultare? Certe ergo, *Opprobrium eis qui abundant:* an forte nullus invenitur qui etiam positus in calamitate insultet? Si non insultavit latro, qui cum crucifixo Domino crucifixus erat? (Lc 23,39). Ergo si insultant et illi qui non abundant, quare psalmus ait, *Opprobrium eis qui abundant?* Si diligenter discutiamus, et ipsi abundant. Unde abundant? Nam nisi abundarent, superbi non essent. Alius enim abundant pecunia, et inde superbus est; alius abundat honoribus, et inde superbus est; alius abundare se iustitia putat, et inde superbit, quod peius est. Qui videntur non abundare pecunia, iustitia sibi videntur abundare adversus Deum; et positi in calamitatibus se iustificant, Deum accusant, et dicunt: Quid admisi, aut quid feci? Et tu dicis: Respice, recordare peccata tua, si nihil fecisti. Titillatur aliquantum

fesar que padece en justicia, sino que dice: "Sin duda, cometí muchos pecados, pero veo a muchos que perpetraron cosas peores que yo, y no padecen mal alguno." Por tanto, él es justo en oposición a Dios. Luego él es rico, tiene el corazón rebosante de justicia, y le parece que Dios le perjudica y que él padece injustamente. Si le entregares la nave para gobernarla, naufragaría con ella; sin embargo, él quiere excluir a Dios del gobierno de este mundo y adueñarse él del timón para gobernar a la criatura y distribuir a todos los sufrimientos y los goces, los castigos y los premios. ¡Alma de cántaro, alma infeliz!, pero ¿de qué os admiráis?; es rica, pero rica en perversidad, rica en malicia; y tanto es más rica en perversidad cuanto más le parece que es rica en justicia.

11. Por el contrario, el hombre cristiano no debe ser rico, sino que debe reconocerse pobre; y, si tiene riquezas, debe saber que no son ellas verdaderas riquezas, a fin de que desee otras mejores. El que desea falsas riquezas, no busca las verdaderas; el que busca las verdaderas, aún es pobre y dice en su corazón: *Soy pobre y doliente.* Por otra parte, el que es pobre y se halla repleto de maldad, ¿cómo puede decirse que es rico? Porque le desagrada ser pobre y le parece tener su corazón repleto de justicia en oposición a la justicia de Dios. Pero ¿cuál es la riqueza de justicia que tenemos nosotros? Por mucha que sea la justicia que tengamos, es como un pequeño rocío en comparación de la fuente; en comparación de aquella inmensa abundancia, es una diminuta gotita que suaviza nuestra vida y desvanece nuestra dura

conscientia, et redit ad se, et cogitat facta sua mala, et cum cogitaverit facta sua mala, nec sic vult confiteri quia digna patitur: sed dicit, Ecce manifeste feci multa; sed multos video peiora fecisse, et nihil mali pati. Iustus est contra Deum. Abundat ergo et ipse, plenum habet pectus iustitia; quandoquidem illi Deus videtur malefacere, et ipse sibi videtur iniuste pati. Et si dares illi navim gubernandam, in naufragium iret cum illa: vult autem Deum excutere de gubernatione huius mundi, et ipse tenere gubernacula creaturae, et distribuire omnibus dolores et laetitias, poenas et praemia. Infelix anima! et quid miramini? abundat, sed abundat nequitia, abundat malitia; et eo plus abundat nequitia, quo sibi videtur abundare iustitia.

11. At vero christianus homo non debet abundare, sed pauperem se debet cognoscere; et si habet divitias, scire debet quia non sunt illae verae divitiae, ut alias desideret. Qui enim divitias falsas desiderat, veras non quaerit: qui autem veras quaerit, adhuc pauper est; et recte dicit, *Pauper et dolens ego sum* (Ps 68,30). Rursus ille qui et pauper est, et nequitia plenus est, unde dicitur abundare? Quia displicet illi quia pauper est, et iustitia ipsa videtur abundare in corde suo adversum iustitiam Dei. Et quae abundantia iustitiae nostrae? Quantacumque iustitia in nobis fuerit, ros est nescio quis ad illum fontem; ad saginam illam tantam stillicidia quaedam sunt, quae vitam nostram molliant, et

iniquidad. Ahora deseamos ser alimentados con la repleta fuente de justicia, deseamos saciarnos con la abundancia de la que se dice en el salmo: *Se embriagarán con la abundancia de tu casa y les darás a beber del torrente de tus delicias.* Sin embargo, mientras permanecemos en este mundo, entendamos que somos pobres y necesitados, no sólo de estas riquezas, que no son verdaderas riquezas, sino también de salud. Cuando estamos sanos, comprendamos que estamos enfermos. Pues mientras este cuerpo siente hambre y sed, mientras este cuerpo se fatiga vigilando, estando de pie, andando, sentado y comiendo; y mientras encuentra nueva fatiga al dirigirse a cualquier otra parte buscando alivio para su cansancio, no posee la perfecta salud en su cuerpo. Luego no son riquezas aquéllas, sino mendicidad; porque cuanto más abundan, tanto más crece la indigencia y la avaricia. Luego la salud del cuerpo es enfermedad. Todos los días nos aliviamos con los medicamentos de Dios, porque comemos y bebemos; éstos son los medicamentos que se nos ofrecen. Hermanos, si queréis saber qué enfermedad nos aqueja, ved que quien no come durante siete días se consume de hambre. Luego dentro está el hambre, pero no la sientes, porque todos los días la reparas; por tanto, no tenemos la salud completa.

12. Vea vuestra caridad cómo nosotros nos debemos reconocer pobres para que nos alegremos dirigiéndonos a El y elevemos los ojos a Aquel que habita en el cielo. Las riquezas de la tierra no son verdaderas, pues aumentan más la codicia de quienes las poseen. La salud del cuerpo no es la verdadera, porque lleva con-

duram inquitatem solvant. Modo desideremus de pleno fonte iustitiae saginari, desideremus ubertate illa satiari, de qua dicitur in psalmo: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, et torrente voluptatis tuae potabis eos* (Ps 35,9). Hic autem cum sumus, inopes nos esse intelligamus et egentes, non solum harum divitiarum quae non sunt verae divitiae, sed et ipsius salutis. Et quando sani sumus, intelligamus quia infirmamur. Quamdiu enim corpus hoc esurit et sitit, quamdiu hoc corpus vigilando fatigatur, stando fatigatur, ambulando fatigatur, sedendo fatigatur, manducando fatigatur; quocumque se verterit ad subsidium fatigationis, ibi invenit aliam fatigationem: non est ergo perfecta sanitas, nec in ipso corpore. Non sunt ergo illae divitiae, sed mendicitas: quia quanto magis abundant, tanto crescit inopia et avaritia. Non est ista salus corporis, sed infirmitas. Paregorizamur quotidie medicamentis Dei, quia manducamus et bibimus: medicamenta ipsa sunt, quae nobis apponuntur. Fratres, si vultis videre qualis morbus nos habeat; qui ieiunat septem diebus, fame consumitur. Ergo illa fames ibi est; sed ideo illam non sentis, quia quotidie illam curas: ergo nec ipsa sanitas nobis est perfecta.

12. Intendat Charitas vestra quomodo nos intelligamus inopes, ut gaudeamus ad eum, et levemus oculos ad eum qui habitat in caelo. Non sunt illae verae divitiae; plus augent cupiditatem eis qui eas possi-

sigo la debilidad y en todas partes es defectuosa; a cualquier lado que se vuelva desfallece. En la misma ayuda no encontrarás estabilidad; se cansa estando de pie; quiere sentarse; pero ¿por ventura permanecerás sentado mucho tiempo? Todo lo que elige para no cansarse encierra en sí mismo el decaimiento. Se cansó estando despierto; dormirá; pero ¿acaso porque durmió no desfallece? Se cansó ayunando; ha de comer; pero, si come demasiado, decae. Esta debilidad no puede permanecer en ningún estado. ¿Qué diremos de la justicia? ¡Cuánta justicia hay entre tantas tentaciones! Podemos abstenernos del homicidio, del adulterio, del robo, del perjuicio, del fraude; pero ¿acaso podemos abstenernos de los inicuos pensamientos, de las sugestiones de los malos deseos? ¿Cuál, es, pues, nuestra justicia? Tengamos hambre de todo, sintamos sed de todo: de las verdaderas riquezas, de la verdadera salud y de la verdadera justicia. ¿Cuáles son las riquezas verdaderas? La mansión celeste de Jerusalén. ¿Quién se denomina "rico en la tierra"? Cuando se alaba al rico, ¿qué se dice? "Es muy rico; nada le falta". Esta es una alabanza del que alaba, porque en sí misma, cuando se dice: "Nada le falta", no lo es. Ve si nada le falta. Si nada desea, nada le falta; pero, si aún desea más de lo que tiene, entonces se le acumularon las riquezas para que creciese la indigencia. En aquella ciudad habrá verdaderas riquezas, porque allí nada nos faltará, puesto que no necesitamos nada y habrá salud perfecta o verdadera. ¿Cuál es la salud verdadera? ¿Y cuándo tendrá lugar ésta? *Cuando fuere asumida la muerte por la victoria, y cuando esto corruptible se vista de incorrupción, y esto mortal de inmortalidad,* entonces habrá verdadera salud, entonces habrá verdadera y perfecta justicia; de suerte que no sólo no podremos hacer nada malo, sino ni pensarlo. Pero ahora, pobres, necesitados, indigentes y dolientes, suspiramos, gemimos, oramos y elevamos los ojos a Dios, porque los que son dichosos en este mundo nos desprecian. Son, pues, ricos; pero también nos desprecian los que son desgraciados en este siglo, porque asimismo son ricos y tienen en su corazón justicia, pero falsa. Mas tú, para que consigas la verdadera, sé pobre y mendigo de la misma justicia y oye el Evangelio: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.*

dent. Non est illa vera corporis sanitas; quia portatur infirmitas ubique defectiva: quocumque se verterit, deficit. In ipso adiutorio non invenies firmamentum: lassatur stando; sedere vult; numquid vel sedendo durabit? Quod sibi elegit ut non fatigaretur, ibi habet deficere. Lassatus est vigilando, dormiturus est: numquid quia dormivit, non deficit? Lassatus est ieiunando, refecturus est: si plus refecerit, inde deficit. In nulla re potest perseverare ista infirmitas. Iustitia quid? Quanta iustitia est inter tantas tentationes? Possumus continere ab homicidio, ab adulterio, a furtis, a periuriis, a fraudibus: numquid ab iniquis cogitationibus? numquid et a suggestionibus malarum cupiditatum? Quae est ergo iustitia nostra? Totum ergo esuriamus, totum sitiamus, et veras divitias, et veram sanitatem, et veram iustitiam. Quae sunt verae divitiae? Caelestis illa mansio in Ierusalem. Quis enim dicitur dives in hac terra? Quando laudatur dives, quid dicitur? Multum dives est, nihil illi deest. Laus certa laudantis illa est: nam ista non est, cum dicitur, Nihil illi deest. Attende si nihil deest. Si nihil cupit, nihil illi deest: si autem adhuc cupit maiora, quam quae habet, ad hoc accesserunt divitiae, ut egestas cresceret. In illa vero civitate verae erunt divitiae, quia ibi nihil nobis deerit; quia nec indigebimus aliqua re, et vera sanitas erit. Quae est vera sanitas? Cum absorpta fuerit mors in victoriam, et cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit inmortalitatem (1 Cor 15,53.54); tunc erit vera sanitas, tunc erit vera et perfecta iustitia, ut nihil mali non solum facere, sed nec cogitare possimus. Modo autem inopes, pauperes, egentes, dolentes suspiramus, gemimus, oramus, levamus oculos ad Deum: quoniam et illi qui felices sunt in hoc mundo, despiciunt nos; abundant enim: et illi qui infelices sunt in hoc saeculo, despiciunt; quia et ipsi abundant, et iustitia est in corde ipsorum, sed falsa. Ideo non perveniunt ad veram, quia repleti sunt falsa. Tu autem ut pervenias ad veram, esto egens et mendicus ipsius iustitiae; et audi Evangelium: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Mt 5,6).

SALMO 123

[ACCIÓN DE GRACIAS POR EL AUXILIO RECIBIDO]

SERMÓN AL PUEBLO

1. [v.1-5]. Sabéis perfectamente, hermanos carísimos, que el cántico de grado es cántico de subida; y que la misma subida no se hace con los pies corporales, sino con los afectos del corazón. Esto os lo he dicho muchísimas veces, y no hay que repetir continuamente lo mismo, a fin de tener tiempo para decir las cosas que aún no se dijeron. También este salmo que oísteis ahora en el cántico se intitula *Cántico de grado.* Este es su título. Luego cantan subiendo; pero unas veces parece que canta uno solo, otras muchos; con todo, los muchos son uno, porque uno es Cristo, y

PSALMUS 123

SERMO AD POPULUM

1 [v.1-5]. Bene iam nostis, fratres charissimi, canticum graduum esse canticum ascensionis nostrae, eamdemque ascensionem non corporis pedibus fieri, sed cordis affectibus. Hoc saepissime insinuavimus vobis; nec eadem saepius repetenda sunt, ut sit locus dicendi quae nondum dicta sunt. Et iste ergo psalmus, quem nunc vobis cantatum audistis, *Canticum graduum* superscribitur. Ipse est titulus eius. Cantant ergo ascendentes: et aliquando tanquam unus cantat, aliquando tanquam multi; quia et multi unus, quia et unus Christus, et in Christo membra

en Cristo los miembros de Cristo forman con Cristo uno, y la Cabeza de todos estos miembros se halla en el cielo. Sin embargo, aunque el Cuerpo trabaja en la tierra, no está separado de su Cabeza, pues la Cabeza mira desde arriba y ampara a su Cuerpo. Si no velase por él, no hubiera dicho al perseguidor que aún era Saulo y no Pablo: *Saulo, Saulo, ¿Por qué me persigues?* Esto lo conocéis perfectísimamente y es comunísimo para vosotros. Pero no se conmemoren con hastío estas cosas para aquellos que las recuerdan, a fin de que por su tolerancia vuelvan a la memoria de aquellos que las olvidaron, pues son saludables y con frecuencia deben ser repetidas. Luego ya cante uno o ya canten muchos, muchos hombres son un solo hombre, porque son la unidad; y Cristo, como dijimos, es uno, y todos los cristianos son miembros de Cristo.

2. Luego ¿qué cantan éstos? ¿Qué cantan estos miembros de Cristo? Aman, y amando cantan; cantan deseando. Algunas veces cantan en la tribulación, otras cantan con regocijo, cuando cantan en esperanza. Nuestra tribulación tiene lugar en el mundo actual, nuestra esperanza se encamina al siglo futuro. Si la esperanza del siglo futuro no nos consolase en la tribulación del presente, pereceríamos. Luego todavía, hermanos, no poseemos nuestro gozo en la realidad, pero sí ya en esperanza. Nuestra esperanza es tan firme como si ya fuese realidad, pues no titubeamos dada la Verdad, que promete. La Verdad no puede engañar ni engañarse; nos conviene unirnos a ella; ella nos liberta si permanecemos en su palabra. Ahora creemos, más tarde veremos. Cuando

Christi cum Christo unum faciunt, et horum omnium membrorum caput in caelo est. Corpus autem etiamsi laborat in terra, non est praecisum a capite suo. Desuper enim caput prospicit, et consulit corpori. Nam si non consuleret, non diceret illi persecutori adhuc Saulo, nondum Paulo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4). Et haec optime nostis, et usitata sunt vobis. Non autem cum fastidio commemorentur eis quibus non exciderunt, ut per eorum patientiam redeant in cor etiam eorum quibus exciderant; salubria sunt enim, et saepius dicenda. Sive ergo unus cantet, sive multi cantent; et multi homines unus homo est, quia unitas est; et Christus, sicut diximus, unus est, et omnes Christiani membra sunt Christi.

2. Quid ergo isti cantant? haec membra Christi qui cantant? Amant enim, et amando cantant, desiderando cantant. Aliquando cum tribulatione cantant, et aliquando exsultando cantant, cum in spe cantant. Tribulatio enim nostra in praesenti saeculo, spes vero nostra de futuro saeculo: et nisi in tribulatione praesentis saeculi consoletur nos spes futuri saeculi, perimus. Gaudium ergo nostrum, fratres, nondum est in re, sed iam in spe. Spes autem nostra tam certa est, quasi iam res perfecta sit: neque enim timemus promittente Veritate. Veritas enim nec falli potest, nec fallere: bonum est ut haereamus illi; illa nos liberat, sed si manserimus in verbo eius. Modo enim credimus, tunc videbimus: cum credimus, spes

creemos, se da la esperanza en este siglo; cuando veamos, se dará la realidad en el futuro, pues veremos cara a cara. Cuando tengamos purificados los corazones, entonces veremos cara a cara: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* Y ¿cómo se purifican si no es por la fe, conforme dice San Pedro en los Hechos de los Apóstoles: *Limpiando con la fe sus corazones?* Luego por la fe se purifican nuestros corazones, para que puedan ser capaces de conseguir la visión. Ahora caminamos por la fe, no por la visión, según dice el Apóstol: *Mientras vivimos en el cuerpo, peregrinamos hacia el Señor.* ¿Y qué significa *peregrinamos? Caminamos*—dice—*por la fe, no por la visión.* Luego quien peregrina y camina por la fe, aún no se halla en la patria, pero ya está en el camino; sin embargo, el que no cree, no está en la patria ni en el camino. Caminemos hallándonos en el camino, puesto que el Rey de la patria es nuestro Señor Jesucristo. En ella es Verdad, aquí Camino. ¿Adónde vamos? A la Verdad. ¿Por dónde vamos? Por la fe. ¿Adónde vamos a Cristo? ¿Por dónde vamos? Por Cristo, pues El dijo: *Yo soy el Camino, la Verdad y la Vida.* En cierta ocasión dijo a los creyentes en El: *Si permaneciereis en mi palabra, seréis mis verdaderos discípulos, y conoceréis la verdad, y la verdad os libertará. Conoceréis*—dice—*la verdad,* pero *si permaneciereis en mi palabra.* ¿En qué palabra? En la que dice el Apóstol: *Lo que os predicamos es la palabra de fe.* Ante todo, se ofrece la palabra de fe. Si permanecemos en esta palabra, conoceremos la verdad, y la verdad nos libertará. La verdad es inmortal, la verdad es inmutable, y la ver-

est in isto saeculo; cum videbimus, res erit in futuro saeculo. Videbimus autem facie ad faciem (1 Cor 13,12): tunc autem videbimus facie ad faciem, cum habuerimus corda mundata. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Mt 5,8). Unde autem corda mundantur, nisi per fidem, sicut Petrus ait in Actibus Apostolorum: *Mundans fide corda eorum* (Act 15,9). Mundantur autem corda nostra per fidem, ut possint esse idonea capere speciem. Ambulamus enim nunc per fidem, nondum per speciem; sicut Apostolus dicit, *Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino.* Et quid est, *peregrinamur? Per fidem enim ambulamus,* inquit, *non per speciem* (2 Cor 5,6.7). Qui ergo peregrinatur, et per fidem ambulat, nondum est in patria, sed iam est in via; qui autem non credit, nec in patria est, nec in via. Sic ergo ambulemus, tanquam in via simus; quia ipse Rex patriae factus est via. Rex patriae nostrae, Dominus Iesus Christus; et ibi veritas, hic autem via. Quo imus? Ad veritatem. Qua imus? Per fidem. Quo imus? Ad Christum. Qua imus? Per Christum. Ipse enim dixit: *Ego sum via, veritas et vita* (Io 14,6). Dixerat autem aliquando credentibus in se: *Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis; et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos* (ib. 8,31 et 32). *Et cognoscetis,* inquit, *veritatem,* sed *si manseritis in verbo meo.* In quo verbo? Sicut dicit Apostolus, *Hoc est verbum fidei quod praedicamus* (Rom 10,8). Primo ergo verbum fidei est; in quo

dad es la Palabra, de la cual se dijo: *En el principio existía el Verbo, la Palabra, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo o la Palabra era Dios.* ¿Y quién ve esto si no es un corazón purificado? ¿Y cómo se purifican los corazones? *Y el Verbo o la Palabra se hizo carne y habitó entre nosotros.* Luego la permanencia del Verbo en sí mismo es la Verdad, a la que nos dirigimos y la que nos liberta; La palabra de fe que se predica, en la cual quiere el Señor que permanezcamos para que conozcamos la verdad, es *el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros.* ¿Crees en Cristo nacido en carne? Llegarás a Cristo nacido de Dios, Dios en Dios.

3. Regocijándose cantan éstos los salmos que leemos. Estos miembros de Cristo cantan alborozados este salmo. ¿Y quién se alboroza aquí si no es en esperanza, conforme dije? Tengamos firme esperanza y cantemos regocijándonos. Pues quienes cantan no son extraños a nosotros, ni tampoco podemos decir que no se halle nuestra voz en este salmo. Oíd como si os oyeseis a vosotros mismos, oíd como si os comtemplaseis en el espejo de las Escrituras. Pues, cuando consideras la Escritura como un espejo, se regocija tu rostro al encontrarte, por el alborozo de la esperanza, semejante a ciertos miembros de Cristo que cantaron estas cosas, pues también tú te hallarás entre estos miembros y cantarás estas cosas. ¿Por qué cantan éstos estas cosas regocijándose? Porque arribaron al puerto. Luego ahora cantamos en esperanza, ya que, cuando estamos aquí y peregrinamos, aún no hemos arribado al puerto. Nos antecedieron ciertamente algunos miembros de aquel

verbo fidei si manserimus, cognoscemus veritatem, et veritas liberabit nos. Veritas immortalis est, veritas incommutabilis est: veritas illud Verbum est de quo dicitur, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* Et quis hoc videt, nisi corde mundato? Unde mundantur corda? *Et verbum caro factum est, et habitabit in nobis* (Io 1,1.14). Quod ergo manet Verbum in se, veritas est ad quam venimus, et quae nos liberat: quod autem praedicatur verbum fidei, in quo nos vult Dominus permanere, ut cognoscamus veritatem; hoc est, *Verbum caro factum est, et habitabit in nobis.* Credis in Christum natum in carne, et pervenies ad Christum natum de Deo, Deum apud Deum.

3. Exsultantes cantant isti quos legimus; membra ista Christi exsultantia cantant psalmum istum. Et quis hic exsultat, nisi in spe, sicut dixi? Et nobis certa sit ipsa spes, et exsultando cantemus. Non enim qui cantant alieni sunt a nobis, aut non in hoc psalmo vox nostra est. Sic audite, tanquam vos ipsos audiatis; sic audite, tanquam in speculo Scripturarum vos ipsos attendatis. Cum enim tanquam speculum attendis Scripturas, exhilaratur facies tua: cum similem te invenies exsultatione spei, membris quibusdam Christi, quae membra ista cantarunt; eris et tu in ipsis membris, et cantabis ista. Cur ergo isti cantant ista exsultando? Quia evaserunt. Ergo spes est in qua cantant. Cum enim hic sumus et peregrinamur, nondum evasimus. Praecesserunt quidem membra quaedam

Cuerpo, al cual pertenecemos, que pueden cantar en verdad. Esto lo cantaron los santos mártires. Ya llegaron al puerto y se hallan en el regocijo con Cristo; ahora esperan recibir los cuerpos ya incorruptibles, los mismos que antes eran corruptibles, en los cuales soportaron los tormentos, por lo que serán para ellos ornato de justicia. Luego tanto ellos en la realidad como nosotros en esperanza, unidos por el afecto a sus premios y deseando la vida que aquí no tenemos, y que no podemos tener si no la hubiéremos deseado aquí, cantemos todos a una y digamos: *A no haber estado el Señor de nuestra parte...* Tendieron la mirada a ciertas tribulaciones, y consideraron, establecidos ya en aquel lugar, en aquella bienaventuranza, en aquella seguridad, por dónde pasaron y a dónde arribaron; y como era difícil salir libres de allí a no ser que les hubiera ayudado la mano del que libera, dijeron regocijados: *A no haber estado el Señor de nuestra parte...* Así comenzaron a cantar. Aún no declararon de dónde escaparon. ¡Tan grande es el regocijo!: *A no haber estado el Señor de nuestra parte.*

4. *Diga ahora Israel: "A no haber estado el Señor de nuestra parte..."* Lo diga, porque ya escapó. Este salmo presenta a la consideración de todos a los liberados, es decir, a los que ya escaparon. Nos establezcamos nosotros y ellos ya triunfantes en el corazón; como si estuviésemos nosotros y ellos allí, a la manera que se dijo en un salmo anterior: *Estando nuestros pies en los atrios de Jerusalén.* Aún no estaban allí, estaban en el camino; y, sin embargo, era tanta la alegría de los que caminaban y tan grande la esperanza de llegar, que, estando todavía en el camino y sufrien-

de corpore illo de quo et nos sumus, quae possunt in veritate cantare. Et hoc cantarunt martyres sancti: iam enim evaserunt, et in exsultatione cum Christo sunt, recepturi corpora iam incorrupta, eadem ipsa quae primo erant corruptibilia, in quibus passi sunt poenas; inde illis fient ornamenta iustitiae. Ergo, sive illi iam in re, sive nos in spe coniungentes affectum coronis eorum, et desiderantes talem vitam qualem hic non habemus, sed habere non poterimus nisi eam hic desideraverimus, cantemus simul omnes, et dicamus: *Nisi quia Dominus erat in nobis.* Respexerunt enim quasdam tribulationes quas passi sunt, et consideraverunt in eo iam loco et in beatitudine et in securitate constituti, qua transierint, quo venerint; et quia difficile erat inde liberari, nisi adesset manus liberantis, in gaudio dixerunt, *Nisi quia Dominus erat in nobis.* Sic coeperunt cantare: nondum dixerunt unde evaserint; tanta exsultatio est: *Nisi quia Dominus erat in nobis.*

4. *Dicat nunc Israel: Nisi quia Dominus erat in nobis.* Nunc dicat, quia iam evasit. Evadentes enim, id est, eos, qui iam evaserunt, constituit intuendos psalmus iste. Constituamus illos et nos in corde iam triumphantes; et tanquam ibi et nos simus, sicut in superiore psalmo dictum est, *Stantes erant pedes nostri in atriis Ierusalem* (Ps 121,2). Nondum ibi erant, sed in via erant: tanta autem laetitia erat festinantium, et tanta perveniendi spes, ut adhuc in via positi et laborantes, iam sibi illic

do, ya les parecía encontrarse establecidos allí. Así también ahora nos imaginemos que ya nos hallamos en aquel triunfo que habrá en el siglo futuro cuando nos mofemos de la muerte liquidada y destruida, cuando digamos: *¿En dónde está, muerte, tu victoria? ¿En dónde está, muerte, tu aguijón?,* ya asociados a los ángeles y regocijándonos con nuestro Rey, que quiso resucitar el primero, aunque no morir el primero. Muchos murieron antes que El, pero nadie resucitó, para no morir, antes que El. Regocijándonos con El también aquí en esperanza y establecidos en el corazón, porque hemos escapado, pensemos de qué nos hemos escapado o evadido; de qué tropiezos, de qué tribulaciones del mundo, de qué persecuciones provenientes de los paganos, de qué engaños dimanados de los herejes, de qué sugestiones diabólicas, de qué ataques de concupiscencias. ¿Quién escaparía de todas estas cosas *a no haber estado el Señor de nuestra parte? Dígalo ahora Israel.* Pues bien, seguro, dice Israel: *A no haber estado el Señor de nuestra parte...* ¿Cuándo? *Al levantarse los hombres contra nosotros.* No es de admirar; fueron vencidos; eran hombres. El Señor estaba con nosotros, no estaba el hombre con nosotros; *los hombres se levantaron contra nosotros.* Sin embargo, unos hombres hubieran abatido a otros hombres a no haber estado entre aquellos hombres que no pudieron ser vencidos, no un hombre, sino el Señor.

5. Luego, *a no tener al Señor de nuestra parte cuando se levantaron los hombres contra nosotros...* ¿Qué os harían los hombres a vosotros que os regocijáis, cantáis y tenéis firmemente asida la bienaventuranza eterna? ¿Qué os harían los hombres que se

constituti viderentur. Sic et nunc ponamus nos in illo triumpho qui erit in futuro saeculo, quando insultabimus morti iam finitae, iam consumptae; quando dicemus, *Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* (1 Cor 15,55), iam coniuncti Angelis, et exsultantes cum Rege nostro, qui primus resurgere voluit, quamvis prior mori noluerit. Multi enim ante illum mortui sunt, sed nemo ante illum resurrexit in aeternum. Exsultantes autem cum illo, etiam ibi spe et corde constituti, quia evasimus, cogitemus quid evasimus, quae scandala, quas tribulationes mundi, quas persecutiones omnium Paganorum, quos dolos omnium haereticorum, quas suggestiones diaboli, quas cupiditatum conflictationes. Omnia ista quis evaderet, *nisi quia Dominus erat in nobis? Dicat nunc Israel;* securus enim dicit Israel, *Nisi quia Dominus erat in nobis.* Quando? *Cum insurgerent homines super nos.* Noli ergo mirari: victi sunt; homines enim erant: Dominus autem erat in nobis, non homo erat in nobis: homines autem insurrexerunt super nos. Sed tamen opprimerent homines alios homines, nisi in his hominibus qui non potuerunt opprimi, non homo esset, sed Dominus.

5. Ergo, *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum insurgerent homines super nos.* Quid enim facerent vobis homines, exsultantibus et cantantibus, et secure tenentibus beatitudinem sempiternam? quid vobis facerent

levantan contra vosotros a no tener de vuestra parte al Señor? ¿Qué os harían? *Quizás nos hubieran tragado vivos. Nos hubieran tragado vivos;* sin matar antes, así hubieran tragado. ¡Oh inhumanos, oh crueles! No tragó de este modo la Iglesia, puesto que se dijo a Pedro: "*Mata" y come;* y no: "Traga vivos." ¿De qué modo Pedro, es decir, la Iglesia, *mata y come* después? ¿De qué modo estos que se levantaron contra nosotros *quizás nos hubieran tragado vivos a no tener de nuestra parte al Señor?* Nadie se incorpora a la Iglesia si antes no es matado. Muere lo que fue para que sea lo que no fue. De otro modo, el que no es matado ni comido por la Iglesia, puede contarse en el número de la multitud que se presenta a los ojos humanos; sin embargo, no puede contarse en el número de la multitud que es conocida por Dios, y de la cual dice el Apóstol: *El Señor conoce a los suyos,* si no es comido; pero no puede ser comido si primero no es matado. Se acerca un pagano; aún vive en él la idolatría; ha de unirse a los miembros de Cristo; para unirse, necesariamente ha de ser comido; pero no puede ser comido por la Iglesia si primeramente no fue matado. Renuncia al siglo, entonces es matado; cree en Dios, entonces es comido. Luego ¿de qué modo aquellos *nos hubieran tragado vivos a no tener de nuestra parte al Señor?* En otro tiempo se levantaron muchos perseguidores, y ahora no faltan. Se levantan uno a uno y alguna vez tragan vivos, pero a aquellos en quienes no está el Señor. Por eso aquéllos dijeron, ante todo, *a no tener de nuestra parte al Señor,* porque muchos en quienes no está el Señor son tragados. Son tragados vivos los que conocen

homines insurgentes in vos, nisi Dominus esset in vobis? quid facerent? *Forsitan vivos absorbuissent nos. Vivos absorbuissent;* non prius occidissent, et sic absorbuissent. O immanes! o crudeles! Non sic absorbet Ecclesia: Petro, *Macta et manduca* (Act 10,13), dictum est; non, Vivos absorbe. Quomodo ergo Petrus, id est Ecclesia, mactat, et sic manducat? et quomodo isti qui exsurrexerunt super nos, *forsitan vivos absorbuissent nos, nisi quia Dominus erat in nobis?* Quia in Ecclesiae corpus nemo intrat, nisi prius occisus. Moritur quod fuit, ut sit quod non fuit. Alioquin, qui non occiditur et non manducatur ab Ecclesia, esse in numero populi potest, qui videtur oculis humanis; in numero autem populi qui cognitus Deo est, de quo dicit Apostolus, *Novit Dominus qui sunt eius* (2 Tim 2,19); non potest esse nisi manducatus, nec manducari poterit, nisi primo mactatus. Venit paganus, adhuc in illo idolatria vivit; inserendus est membris Christi: ut inseratur, necesse est manducetur; sed non potest manducari ab Ecclesia, nisi primo mactatus. Renuntiet saeculo, tunc mactatur; credat in Deum, tunc manducatur. Quomodo ergo illi *vivos absorbuissent nos, nisi quia Dominus erat in nobis?* Surrexerunt enim multi persecutores aliquando, et nunc non desunt. Singillatim insurgunt, et aliquando vivos absorbent, sed in quibus non est Dominus. Ideo ante omnia illi dixerunt, *Nisi quia Dominus erat in nobis;* quia multi absorbentur, in quibus non est Dominus. Hi sunt qui vivi absorbentur, qui sciunt malum esse, et lingua consentiunt. Surrexerunt enim quidam

el mal y consienten a la insinuación. Se levantaron ciertos perseguidores y dijeron a los hombres: "Ofreced incienso a los ídolos; si no lo hacéis, os mataremos". Ellos amaron esta vida, y su dulzura les retuvo; amaron más las cosas que veían en la tierra que aquellas que Dios prometió. Se les mandaba creer las cosas que aún no veían. Reteniendo con más fuerza las que veían, arrojaron de sus corazones al Señor, y, como en ellos no se encontraba el Señor, fueron tragados vivos. ¿Cómo fueron tragados vivos? Ofreciendo incienso a los ídolos, sabiendo que nada es el ídolo. Porque, si hubieran creído que el ídolo era algo, hubieran sido tragados muertos; pero como creyeron que no es nada el ídolo y conocieron que todos aquellos ídolos de los gentiles son vanidad, viven; y, por tanto, cuando ejecutan lo que pretenden los perseguidores, son tragados vivos. Pero lo son porque en ellos no está el Señor. Aquellos en quienes mora el Señor son matados y no mueren. Quienes consienten y viven son tragados vivos y, engullidos, mueren. Sin embargo, los que padecieron y no cedieron en las tribulaciones, se regocijan y dicen: *Diga ahora Israel;* diga regocijándose, diga seguro: *A no tener de nuestra parte al Señor al levantarse los hombres contra nosotros, quizás nos hubieran tragado vivos.*

6. *Al incendiarse su furor contra nosotros.* Sabéis, hermanos, que en uno de los salmos anteriores, precisamente en el primero de los cánticos graduales, el que comenzó a subir pidió auxilio contra la lengua engañosa, diciendo: *Señor, libra a mi alma de labios inicuos y de lengua engañosa.* Pues, cuando comienza el

persecutores, et dixerunt hominibus: Thurificate; si non feceritis, occidimus vos. Illi amaverunt hanc vitam, et dulcedo vitae huius tenuit eos. Non plus dilexerunt ea quae promisit Deus, quam ea quae videbant in terra. Illa enim credere iubebantur, quae nondum videbant, ista quae amabant videbant. Plus retinentes ea quae videbant, excluserunt de cordibus Dominum; et quia non erat in eis Dominus, vivi absorpti sunt. Quid est, vivi absorpti sunt? Thurificando idolis, scientes quia nihil est idolum. Nam si aliquid putarent esse idolum, mortui absorberentur: cum autem putant nihil esse idolum, et noverunt omnia illa Gentilium vana esse, vivunt; et tamen cum faciunt quod volunt persecutores, vivi absorbentur. Sed ideo vivi absorbentur, quia non in eis est Dominus. In quibus autem inest Dominus, occiduntur et non moriuntur. Qui autem consentiunt et vivunt, vivi absorbentur, absorpti moriuntur. Isti autem qui passi sunt, et non cesserunt tribulationibus, exsultant et dicunt, *Dicat nunc Israel;* dicat exsultans, dicat securus, *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum insurgerent homines super nos, forsitan vivos absorbuissent nos.*

6. *Cum irasceretur furor eorum super nos.* Nostis, fratres, in aliquo de superioribus psalmis, in ipso initio canticorum graduum contra linguam subdolam petisse auxilium quemdam, qui coepit ascendere; et dixisse, *Domine, erue animam meam a labiis iniustis, et a lingua dolosa.*

hombre a subir y a aprovechar, en el mismo comienzo de la subida soporta la perversidad de lenguas dolosas; amorosas para arrastrar a la ruina y lisonjeras para insinuar la maldad. "¿Qué haces? (te dicen). ¿Por qué haces esto? ¿No puedes vivir de otro modo? ¿No puedes servir a Dios de otra manera? ¡Tú solo quieres ser lo que otros no son!" Y, si hallas a otros que están contigo, ¿qué dice esta lengua lisonjera y dolosa? "Ve que ellos pudieron; quizás tú no podrás. Lo emprendes, pero desfallecerás. Mejor te hubiera sido no haber empezado que después de empezar desfallecer". Aún lisonjea la lengua dolosa. Si perseveras y vences a la lengua engañosa y halagadora, comienza claramente a serte cruel; la que halagaba para seducir, amenaza para aterrar. Pero, si el Señor está en ti y no echas a Cristo de tu corazón, a la manera que por las saetas agudas y los carbones devastadores venciste las lenguas dolosas, esto es, por las palabras de Dios, con las que se hallaba atravesado tu corazón, y por los ejemplos de los justos, que muertos fueron vivificados, y, siendo pecadores, se convirtieron en justos, como carbones apagados que reviven; a la manera, repito, que venciste con las saetas y los carbones devastadores a los que halagaban con dolo y seducían halagando, así vencerás a estos que ya amenazan airándose, porque no pudieron seducir halagando. Fueron vencidos cuando halagaban, lo sean cuando amenazan. Son vencidos; mas ¿cómo *si no estuviese de nuestra parte el Señor?* Es evidente que tú no venciste, sino que venció Aquel que está en ti. ¿Llevas contigo a un tan excelso Emperador y serás vencido? ¿Por ventura no es el que llevas el

Primo enim cum coeperit homo ascendere et proficere, in ipso exordio ascensionis, linguas dolosas patitur, blandas ad perniciem, blandas ad malam suasionem: Quid facis? quare hoc facis? Aliter enim vivi non potest? serviri aliter Deo non potest? Tu solus es qui vis hoc esse quod alii non sunt! Et si inveneris alios qui tecum sunt, illa blanda et dolosa lingua quid dicit? Ecce illi potuerunt; forte tu non poteris. Aggrederis; deficies: et melius erat non incipere, quam coepisse et defecisse. Lingua dolosa adhuc blanditur. Si perseveraveris, vincitur lingua dolosa et blandiens, incipit esse aperte saeviens; et quae blandiebatur ut seduceret, minatur ut terreat. Sed si Dominus est in te, et non reliqueris de corde tuo Christum; quomodo per sagittas acutas et carbones desolatorios vicisti linguas dolosas (Ps 119,2-4), id est, per verba Dei quibus transfixum erat cor tuum, et per exempla iustorum qui de mortuis vivificati sunt, de peccatoribus facti sunt iusti, quomodo carbones de morte reviviscunt: quomodo ergo illos vicisti sagittis et carbonibus desolatoriis dolose blandientes et blandiendo seducentes; sic istos vincens iam irascendo comminantes, quia blandiendo seducere nequiverunt. Victi sunt cum blandirentur, vincantur et cum minantur. Sed vincuntur, quomodo, *nisi quia Dominus erat in nobis?* Manifestum est quia non vicisti tu, sed ille qui est in te. Imperatorem talem portas, et vinceris? Nonne ille est quem portas, qui dixit, *Ego vici saeculum?* (Io 16,33) nonne prior mo-

mismo que dijo: *Yo vencí al mundo?* ¿No venció primeramente al diablo estando siempre sobre toda criatura, puesto que el Verbo es Dios en Dios? ¿Por qué le venció? Para enseñarte a luchar con el diablo. Con todo, ya adoctrinado, si en ti no estuviese Aquel que primero venció para ti, serías vencido. *A no tener de nuestra parte al Señor al levantarse los hombres contra nosotros, quizás nos hubieran tragado vivos. Cuando su furor se incendiaba contra nosotros;* ya, pues, se enojan, ya claramente se ensañan, *quizás el agua nos hubiera sorbido.* Llama agua a la muchedumbre de pecadores. Veremos también en los siguientes versillos de qué agua se trata. Todo el que consintió a sus insinuaciones fue cubierto por el agua; murió como los egipcios, y no atravesó, a semejanza de los israelitas. Sabéis, hermanos, que el pueblo de Israel pasó a través del agua y que esta misma agua cubrió al pueblo egipcio. *El agua*—dice—*nos hubiera sorbido.*

7. Pero ¿cuál es la propiedad de esta agua? Es un torrente, corre con ímpetu, pero ha de pasar. Se llama torrentes a los ríos que se forman con lluvias repentinas; se hallan dotados de gran violencia; arrastran a todo el que encuentran al paso, a aquel en quien no está el Señor; pues en el que está, su alma atraviesa el torrente. Aún se desliza el torrente, pero el alma de los mártires ya lo pasó. Mientras se desliza este mundo naciendo unos y muriendo otros, persiste el torrente; de este torrente proceden las persecuciones. De aquí bebió primeramente nuestra Cabeza, de quien se dijo en el salmo: *Bebió del torrente en el camino.* Del torrente es aquella agua que simboliza la persecución, de donde bebió

riens vicit diabolum, cum semper esset super omnem creaturam, quia Verbum Deus est apud Deum? Quare vicit, nisi ut te doceret cum diabolo dimicare? Et tamen iam doctus, nisi in te sit ille qui prior tibi vicit, vinceris. *Nisi quia Dominus erat in nobis, dum insurgerent homines super nos, forsitan vivos absorbuissent nos. Dum irasceretur furor ipsorum super nos:* iam irascuntur, iam aperte saeviunt: *forsitan aqua demersisset nos.* Aquam dicit populos peccatores; et videbimus qualem aquam in consequentibus. Quicumque autem coasensisset illis, aqua illum operuisset. Moreretur enim morte Aegyptiorum, non transiret exemplo Israelitarum. Nostis enim, fratres, quia per aquam populus Israelitarum transiit, et ipsa aqua populus Aegyptiorum coopertus est (Ex 14,22-29). *Aqua,* inquit, *demersisset nos.*

7. Sed qualis est ista aqua? Torrens est, fluit cum impetu, sed transitura est. Torrentes enim dicuntur fluvii qui repentinis imbribus crescunt: magnum habent impetum; quisquis incurrerit trahitur, sed in quo Dominus non est; in quo autem Dominus est, transit torrentem anima ipsius. Adhuc fluit torrens, sed iam transiit anima martyrum. Adhuc quamdiu saeculum hoc nascendo et moriendo currit, torrens est: hinc persecutiones, de isto torrente. Hinc bibit ille primus caput nostrum, de quo dictum est in psalmo: *De torrente in via bibit.* De torrente, aqua illa quae significat populum persecutorem, inde bibit ille qui dixit dis-

Aquel que dijo a sus discípulos: *¿Podéis deber el cáliz que yo he de beber? Bebió del torrente en el camino.* ¿Qué significa "bebió en el camino"? Bebió pasando; no se detuvo. Bebió en el camino, porque de El quizás se escribió: *Y no permaneció en el camino de los pecadores.* Bebió atravesando; y, por lo mismo, ¿qué se dijo? *Por eso levantará la cabeza. Bebió*—dice—*del torrente en el camino; por eso levantará la cabeza.* Ya fue elevada nuestra Cabeza, puesto que bebió del torrente en el camino, pues ya padeció nuestro Señor. Luego si ya fue elevada nuestra Cabeza, ¿por qué teme el Cuerpo el torrente? Sin duda, como ya fue levantada la Cabeza, el Cuerpo dirá después: *Nuestra alma pasó el torrente; quizás nuestras alma pasó agua sin sustancia (o consistencia).* Ved a qué agua se refería al decir: *Quizás el agua nos hubiera sorbido.* ¿Cuál es el agua que carece de consistencia o sustancia? ¿Qué significa *sin consistencia o sin sustancia?*

8. Primeramente veamos qué significa: *¿Quizás atravesó nuestra alma?* Los latinos expresaron como pudieron lo que los griegos llaman *ara.* Los códices griegos consignan *ara;* pero como es palabra dubitativa, se expresó en latín por una palabra de duda, por *fortasse,* quizás; mas no significa exactamente esto. Podemos expresarlo en latín por otra palabra menos apropiada, pero más apta a vuestro entender. Lo que los cartagineses llaman *iar,* no leño, sino duda, a esto denominan los griegos *ara,* a lo cual los latinos pueden o suelen decir *putas,* piensas; por ejemplo: "¿Piensas que evité esto?" Si se dice *forsitan evasi,* quizás evité, veis que no suena a latín; pero lo que dije, *putas,* es más usual, pero en

cipulis: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* (Mt 20,22). *De torrente in via bibit.* Quid est, *in via bibit?* Transiens bibit, non haesit. In via bibit; quia de illo forte dictum est, *Et in via peccatorum non stetit* (Ps 1,1). Transiens bibit. Et quid inde dictum est? *Propterea exaltabit caput* (Ps 109,9). *De torrente,* inquit, *in via bibit, propterea exaltabit caput.* Exaltatum est enim iam caput nostrum, quia de torrente in via bibit; passus est enim Dominus noster. Si ergo iam exaltatum est caput nostrum, quid timet corpus torrentem? Sine dubio, quia caput exaltatum est, et corpus dicet postea, *Torrentem pertransiit anima nostra: fortasse pertransiit anima nostra aquam sine substantia.* Ecce qualem aquam dicebat, *Forsitan aqua demersisset nos.* Qualis autem aqua est sine substantia? Quid est, *sine substantia?*

8. Primo quid est, *Forsitan pertransiit anima nostra?* Quomodo potuerunt enim, Latini expresserunt quod Graeci dicunt ἄρα. Sic enim graeca habent exemplaria, ἄρα: quia dubitantis verbum est, expressum est quidem dubitationis verbo, quod est *fortasse;* sed non omnino hoc est. Possumus illud verbo dicere minus quidem latine coniuncto, sed apto ad intelligentias vestras. Quod Punici dicunt, *iar,* non lignum, sed quando dubitant; hoc Graeci, ἄρα: hoc Latini possunt vel solent dicere, Putas, cum ita loquuntur: Putas, evasi hoc? Si ergo dicatur, Forsitan evasi, videtis quia non hoc sonat: sed quod dixi, Putas, usitate dicitur; latine

latín no se dice así. Yo puedo decirlo cuando expongo, pues con frecuencia no empleo palabras genuinamente latinas, para que entendáis. En la Escritura no pudo consignarse lo que no es latín, y, faltando la palabra propia latina, se consignó por ella algo que no daba el significado exacto. Sin embargo, entended como que se dijo: *"Putas" pertransiit anima nostra aquam sine substancia?* "¿Crees que nuestra alma atravesó agua sin sustancia o sin consistencia?" ¿Por qué dicen "crees"? Porque la magnitud del peligro apenas hace creíble que atravesó. Sufrieron una gran mortandad, se hallaron en grandes peligros; de tal modo fueron en absoluto oprimidos, que apenas se les consentía vivir; luego ahora, ya escapados, ya seguros, pero recordando la inmensidad de su peligro, *¿"crees"* —dicen— *que nuestra alma atravesó el agua sin sustancia o sin consistencia?*

9. ¿Cuál es esta agua sin consistencia? El agua de los pecados, la cual no tiene sustancia o consistencia, pues los pecados no tienen sustancia; son indigencia, no sustancia. En esta agua sin sustancia perdió el hijo menor toda su hacienda. Sabéis que el hijo menor se alejó a país extranjero y que dijo al padre: *Dame la parte de la herencia que me pertenece.* ¿Qué es lo que quieres? Mejor se conserva en poder de tu padre; es tuya; quieres despilfarrarla, quieres alejarte. *Dame,* vamos; *dame.* Se la dio; y se marchó a región lejana, y, viviendo licenciosamente con meretrices, perdió toda su hacienda. Se quedó en la miseria. En su indigencia recordó las riquezas de su padre. Si la necesidad no le hubiera impulsado, no hubiera anhelado saciarse. Luego examinen todos los hombres sus pecados y vean si los mismos pecados tienen consistencia o sustancia. ¿Por qué irritó el pecador a Dios? Si no ves tu pecado antes de cometerlo, a lo menos considéralo después de haberlo cometido. El placer de este mundo, que endulza de momento la boca, se convierte en inmensa amargura después. Ve que pecaste al lucrarte. ¿Qué hiciste al perpetrar el lucro? Perpetrando el lucro, ofendiste a Dios. Acrecentando el dinero, disminuyó la fe y creció el oro. ¿Qué perdiste, qué adquiriste? Lo que adquiriste se llama oro; lo que perdiste, fe. Compara la fe con el oro. Si la fe fuese vendible en el mercado, tendría precio. ¿Piensas en tus ganancias y no piensas en tus pérdidas? Por el arca te alegras; por el corazón, ¿no lloras? Tu arca está repleta de no sé qué cosas, pero ve lo que disminuyó tu corazón. Al abrir el arca, encuentras onzas de oro que no existían en ella; bien que te alegres de tener allí lo que antes no había en ella. Contempla el arca del corazón; allí estaba la fe, y ahora no está. Si te alegras por la primera, ¿por qué no lloras por la segunda? Perdiste más que adquiriste. ¿Quieres saber lo que perdiste? Cosas que ni el naufragio te hubiera podido quitar, pues algunas veces se pierden en el mar todas las cosas y salen los hombres desnudos de él. Muchos naufragaron con Pablo; los amantes de este mundo naufragaron y todos salieron desnudos del mar; ellos perdieron todo lo que llevaban consigo, y encontraron también vacío de dones su corazón; San Pablo, por el contrario, llevaba en el corazón el tesoro de su fe; ninguna ola, ninguna borrasca, se la pudo arrancar; salió desnudo del mar, pero rico. Estas son las riquezas que

non ita dicitur. Et potui illud dicere, cum tracte vobis; saepe enim et verba non latina dico, ut vos intelligatis. In Scriptura autem non potuit hoc poni, quod latinum non esset; et deficiente latinitate, positum est pro eo, quod non hoc sonaret. Sic tamen intelligite dici: Putas, *pertransiit anima nostra aquam sine substantia?* Et quare dicunt, Putas? Quia magnitudo periculi vix facit credibile quod evasit. Magnam necem pertulerunt, in magnis discriminibus fuerunt; omnino sic pressi sunt, ut pene vivi consentirent, ut pene vivi absorberentur: iam ergo evadentes, iam securi, sed ipsius periculi magnitudinem recordantes, Putas, inquiunt, *pertransiit anima nostra aquam sine substantia?*

9. Quae est aqua sine substantia, nisi aqua peccatorum sine substantia? Peccata enim non habent substantiam: inopiam habent, non substantiam; egestatem habent, non substantiam. In ista aqua sine substantia, perdidit ille minor filius totam substantiam suam. Nostis enim quia minor filius peregrinatus est, et dixit patri: *Da mihi portionem substantiae quae me contingit.* Quid tibi vis? Melius apud patrem servatur; tua est: dilapidare illam vis; proficisci vis longius. *Da mihi;* sed *da mihi.* Dedit illi. Profectus in regionem longuinquam vivens prodige cum meretricibus, perdidit totam substantiam: egens remansit, porcos pavit; in egestate sua patris divitias recordatur (Lc 15,12-17). Nisi eum egestas pulsasset, illam satietatem non desideraret. Considerent ergo omnes peccata sua, videant si habent substantiam ipsa peccata. Propter quid irritavit Deum peccator? (Ps 9,13). Si non vides peccatum tuum antequam facias, vel iam cum fecisti considera. Dulcedo huius saeculi ad tempus fauces indulcat; in magnam amaritudinem postea convertetur. Ecce peccasti, et lucrum fecisti: quid est, quod fecisti lucrum? Ut lucrum faceres, Deum offendisti, ut augeres pecuniam, fides deminuta est, et aurum crevit. Quid perdidisti, et quid acquisisti? Quod acquisisti, aurum vocatur; quod perdidisti, fides vocatur: compara fidem auro; si venalis esset in nundinis fides, haberet pretium? Lucra tua cogitas, damna tua non cogitas? De arca gaudes, de corde non plangis? Abundat nescio quid in arca tua; sed vide quid imminutum sit in corde tuo. Cum aperueris arcam, invenies solidos qui non erant: bene, quia gaudes esse ibi quod ibi non erat. Attende arcam cordis; erat ibi fides, et non est. Si hac gaudes, quare hac non plangis? Plus perdidisti quam acquisisti. Vis videre quid perdideris? Nec naufragio tibi posset auferri. Nam aliquando perdunt omnia in mari, nudi exeunt. Multi naufragaverunt cum Paulo (Act 27,41): amatores huius saeculi passi sunt naufragium, et nudi omnes exierunt; illi et quod foris habebant amiserunt, et domum cordis sui invenerunt inanem: Paulus autem in corde ferebat patrimonium fidei suae; nullis fluctibus, nullis tempestatibus potuit auferri; nudus exiit, et dives exiit. Tales divitias quaerere debemus. Sed non eas video, dicis mihi. Stulta

por los despiadados y enfurecidos, y viniendo se mostró como médico, pues los médicos, siendo mejores que los enfermos, les sirven con el arte y la curación, ¿cuánto más no debe desdeñarse el hombre en servir al señor de todo corazón, con todo empeño y con todo el amor aun siendo malo? Ved que sirve el mejor al peor, pero temporalmente. Lo que dije del señor y del siervo, entendedlo de las potestades y reyes, de toda autoridad de este mundo. Algunas veces las potestades son buenas, temen a Dios; otras no le temen. El emperador Juliano fue infiel, apóstata, inicuo, idólatra; sin embargo, los soldados cristianos sirvieron a un emperador infiel; pero, cuando se presentaba la causa de Cristo, sólo reconocían por emperador a Aquel que estaba en el cielo. Cuando quería que adorasen a los ídolos, que les ofreciesen incienso, le posponían a Dios. Sin embargo, cuando les decía: "Aprestad el ejército, acometed a aquella nación", al momento le obedecían. Distinguían al Señor eterno del señor temporal y se sometían por el Señor eterno al señor temporal.

8. Pero ¿acontecerá siempre esto, que los iniciuos manden sobre los justos? No será así. Oíd lo que dice este salmo. *Porque no abandonará el Señor la vara de los pecadores sobre la heredad de los justos.* Temporalmente se percibe la vara de los pecadores sobre la heredad de los justos; pero no se la deja allí, no será eternamente. Llegará tiempo en que se reconozca un solo Dios; llegará tiempo en el que, apareciendo Cristo en su esplendor, congregue delante de El a todas las gentes y las divida, como el pastor divide las ovejas de los carneros, poniendo las ovejas a la

quam medicum se exhibuit adveniens (nam et medici et arte et sanitate meliores serviunt aegrotis); quanto magis non debet dedignari homo, ex toto animo, et ex tota bona voluntate, cum tota dilectione servire domino etiam malo? Ecce servit melior deteriori, sed ad tempus. Quod autem dixi de domino et servo, hoc intelligite de potestatibus et regibus, de omnibus culminibus huius saeculi. Aliquando enim potestates bonae sunt, et timent Deum; aliquando non timent Deum. Iulianus exstitit infidelis imperator, exstitit apostata, iniquus, idololatra: milites christiani servierunt imperatori infideli; ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in caelo erat. Si quando volebat ut idola colerent, ut thurificarent; praeponebant illi Deum: quando autem dicebat, Producite aciem, ite contra illam gentem; statim obtemperabant. Distinguebant dominum aeternum a domino temporali; et tamen subditi erant propter dominum aeternum, etiam domino temporali.

8. Sed numquid sic erit semper, ut iniqui imperent iustis? Non sic erit. Videte enim quid dicat iste psalmus: *Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Sentitur ad tempus virga peccatorum super sortem iustorum; sed non ibi relinquitur, non erit in aeternum. Veniet tempus, quando unus agnoscatur Deus; veniet tempus, quando Christus in claritate sua apparens congreget ante se omnes gentes, et dividat eas, sicut dividit pastor haedos ab ovibus:

derecha, y los carneros a la izquierda. Allí veréis muchos siervos entre las ovejas, y muchos señores entre los carneros; y, asimismo, muchos señores entre las ovejas, y muchos siervos entre los carneros. No porque consolé así a los siervos son buenos todos ellos, o porque corregí así la soberbia de los señores son malos todos ellos. Hay fieles que son buenos señores, y también los hay malos; hay fieles que son siervos buenos, y también los hay malos. Pero, cuando los siervos buenos sirven a los malos señores, los toleran por tiempo, *porque el Señor no abandonará la vara de los pecadores sobre la heredad de los justos.* ¿Por qué esto? *Para que los justos no alarguen sus manos a la iniquidad,* es decir, no se entreguen a la maldad. Por tanto, soporten los justos temporalmente a los inicuos dominadores y entiendan que esto no es eterno, y, por lo mismo, se preparen para poseer la heredad sempiterna. ¿Qué heredad? Aquella en la que se destruirá toda potestad y potentado para que Dios esté en todas las cosas. Reservándose para esto, contemplando esto con amor y conservándose en la fe para ver eternamente, *no alargan sus manos a la iniquidad.* Porque, si viesen que siempre se halla sobre la heredad de los justos la vara de los pecadores, recapacitarían y dirían: "¿De qué me aprovecha ser justo? ¿Siempre ha de dominarme el inicuo y yo siempre he de ser siervo? Cometeré yo también la iniquidad, porque de nada me sirve conservar la justicia." Para que no diga esto, le insinúa la fe que temporalmente puede hallarse la vara de los inicuos sobre la heredad de los justos, pues *el Señor no la abandona sobre la heredad de los justos, para que no alarguen los justos sus ma-*

oves ponet ad dexteram; haedos ad sinistram (Mt 25,32.33). Et videbis ibi multos servos inter oves, et multos dominos inter haedos; et rursus multos dominos inter oves, multos servos inter haedos. Non enim quia sic consolati sumus servos, omnes servi boni sunt; aut quia sic repressimus superbiam dominorum, omnes domini mali sunt. Sunt boni fideles domini, et sunt mali: sunt boni fideles servi, et sunt mali. Sed quandiu servi boni serviunt malis dominis, ferant ad tempus: *Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Quare hoc? *Ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas:* ut ad tempus ferant iusti iniquos dominantes, et intelligant non esse hoc sempiternum, sed praeparent se ad possidendam sempiternam haereditatem. Quam haereditatem? Ubi destruetur omnis potentatus, et omnis potestas, ut sit Deus omnia in omnibus (1 Cor 15,28). Ad hoc se servantes, et hoc corde contemplantes, et adhuc in fide retinentes, et ut videant perdurantes, *non* extendunt *manus suas in iniquitatem.* Nam si videant quia semper est virga peccatorum super sortem iustorum, cogitant apud se, et dicunt: Quid mihi prodest quia iustus sum? Semper mihi dominabitur iniquus, et semper servus ero? Faciam ergo et ego iniquitatem; quia nihil prodest tenere iustitiam. Ne autem hoc dicat, insinuatur illi fides, quia ad tempus potest esse virga peccatorum super sortem iustorum: *non* eam *relinquet Dominus super sortem iustorum, ut non extendant iusti in iniquitatem manus suas;* sed teneant ab iniquitate manus suas, et ferant iniqui-

nos a la iniquidad, sino que se abstengan de ella, y la soporten, y no la cometan. Mejor es tolerar la injusticia que cometerla. ¿Por qué no permanecerá siempre? *Porque el Señor no abandonará la vara de la iniquidad sobre la heredad de los justos.*

9 [v.4-5]. Esto piensan los rectos de corazón, de los cuales dije poco antes que hacen la voluntad de Dios, no la suya. Los que quieren seguir a Dios, le hacen preceder y ellos le siguen; no anteceden ellos y les sigue Dios, pues en todas las cosas le encuentran bueno, ya corrija, consuele, ejercite, corone, purifique o ilumine, conforme dice el Apóstol: *Sabemos que a los que aman a Dios, todas las cosas les cooperan en bien;* y, por lo mismo, prosigue el salmista: *Haz bien, Señor, a los buenos y a los rectos de corazón.*

10. Como el recto de corazón se aparta de lo malo y hace lo bueno, porque no envidia a los pecadores al contemplar la paz de los inicuos, así el de corazón perverso, que tropieza en los caminos del Señor, se aparta de Dios y obra el mal; y, siendo seducido por el deleite del mundo y enlazado y cautivado por él, expía con penas amargas. La falsa felicidad de los males se convierte, por el juicio de Dios, en verdadero lazo para el que se aparta de Dios no queriendo soportar su disciplina. De aquí que añade a continuación: *Y a los que se inclinan al extorsionamiento los llevará el Señor con los que obran iniquidad;* es decir, con aquellos cuyos hechos imitaron, porque amaron los placeres actuales de éstos y no creyeron en los suplicios futuros. Los rectos de corazón, que no se ladean, ¿qué poseerán? Tornemos ya, hermanos, a la misma heredad, puesto que somos hijos. ¿Qué poseeremos? ¿Cuál es la heredad? ¿Cuál nuestra patria? ¿Cómo se llama? Paz. Por ella os congratulo; ésta os anunciamos; ésta es la que reciben los montes, al par que los collados la justicia. Ella es Cristo, *pues El*—dice San Pablo—*es nuestra paz; el cual hizo de dos pueblos uno y derribó la muralla de división.* Porque somos hijos poseemos heredad. ¿Cómo se llama esta heredad? Paz. Ved, pues, que los desheredados no aman la paz; no aman la paz, porque dividen la unidad. La paz es la posesión de los piadosos, la posesión de los herederos. ¿Quiénes son los herederos? Los hijos. Oíd el Evangelio: *Bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios.* Oíd, asimismo, la conclusión de este salmo: *La paz sobre Israel.* Israel significa *el que ve a Dios,* y Jerusalén, *visión de paz.* Entiéndalo bien vuestra caridad: Israel significa *el que ve a Dios,* y Jerusalén, *visión de paz. ¿Quiénes no se conmoverán eternamente? Los que habitan en Jerusalén.* Luego no se conmoverán eternamente los que habitan en la visión de paz. *Y la paz sobre Israel.* Luego siendo Israel el que ve a Dios, es asimismo el que ve la paz. Y también el mismo Israel es Jerusalén, porque el pueblo de Dios es la misma ciudad de Dios (o sea Jerusalén). Luego si *el que ve la paz* es lo mismo que *el que ve a Dios,* con razón Dios es también la paz. Luego como Cristo, Hijo de Dios, es la paz, por eso vino a recoger a los suyos y a apartarlos de los inicuos. ¿De qué inicuos? De aquellos que odiaron a Jerusalén, que odiaron la paz, que quieren desgarrar la unidad, que no creen a la Paz, que anuncian la falsa paz al pue-

tatem, non faciant. Melius est enim iniustitiam ferre quam facere. Unde non semper erit? *Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.*

9 [v.4,5]. Hoc cogitant qui recti sunt corde, de quibus paulo ante dixi, qui voluntatem Dei sequuntur, non voluntatem suam. Sed qui sequi Deum volunt, faciunt illum praecedentem, et se sequentes; non autem se praecedentes, et illum sequentem: et in omnibus eum bonum inveniunt, sive emendantem, sive consolantem, sive exercentem, sive coronantem, sive purgantem, sive illuminantem, sicut Apostolus ait, *Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum* (Rom 8,28). Et ideo sequitur, *Benefac, Domine, bonis et rectis corde.*

10. Sicut autem declinat a malo, et facit bonum rectus corde (Ps 36,27), quia non zelat in peccatoribus, pacem peccatorum intuens (Ps 72,3); sic pravi cordis, qui scandalizatur in viis Domini, declinat a Deo, et facit malum, et inescatur dulcedine saeculi, et ea illaqueatus et captus amaras poenas luit. Declinanti autem a Deo, cuius disciplinam ferre noluit, fit illi per iudicium Dei verus laqueus falsa malorum felicitas. Unde continuo subiungit: *Declinantes autem in strangulationem abducet Dominus cum operantibus iniustitiam:* id est, quorum facta imitati sunt; quia eorum praesentes laetitias amaverunt, et futura supplicia non crediderunt. Qui ergo recti sunt corde, et non declinant, quid habebunt? Iam veniamus ad ipsam haereditatem, fratres, quia filii sumus. Quid possidebimus? quae est haereditas? quae patria nostra? quid vocatur? Pax. Per hanc vos salutamus, hanc vobis annuntiamus, hanc suscipiunt montes, et colles iustitiam (Ps 71,3). Ipsa est Christus: *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvit* (Eph 2,14). Quia filii sumus, haereditatem habebimus. Et quid vocabitur ipsa haereditas, nisi pax? Et videte quia exhaeredati sunt qui non amant pacem: non autem amant pacem, qui dividunt unitatem. Pax possessio piorum est, possessio haeredum. Et qui sunt haeredes? Filii. Audite Evangelium: *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur* (Mt 5,9). Audite et conclusionem huius psalmi: *Pax super Israel.* Israel, Videns Deum; Ierusalem, Visio pacis interpretatur. Intelligat Charitas vestra: Israel interpretatur, Videns Deum; Ierusalem interpretatur, Visio pacis. *Qui non commovebuntur in aeternum? Qui inhabitant Ierusalem.* Non commovebuntur ergo in aeternum, qui inhabitant visionem pacis. Et *pax super Israel.* Ergo Israel qui videns Deum est, videns pacem est: et ipse Israel est et Ierusalem; quia populus ille Dei, ipsa est civitas Dei. Si ergo videns pacem, hoc est videns Deum; merito et Deus ipse est pax. Ergo quia Christus Filius Dei pax est, ideo venit colligere suos, et secernere ab iniquis. A quibus iniquis? Qui oderunt Ierusalem, qui oderunt pacem, qui volunt conscindere unitatem, qui

blo y no tienen la paz. Cuando éstos dijeren: "La paz sea con vosotros", y se les responda: "Con tu espíritu", les diremos que hablan falsamente y oyen también lo que es falso. ¿A quiénes dicen: "La paz sea con vosotros"? A los que apartan de la paz que posee el orbe de la tierra. ¿Y a quiénes se contesta: "Y con tu espíritu"? A los que se entregan a las disensiones y odian la paz. Si hubiese paz en su espíritu, ¿por ventura no amarían la unidad y abandonarían la discordia? Luego anunciando lo falso, oyen lo falso. Nosotros anunciemos lo verdadero y oigamos la verdad. Seamos Israel y abracemos la paz, porque Jerusalén es visión de paz y nosotros somos Israel, y *la paz (está) sobre Israel.*

SALMO 125

[PETICIÓN DE LA PLENA RESTAURACIÓN]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. Como recordaréis, conforme al orden de la exposición, este salmo es el 125, y se halla entre los salmos que llevan por título *Cántico de grado,* palabra que ya sabéis es de los que suben. ¿Adónde? A la celestial Jerusalén, madre de todos nosotros, la cual se halla en el cielo. Ella es celeste y también eterna. La que existió en la tierra era sombra de ella. Así, pues, ésta pereció, aquélla permanece. Esta cumplió su cometido temporal predicando, aquélla posee la eternidad de nuestra salud; por ella peregrinamos en esta vida y suspiramos por su vuelta, y hasta

non credunt paci, qui falsam pacem pronuntiant in populo, et non illam habent. Quibus respondetur, cum dixerint, Pax vobiscum, Et cum spiritu tuo: falsum dicunt, et falsum audiunt. Quibus dicunt, Pax vobiscum? quos separant a pace orbis terrarum. Et quibus dicitur, Et cum spiritu tuo? Qui dissensiones amplectuntur, et odiunt pacem. Si enim in spiritu eorum esset pax, nonne unitatem diligerent, et relinquerent disssensionem? Falsum ergo pronuntiantes, falsum audiunt. Nos verum pronuntiemus, et verum audiamus. Simus Israel, et amplectamur pacem; quia Ierusalem est visio pacis, et nos Israel, et *pax super Israel.*

PSALMUS 125

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1]. Sicut iam meministis, ex ordine nobis tractantibus iste psalmus est centesimus vicesimus quintus, qui inter illos psalmos est, quorum est titulus, *Canticum graduum.* Est autem, sicut nostis, vox ascendentium: quo, nisi ad illam supernam Ierusalem, matrem omnium nostrum, quae est in caelis? (Gal 4,26). Quae superna est, ipsa et aeterna: haec autem quae in terra fuit, umbram habebat illius. Itaque ista cecidit, illa permanet: haec implevit tempus praedicationis, illa tenet aeternitatem nostrae reparationis. Ab illa peregrinamur in hac vita, ad

que volvamos a ella somos miserables y nos hallamos afligidos. Sin embargo, nuestros conciudadanos los ángeles no nos abandonaron en esta peregrinación, sino que nos anunciaron que había de venir el mismo Rey a nosotros. Vino a nosotros, y fue despreciado entre nosotros por nosotros; y después lo fue con nosotros, y nos enseñó a ser despreciados, porque El fue despreciado; nos enseñó a tolerar, porque El toleró; a padecer, porque El padeció; y nos prometió que habríamos de resucitar, porque El resucitó, demostrando en sí mismo qué debíamos esperar. Luego, hermanos, si los antiguos profetas, nuestros padres, suspiraban por aquella ciudad antes de que nuestro Señor Jesucristo viniese en carne, antes de que muerto resucitase y subiese al cielo, ¿cuánto mas nos conviene desear a nosotros aquella ciudad adonde El nos precedió y de donde jamás se apartó? Pues no vino el Señor a nosotros apartándose de los ángeles; permaneció con ellos y vino a nosotros; con ellos permaneció en la divinidad y vino a nosotros en la carne. ¿En dónde nos hallábamos? Si El se llama nuestro Redentor, estábamos cautivos. ¿En dónde nos hallábamos para que El viniese a redimir a los cautivos? ¿En dónde nos hallábamos? ¿Quizás entre los bárbaros? Peor que los bárbaros son el diablo y sus ángeles. Ellos anteriormente se habían apoderado del género humano; de ellos nos redimió el que no dio oro ni plata por nuestro rescate, sino su propia sangre.

2. Preguntemos al apóstol San Pablo de qué modo vino a parar el hombre en la cautividad, puesto que él gime de modo especial en esta cautividad, suspirando por la eterna Jerusalén,

eius reditum suspiramus: tamdiu miseri et laborantes, donec ad illam redeamus. Nec cives nostri Angeli dimiserunt nos in peregrinatione, sed annuntiaverunt nobis ipsum Regem venturum ad nos. Et venit ad nos, et contemptus est inter nos a nobis, et postea nobiscum: et docuit nos contemni quia contemptus est; docuit tolerare, quia toleravit; docuit pati, quia passus est; et promisit resurrecturos, quia resurrexit, in seipso ostendens quid sperare debeamus. Si ergo, fratres, Prophetae antiqui, patres nostri, antequam Dominus Iesus Christus veniret in carne, antequam mortuus resurrexisset et ascendisset in caelum, suspirabant tamen illi civitati; quantum nos oportet desiderare, quo nos ipse praecessit, et unde numquam recessit? Non enim Dominus sic venit ad nos, ut desereret Angelos: et illis mansit, et ad nos venit; illis mansit in maiestate, ad nos venit in carne. Eramus autem ubi? Si redemptor noster ille dicitur captivi tenebamur. Ubi ergo tenebamur, ut ille veniret redimere captivos? ubi tenebamur? Forte apud barbaros? Peior est barbaris diabolus et angeli eius. Ipsi antea tenebant genus humanum: ab eis redemit nos, qui non aurum neque argentum, sed sanguinem suum pro nobis dedit.

2. Quomodo autem homo venerat in captivitatem, Paulum apostolum interrogemus. Etenim ipse praecipue gemit in ista captivitate, suspirans aeternae Ierusalem; et docuit nos gemere ex ipso Spiritu quo et

y asimismo nos enseña a gemir por el mismo Espíritu, por el que El, estando lleno, gemía, pues dice esto: *Todo lo creado gime y a una se duele hasta el presente;* y también: *Todo lo creado está sometido a la vanidad; no espontáneamente, sino por Aquel que lo sometió en esperanza.* Todo lo creado, dijo, gime como criatura en trabajos en los hombres, aun en los no creyentes, pero que han de creer. Pues ¿acaso sólo gime en estos que todavía, no han creído y no gime y se duele lo creado en aquellos que creyeron? *No sólo también ellos*—dice—, *sino y nosotros, que tenemos las primicias del espíritu,* es decir, que ya servimos a Dios en espíritu, que ya creemos a Dios con la mente y que dimos ciertas primicias en la misma fe para seguir a nuestras primicias. Luego *también nosotros mismos gemimos dentro de nosotros esperando la adopción y la redención de nuestro cuerpo.* Luego gemía también él y gimen todos los restantes fieles esperando la adopción y la redención de su cuerpo. ¿En dónde gimen? En esta mortalidad. ¿Qué redención esperan? La de su cuerpo, la cual antecedió en el Señor, que resucitó de entre los muertos y subió al cielo. Antes de que se nos conceda esto es necesario que gimamos aún los fieles, aún los que esperan. Por eso prosigue allí el Apóstol y dice cuando escribe: *Y nosotros, dentro de nosotros mismos, gemimos esperando la adopción y la redención de nuestro cuerpo.* Pero como si se le dijese: "¿De qué te aprovechó Cristo, si aún gimes?"; y: "¿Cómo te libertó el Salvador, siendo así que el que gime aún se halla enfermo?", añade y dice: *Por la esperanza hemos sido salvados. Y la esperanza que se ve no es esperanza; porque lo que uno ve, ¿a qué lo espera? Si, pues, lo que no vemos esperamos, con paciencia aguardamos.* Ved por qué y cómo gemimos. ¿Cómo? Mirad: lo que esperamos, ciertamente lo aguardamos, pero aún no lo tenemos; como deseamos lo que aún no tenemos, hasta que lo tengamos suspiramos en el tiempo. ¿Por qué? *Porque por la esperanza hemos sido salvados.* La carne que tomó de nosotros el Señor no fue salvada en esperanza, sino en realidad. Nuestra carne ya salvada resucitó y subió al cielo en nuestra Cabeza; en los miembros aún ha de ser salvada. Se alegren con seguridad los miembros, porque no fueron abandonados por su Cabeza. Ella dijo a los miembros afligidos: *Ved que yo estaré con vosotros hasta la consumación de los siglos.* Así aconteció para que nos encaminemos a Dios. Unicamente teníamos puesta la esperanza en el siglo; de aquí que éramos siervos desgraciados, y doblemente desgraciados, porque habíamos puesto la esperanza en esta vida, teniendo el rostro vuelto al mundo, y la espalda contra Dios. Pero, al volvernos el Señor para que empecemos a tener el rostro vuelto a Dios, y la espalda al mundo, los que aún estamos en el camino ponemos, sin embargo, la mirada hacia la patria; y, cuando quizás soportamos alguna tribulación, retenemos el camino y somos transportados por el Leño. El viento ciertamente es desapacible, pero próspero; es molesto, trabajoso, pero pronto arrastra, pronto lleva al puerto. Como gemíamos por nuestra cautividad, así gimen también los que ya creyeron. Nos olvidamos cómo nos hicimos cautivos, pero nos lo recuerda la Escritura. Preguntemos al mismo

ille impletus gemebat. Hoc enim ait: *Omnis creatura congemiscit et dolet usque nunc.* Et iterum: *Vanitati enim creatura subiecta est,* ait, *non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe.* Omnem creaturam dixit in hominibus etiam non credentibus, sed tamen credituris, ingemiscere creaturam in laboribus. Numquidnam in his tantum gemit, qui nondum crediderunt? iam vero in his qui crediderunt non gemit, nec parturit creatura? *Non solum autem,* inquit, *sed et nos ipsi primitias spiritus habentes,* id est, qui iam spiritu Deo servimus, qui iam mente Deo credidimus, et in ipsa fide primitias quasdam dedimus, ut primitias nostras sequamur: ergo *et nos ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri.* Gemebat ergo et ipse, et gemunt omnes fideles, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis sui. Ubi gemunt? In ista mortalitate. Quam redemptionem exspectant? Corporis sui, quae praecessit in Domino, qui resurrexit a mortuis, et ascendit in caelum. Hoc nobis antequam reddatur, necesse est gemamus, etiam fideles, etiam sperantes. Ideo sequitur ibi, et dicit; cum diceret, *Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri;* quasi diceretur ei, Quid tibi ergo profuit Christus, si adhuc gemis; et quomodo Salvator salvum te fecit? qui gemit, adhuc aegrotat: subiunxit et ait, *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* (Rom 8,20-25). Ecce quare gemimus, et quomodo gemimus; quia quod speramus, iam quidem exspectamus, sed nondum tenemus, et donec teneamus, in tempore suspiramus, quia desideramus, quod nondum tenemus. Quare? Quia *spe salvi facti sumus.* Iam caro sumpta de nobis in Domino, non spe, sed re salva facta est. Resurrexit enim et ascendit in capite nostro caro nostra salva; in membris adhuc salvanda est. Secura gaudeant membra, quia a capite suo non sunt deserta. Dixit enim membris laborantibus: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi* (Mt 28,20). Ita factum est ut converteremur ad Deum. Spem enim non habebamus, nisi ad saeculum; et inde servi miseri, et bis miseri, quia et in hac vita spem posueramus, et faciem habentes ad saeculum, dorsum contra Deum. Cum vero converterit nos Dominus, ut iam incipiamus faciem habere ad Deum, et dorsum ad saeculum, qui adhuc in via sumus, tamen patriam attendimus; et quando forte aliquam tribulationem patimur, sed tamen tenemus viam, et ligno portamur; asper quidem ventus, sed ventus prosper est; cum labore quidem, sed cito ducit, cito perducit. Quia ergo de captivitate nostra gemebamus, gemunt autem et illi qui iam crediderunt; quomodo autem facti sumus captivi, obliti fuimus, sed per Scripturam commemoramur: Paulum ipsum Apostolum interrogemus; ait enim, *Scimus enim quia lex*

apóstol San Pablo, y nos dirá: *Sabemos que la ley es espiritual; pero yo carnal, vendido por esclavo al pecado.* Ved cómo, por haber sido vendidos al pecado, fuimos hechos cautivos. ¿Quién nos vendió? Nosotros mismos consintiendo al seductor. Pudimos vendernos, mas no podemos redimirnos. Nos vendimos consintiendo al pecado, nos redimimos por la fe de la justicia. El Inocente dio la sangre por nosotros para redimirnos. El (seductor) derramó cualquier sangre persiguiendo a los justos. ¿Qué sangre derramó? La de los justos ciertamente, la de los profetas, nuestros padres; la de los justos y los mártires; sin embargo, toda ella procedía de la propagación del pecado. Pero derramó una sangre especial: la de Aquel que no fue justificado, sino que nació justo. Por el derramamiento de esta sangre perdió a los que retenía. Aquellos por los que el Inocente dio su sangre fueron redimidos; y, vueltos de la cautividad, cantan ya este salmo.

3. *Cuando el Señor devolvía la cautividad a Sión, fuimos como consolados.* Con esto quiso decir: nos alegró. ¿Cuándo? *Cuando el Señor devolvía los cautivos a Sión.* ¿Qué Sión es ésta? La misma Jerusalén es también la Sión eterna. ¿Cómo fue eterna, cómo fue cautiva Sión? Eterna en los ángeles, cautiva en los hombres. Pues no todos los moradores de aquella ciudad fueron hechos cautivos, sino los que salieron de allí fueron los únicos cautivos. El hombre es ciudadano de Jerusalén; pero, vendido al pecado, se hizo peregrino. El género humano nació de su propagación, y así la cautividad llenó la tierra de Sión. ¿Cómo fue sombra de aquella Jerusalén esta cautividad de Sión? La sombra de aquella Sión, que recibieron los judíos en figura, fue el simbolismo de la cautividad de Babilonia, (de la cual) después de setenta años vuelve el pueblo a su ciudad. Los setenta años simbolizan todo el tiempo, el cual se desenvuelve en siete días. Tan pronto como haya transcurrido todo el tiempo, volveremos también nosotros a nuestra patria, así como aquel pueblo volvió de la cautividad de Babilonia después de los setenta años. Babilonia es este mundo, pues Babilonia significa "confusión". Y ved si no es una confusión toda la vida humana. Todo lo que los hombres hacen con esperanza vana, al darse cuenta de lo que ejecutan, se avergüenzan. ¿Por qué trabajan? ¿Para quién trabajan? "Para mis hijos", dicen. Y éstos, ¿para quiénes? Para sus hijos. Y éstos, ¿para quiénes? También para sus hijos. Luego nadie para sí. De esta confusión o Babilonia ya habían regresado aquellos a quienes el Apóstol dice: *¡Qué vana ostentación no mostrabais en las cosas de las que os sonrojáis ahora!* Luego toda esta vida de los negocios humanos, que no pertenecen a Dios, es una confusión. En esta confusión, en esta Babilonia, se hallaba cautiva Sión; pero el Señor libró de la cautividad a Sión.

4. *Et facti sumus sicut consolati* (y fuimos como consolados), es decir, nos alegramos como los que reciben consuelo. El consuelo se ofrece a los desgraciados, se consuela a los que gimen y lloran. ¿Por qué fuimos consolados? Porque aún gemimos. Gemimos en realidad, somos consolados en esperanza; cuando hubiere pasado la realidad, llegará, procediendo del gemido, el gozo eterno, en donde no se necesitará consuelo, porque no nos afligirá

spiritualis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato (Rom 7,14). Ecce unde facti sumus captivi, quia venundati sumus sub peccato. Quis nos vendidit? Nos ipsi, qui consensimus seductori. Vendere nos potuimus, redimere nos non possumus. Vendidimus nos consensione peccati, redimimur in fide iustitiae. Sanguis enim innocens datus est pro nobis, ut redimeremur. Quemcumque sanguinem ille fudit persequendo iustos, qualem sanguinem fudit? Iustorum quidem sanguinem fudit; Prophetarum, patrum nostrorum, iustorum sanguinem fudit et martyrum: tamen omnes de propagine peccati venientes. Unum sanguinem fudit eius qui non iustificatus, sed iustus natus est: illo sanguine fuso, perdidit quos tenebat. Pro quibus enim datus est innocens sanguis, redempti sunt; et conversi a captivitate, cantant istum psalmum.

3. *Cum converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Hoc voluit dicere, Facti sumus gaudentes. Quando? *Cum converteret Dominus captivitatem Sion.* Quae Sion? Ipsa Ierusalem, et aeterna Sion. Quomodo aeterna Sion, quomodo captiva Sion? In angelis aeterna, in hominibus captiva. Non enim omnes illius civitatis cives captivi sunt; sed qui inde peregrinantur, ipsi captivi sunt. Homo civis est Ierusalem, sed venditus sub peccato, factus est peregrinus. De propagine ipsius natum est genus humanum, et implevit terras captivitas Sion. Et ista captivitas Sion quomodo umbra illius Ierusalem? Umbra illius Sion quam acceperunt Iudaei in imagine, in figura fuit in captivitate in Babylonia, et post septuaginta annos rediit ille populus ad civitatem suam (Ier 29,10; et 1 Esdr 1). Septuaginta anni significant omne tempus quod septem diebus volvitur: cum autem transierit omne tempus, tunc redimus et nos ad patriam nostram; quomodo ille populus post septuaginta annos rediit a captivitate Babyloniae. Babylonia est enim mundus iste: Babylonia enim interpretatur, Confusio. Videte si non est confusio tota vita humana. Quidquid agunt homines in spe vana, quando cognoverint quid agunt, erubescunt. Quare laborant? cui laborant? Filiis meis, inquit. Et ipsi cui? Filiis suis. Et ipsi quibus? Filiis suis. Nemo ergo sibi. Ab ista ergo confusione iam conversi erant, quibus dicit Apostolus: *Quam enim gloriam habebatis in his, in quibus nunc erubescitis?* (Rom 6,21). Confusio ergo est ista tota vita rerum humanarum, non pertinens ad Deum. In hac confusione, in ista Babylonia, captiva tenetur Sion: sed convertit Dominus captivitatem Sion.

4. *Et facti sumus,* inquit, *sicut consolati:* id est, gavisi sumus, tanquam consolationem accipientes. Consolatio non est nisi miserorum, consolatio non est nisi gementium, lugentium, Quare *quasi consolati,* nisi quia adhuc gemimus. Gemimus in re, consolamur in spe: cum transierit res, de gemitu gaudium veniet aeternum, ubi non opus erit consolatione, quia nulla miseria sauciabimur. Quare autem *velut consolati* ait,

desgracia alguna. ¿Por qué dice *como consolados* y no, a secas, "consolados"? No siempre esta palabra *sicut,* como, significa semejanza. La palabra *sicut,* unas veces se refiere a la naturaleza o calidad, otras a la semejanza; aquí se refiere a la calidad. Pero han de ofrecérsenos ejemplos del común modo de hablar para que fácilmente lo entendamos. Cuando decimos: *Sicut vixit pater* (como vive el padre), vive el hijo, lo expresamos denotando semejanza. Asimismo, *sicut pecus moritur* (como muere el animal), del mismo modo muere el hombre, indica semejanza. Sin embargo, cuando decimos: *Fecit sicut vir bonus* (obró como hombre bueno), ¿acaso no es hombre bueno, sino es semejanza de hombre bueno? Asimismo: *Fecit tanquam iustus* (lo hizo como justo), este *tanquam* no niega que sea justo, sino que demuestra la cualidad o propiedad del hombre. Obraste *sicut* (como) un senador. Que diga éste: "No soy senador"; precisamente porque lo eres, obraste como un senador; así también, porque eres justo, obraste como justo, y, porque eres bueno, obraste como bueno. Luego como éstos verdaderamente estaban consolados *sicut consolati,* como consolados se alegraban, es decir, su gozo era grande, como de consolados, consolando el que murió a los que habían de morir. Todos gemimos al morir; el que murió consoló para que no temiésemos morir. El resucitó primero para que tuviésemos de qué esperar. Al resucitar primero El, nos dio esperanza. Como nos hallábamos en la desgracia, fuimos consolados con la esperanza, y de aquí se originó un gran gozo. El Señor nos libertó de la cautividad para que, a partir de la liberación,

et non ait, consolati? Non semper quasi ad similitudinem ponitur hoc verbum, *sicut:* quod dicimus, *sicut,* aliquando ad proprietatem refertur, aliquando ad similitudinem; modo ad proprietatem relatum est. Sed exempla nobis etiam de communi locutione hominum danda sunt, ut facile intelligatur. Quando dicimus, Sicut vixit pater, ita et filius; ad similitudinem hoc dicimus: et, Sicut pecus moritur, ita homo moritur; ad similitudinem hoc dicitur. Quando autem dicimus, Fecit sicut vir bonus; numquid non est vir bonus, sed similitudinem habet viri boni? Fecit tanquam iustus; hoc tanquam, non negat cum iustum esse, sed proprietatem eius ostendit. Fecisti sicut senator: Ergo non sum senator, si dicat: Imo quia es, sicut senator fecisti; et quia iustus es, sicut iustus fecisti; et quia bonus es, sicut bonus fecisti. Ergo quia et isti vere consolati erant, *sicut consolati* gaudebant; id est, magnum erat gaudium ipsorum, tanquam consolatorum, illo consolante morituros qui mortuus est. Omnes enim moriendo gemimus: consolatus est ille qui mortuus est, ne mori timeremus. Prior resurrexit, ut haberemus quod speraremus. Quia ergo prior resurrexit, spem nobis dedit: quia in miseria positi, spe consolati sumus; hinc gaudium magnum. Et convertit Dominus captivitatem nostram, ut iam de captivitate viam teneamus, et eamus ad patriam. Iam ergo redempti, in via non timeamus insidiantes hostes nostros. Ideo enim redemit nos, ut non audeat hostis insidiari nobis, si

retengamos el camino y vayamos hacia la patria. Luego redimidos ya, no temamos en el camino a nuestros insidiantes enemigos, pues nos redimió para que no se atreva el enemigo a ponernos asechanzas si no nos apartamos del camino, pues el mismo Cristo se hizo camino. ¿No quieres ser víctima de alguna emboscada de ladrones? El Señor te dice: "Te allané el camino que conduce a la patria; no te apartes del camino. Fortifiqué este camino para que el ladrón no se atreva a acercarse a ti." Camina, pues, en Cristo y canta gozoso, canta como consolado, porque te antecedió el que te mandó que le siguieses.

5 [v.2-3]. *Entonces se llenó de gozo nuestra boca, y nuestra lengua de alborozo.* ¿Cómo, hermanos míos, se llena de gozo la boca corporal? Unicamente suele llenarse de comida, de bebida o de alguna cosa parecida que se introduce en la boca. Es cierto que algunas veces se llena nuestra boca; y todavía me atreveré a decir más a vuestra santidad: cuando tenemos la boca llena, no podemos hablar. Sin embargo, tenemos una boca en el interior, es decir, en el corazón, de la que cuanto procede, si es malo, nos mancha, y, si es bueno, nos purifica. Oísteis hablar de esta boca cuando se leía el evangelio. Los judíos censuraban al Señor, porque sus discípulos comían sin lavarse las manos. Censuraban quienes poseían la limpieza externa y estaban llenos interiormente de inmundicia; censuraban quienes únicamente poseían la justicia ante la mirada de los hombres. Pero el Señor reclamaba nuestra limpieza interna, la cual, si existe, necesariamente será limpio todo lo de fuera. *Limpiad*—dice—*lo de dentro, y quedará limpio*

de via non recesserimus. Ipse enim Christus factus est via (Io 14,6). Vis non pati latrones? Ait tibi: Viam tibi stravi ad patriam; noli de via recedere. Talem viam munivi, ut latro ad te non audeat accedere; tu ab illa noli recedere, et latro ad te non audet accedere. Ambula ergo in Christo et canta gaudens, canta tanquam consolatus; quia ille te praecessit, qui iussit ut sequaris.

5 [v.2.3]. *Tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exsultatione.* Os, fratres mei, quod habemus in corpore, quomodo repletur gaudio? Non solet impleri, nisi aut cibo, aut potu, aut aliqua re tali missa in os. Impletur aliquando os nostrum: et plus est quod dicimus Sanctitati vestrae; quando os plenum habemus, loqui non possumus. Habemus autem intus os, id est in corde, unde quidquid procedit, si malum est, inquinat nos; si bonum est, mundat nos. De ipso enim ore audistis, dum Evangelium legeretur. Insultabant enim Iudaei Domino, quia discipuli eius non lotis manibus manducabant. Illi insultabant, qui munditiam foris habebant, et intus maculis pleni erant; illi insultabant, quorum iustitia non erat, nisi in oculis hominum. Dominus autem quaerebant munditiam nostram interiorem; quae si fuerit, necesse est ut et quae foris sunt munda sint. *Mundate,* inquit, *quae intus sunt, et quae foris sunt munda erunt* (Mt 23,26). Ipse Dominus dicit alio loco: *Verum date eleemosynas, et ecce omnia munda sunt vobis* (Lc 11,41). Unde autem procedit eleemosyna? De corde. Si enim ma-

lo de fuera. También dice el Señor en otro sitio: *Dad limosna, y he aquí que todas las cosas os quedan limpias.* ¿De dónde procede la limosna? Del corazón. Si das con la mano y no te compadeces en el corazón, nada hiciste; si, por el contrario, te compadeces en el corazón, aunque no tenga la mano cosa alguna que dar, Dios acepta la limosna. Aquellos perversos exigían la limpieza externa. De ellos era el fariseo que invitó al Señor cuando se acercó la mujer pecadora y famosa en la ciudad, que lavó al Señor los pies con lágrimas, y se los limpió con sus cabellos, y se los ungió con el ungüento. El fariseo que invitó al Señor, y que sólo poseía la limpieza externa corporal, pero que tenía el corazón lleno de iniquidad y de rapiña, dijo en su interior: *Si éste fuese profeta, sabría qué mujer se acercó a sus pies.* ¿Por dónde supo él que Cristo conocía o ignoraba? El pensó que lo ignoraba, porque no la alejó de sí. Si esta mujer se hubiese acercado al fariseo, él, que aparentaba poseer la limpieza de la carne, bufaría, la despreciaría, la apartaría para que una inmunda no tocase a un puro y contaminase su limpieza. Porque el Señor no hizo esto, creyó el fariseo que ignoraba qué clase de mujer se acercó a sus pies. Sin embargo, el Señor no sólo la conocía, sino que también oía el pensamiento de él. Si el contacto corporal puede hacer algo, ¡oh inmundo fariseo!, la carne del Señor, ¿podrá ser mancillada al contacto de la mujer, o quedar la mujer limpia al contacto del Señor? Permitía el Médico que la enferma tocase el medicamento. La que se acercó conocía al Médico, y la que solía en su fornicación quizás ser desvergonzada, fue más desvergonzada atendiendo a su salud. Irrumpe en la casa, a la que no había sido invitada; estaba herida, y vino adonde se hallaba el Médico comiendo. El que invitó al Médico creía estar sano; por eso no era curado. Las cosas que siguen: de qué modo se confundió el fariseo al declarársele que Cristo conocía a la mujer y que oía su pensamiento, las conocéis por el evangelio.

num porrigas, nec in corde miserearis, nihil fecisti; si autem in corde miserearis, etiamsi non habeas quod porrigas manu, acceptat Deus eleemosynam tuam. Illi autem iniqui, foris quaerebant munditiam. De talibus erat etiam ille pharisaeus qui invitaverat Dominum, quando accessit mulier quae in civitate peccatrix erat et famosa, quae lacrymis lavit pedes Domini, tersit capillis, unxit unguento. Pharisaeus ergo, qui invitaverat Dominum, et munditiam non habebat nisi forinsecus corpore, corde autem plenus erat iniquitate et rapina, dixit apud semetipsum: *Iste si esset propheta, sciret quae mulier illi accessit ad pedes.* Unde noverat utrum sciret, an nesciret? Sed ideo eum nescire arbitratus est, quia non a se eam repulit. Si enim accessisset ad ipsum pharisaeum talis mulier, ille qui munditiam tenebat quasi in carne, exsufflaret, repelleret, abiiceret; ne immunda tangeret mundum, et contaminaret eius munditiam. Quia hoc non fecit Dominus, ideo illum credidit nescisse qualis mulier illi accessisset ad pedes; Dominus autem non solum illam noverat, sed et cogitationes illius audiebat: quia etsi contactus corporis aliquid facit, o immunde pharisaee, caro Domini posset pollui contactu mulieris, an mulier mundari contactu Domini? Permittebat autem medicus aegrotam tangere medicamentum; et illa quae venerat, noverat medicum; et quae solebat in sua fornicatione fortasse esse frontosa, frontosior facta est ad salutem. Irrupit in domum quo non erat invitata; sed vulnera habebat, et illuc venerat ubi medicus recumbebat. Ille autem qui invitaverat medicum, sanus sibi videbatur; propterea non curabatur. Iam quae sequuntur in Evangelio nostis, quomodo confusus est ipse pharisaeus, cum ei ostenderet quia et illam mulierem noverat, et cogitationem ipsius audierat (Lc 7,36-50).

6. Pero volvamos a lo que ahora se leyó del evangelio, lo cual se refiere al presente versillo del salmo, en el que se dijo: *Nuestra boca se llenó de gozo, y nuestra lengua de alborozo.* Preguntamos qué boca y qué lengua (son éstas). Atienda vuestra caridad. El Señor fue censurado porque sus discípulos comían sin lavarse las manos. El Señor les respondió conforme convenía; y, habiendo llamado a las turbas hacia sí, dijo: *Oíd todos y entended: no mancha al hombre todo lo que entra en la boca, sino lo que sale.* ¿Qué es esto? Al decir *lo que entra en la boca,* únicamente quiso señalar la boca corporal. En ésta entran los alimentos, y no manchan al hombre, porque *todas las cosas son puras para los puros;* y también: *Todo lo creado por Dios es bueno, y nada debe ser despreciado, sino tomado con acción de gracias.* Dios decretó simbólicamente para los judíos algunas cosas llamadas inmundas. Pero después que vino la luz desaparecieron las sombras, y ya no nos detenemos en la letra, sino que nos vivificamos en el espíritu, pues no se impuso a los cristianos el yugo de observancia que tenían impuesto los judíos, porque el Señor dijo: *Mi yugo es suave, y mi carga ligera;* y también: *Todas las cosas*—dice el Apóstol—*son puras para los puros, mientras que, para los inmun-*

6. Sed ad id revertamur quod modo de Evangelio lectum est, quod pertinet ad praesentem versum ubi dictum est, *Impletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exsultatione:* quaerimus enim quod os, et quae lingua. Attendat Charitas vestra. Insultatum est Domino, quia non lotis manibus discipuli eius manducarent. Respondit illis Dominus sicut oportebat, et vocatis turbis ait: *Audite omnes, et intelligite. Omne quod intrat in os, non coinquinat hominem, sed quod exit.* Quid est hoc? Cum dixit, *Quod intrat in os,* nonnisi os corporis voluit ostendere. Intrant enim cibi, et non coinquinant homines cibi; quia *Omnia munda mundis;* et *Omnis creatura Dei bona est, et nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur* (1 Tim 6,4). In figura Iudaeis posita erant quaedam, et immunda dicta sunt (Lev 11). Sed postea quam lux ipsa venit, remotae sunt umbrae, non sumus retenti in littera, sed vivificati in spiritu: et non est impositum iugum observationis Christianis, quod impositum erat Iudaeis; quia Dominus dixit, *Iugum enim meum suave est, et sarcina mea levis est* (Mt 11,30): et, *Omnia,* ait Apostolus,

dos y los infieles, nada hay limpio, pues tienen inmundas la mente y la conciencia. ¿Qué quiso decir con esto? Que el pan como la carne de cerdo es cosa pura para el hombre puro, y para el inmundo, ni el pan ni la carne de cerdo. *Para los manchados* —dice—*y los infieles, nada hay limpio.* ¿Por qué no hay nada limpio? *Porque tienen inmundas la mente y la conciencia;* pues, si es inmundo lo que existe interiormente, nada puede haber limpio de lo que está fuera. Si ninguna cosa puede haber limpia para quienes tienen inmundo el interior, si quisieses que te sean puras las cosas exteriores, has de limpiar el interior. Aquí está tu boca, que te llena de gozo aun cuando callas; pues, cuando callas y te regocijas, tu boca clama al Señor. Pero ve de qué cosa te goces. Si te gozas del mundo, con gozo inmundo clamas a Dios. Si te gozas por la redención, como lo declara este salmo: *Cuando el Señor devolvía la cautividad a Sión, fuimos regocijados,* entonces se llena de verdadero gozo tu boca, y tu lengua de alborozo. Es evidente que te gozas en esperanza y que tu gozo es agradable a Dios. Con el mismo gozo o con la misma lengua que tenemos dentro, comemos y bebemos. Como usamos de la boca corporal para la refección del cuerpo, así usamos de la boca espiritual para la refección del corazón. De aquí que se dijo: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.*

7. Si únicamente hace inmundo al hombre lo que sale de la boca, y al oír esto en el evangelio lo entendemos de la boca corporal, es un absurdo y una gran necedad pensar que no se hace

munda mundis: immundis autem et infidelibus, nihil est mundum; sed polluta sunt eorum et mens et conscientia (Tit 1,15). Quid voluit intelligi? Mundo homini et panis et porcina munda est, immundo nec panis, nec porcina. *Immundis autem,* inquit, *et infidelibus nihil est mundum.* Quare nihil est mundum? *Sed polluta sunt,* inquit, *eorum et mens et conscientia:* quia si interius quod est, immundum est; foris quod est, nihil mundum esse potest. Si ergo illis quibus interiora immunda sunt, exteriora munda esse non possunt; si voluerit ut exteriora munda sint, interiora mundato. Ibi est enim os quod implebitur tibi gaudio, et quando taces: quando enim taces et gaudes, os tuum clamat ad Deum. Sed vide unde gaudeas. Si de saeculo gaudes, immundo gaudio vociferaris ad Deum: si vero de redemptione gaudes, quomodo dixit psalmus iste, *Cum converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus iucundati;* tunc impletur vero gaudio os tuum, et lingua tua exsultatione; manifestum est quia in spe gaudes, et acceptum est gaudium tuum apud Deum. In ipso gaudio, vel in ipso ore quod habemus intus, et manducamus et bibimus: sicut de isto ore ad refectionem corporis, sic et de illo ore ad refectionem cordis. Nam inde, *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Mt 5,6).

7. Si autem non facit immundum nisi quod exit de ore, et hoc cum audimus in Evangelio, non intelligimus nisi os corporis; absurdum

inmundo el hombre cuando come y sí cuando vomita, pues el Señor dice: *No mancha lo que entra en la boca, sino lo que sale.* ¿Cuando comes no te haces inmundo, y sí cuando provocas? ¿Cuando bebes no eres inmundo, y así cuando escupes? Pues, cuando escupes, sale algo de tu boca, y, cuando bebes, entra algo en ella. ¿Qué quiso dar a entender el Señor cuando dijo: *No mancha lo que entra en la boca, sino lo que sale?* A continuación, en el mismo lugar declaró otro evangelista cuáles son las cosas que salen de la boca, para que entendiésemos que no se trata de la boca del cuerpo, sino de la del corazón, pues escribe: *Del corazón salen los malos pensamientos, las fornicaciones, los homicidios, las blasfemias; éstas son las cosas que manchan al hombre; pero el comer sin lavarse las manos no mancha al hombre.* ¿Cómo salen de la boca estas cosas, hermanos míos, si no es porque *salen del corazón,* conforme lo afirma el Señor? Por tanto, nadie diga que, cuando *pronunciamos* cosas malas, nos contaminan. Nadie diga que, cuando hablamos, salen de nuestra boca, ya que las palabras y las voces proceden de nuestra boca; y, por tanto, cuando pronunciamos cosas malas, nos contaminamos. Pues ¿qué acontece si alguno no habla, y, sin embargo, piensa cosas malas? ¿Por ventura está limpio, porque no salió nada de su boca corpórea? Ya le oyó el Señor la voz del corazón. Oíd, hermanos míos; atended a lo que digo. Nombro el hurto; ahora pronuncié la palabra *hurto.* ¿Acaso porque la proferí me contaminó el hurto? Ved que salió de mi boca, y, sin embargo, no me hizo inmundo. Por el contrario, el ladrón aparece en la noche, no habla; pero, perpetrando

est et nimis stultum, ut tunc putemus non fieri immundum hominem, cum manducat, tunc autem putemus immundum, si vomat. Ait enim Dominus: *Non quod intrat in os, sed quod exit, coinquinat.* Quando ergo manducas, non fis immundus; et quando vomis, efficeris immundus? Quando bibis, non es immundus; et quando spuis, immundus es? Quando spuis enim, de ore tuo exit aliquid; quando bibis, in os intrat aliquid. Quid voluit dicere Dominus, *Non quod intrat in os, sed quod exit, inquinat?* Secutus eodem loco secundum alium evangelistam dixit quae sunt quae procedunt de ore; ut intelligas non de ore corporis eum dixisse, sed de ore cordis. Ait enim: *De corde enim exeunt cogitationes malae, fornicationes, homicidia, blasphemiae; haec sunt quae coinquinant hominem: non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem* (Mt 15,1-20; et Mc 7,5-23). Illa ergo, fratres mei, quomodo exeunt de ore, nisi quia *exeunt de corde,* sicut ipse Dominus dicit? Non enim quando illa loquimur, tunc nos maculant. Ne quis dicat: Quando loquimur, de ore nostro exeunt, quia verba et voces de ore nostro exeunt; et quando mala loquimur, immundi efficimur. Quid si aliquis non loquatur, et tantum cogitet mala, mundus est, quia de ore ipsius corporis nihil processit? Sed de ore cordis iam Deus audivit. Ecce, fratres mei, attendite quae dico. Nomino furtum: modo nominavi furtum; numquid quia nominavi furtum, contaminavit me furtum? Ecce de ore meo exiit,

el hurto, se hizo inmundo. Y no sólo no habla, sino que oculta el crimen en el mayor silencio, y hasta tal punto teme que se oiga su voz, que pretende no se le oiga ni respirar. ¿Acaso porque calla de esta manera es puro? Aún digo más, hermanos míos: he aquí que todavía permanece en su cama, no se ha levantado aún para perpetrar el hurto, pero está despierto y espera a que duerman los hombres; sin embargo, ya grita a Dios; ya es ladrón; ya es inmundo; ya salió el crimen de su boca interior. ¿Cuándo sale de la boca el crimen? Cuando la voluntad se determina a obrar. ¿Te resolviste a hacerlo? Lo dijiste y lo hiciste. Si no cometiste materialmente el hurto, quizás no mereció perder nada aquel a quien te proponías robar; él, ciertamente, nada perdió; sin embargo, tú serás condenado de hurto. Determinaste matar a un hombre; hablaste en tu corazón, resonó de tu boca interior la voz de homicidio; aún vive el hombre, y tú serás castigado como homicida. Se pregunta lo que eres ante Dios, mas no lo que aún no apareces ante los hombres.

8. Sin duda conocemos y debemos saber y retener que el corazón tiene boca y lengua. La boca se llena de gozo, y con ella interiormente rogamos a Dios cuando están los labios cerrados y la conciencia patente. Hay silencio; grita el corazón. Pero ¿a qué oídos? No a los del hombre, sino a los de Dios. Estate tranquilo; oye el que se compadece. Por el contrario, cuando ningún hombre oye las cosas malas, si proceden de tu boca interior, no te juzgues seguro, porque oye el que condena. Susana no fue oída por los jueces inicuos; callaba y oraba. No oían sus palabras los

et non me fecit immundum. Fur autem surgit in nocte, et nihil dicit ore, et faciendo fit immundus. Non solum non dicit, sed et premit facinus toto silentio; et usque adeo vocem suam timet audiri, ut nec vestigia sua velit sonare: numquid ergo quia ita silet, mundus est? Plus autem dico, fratres mei. Ecce adhuc in stratu suo iacet, nondum surrexit ut furtum faciat; vigilat, et exspectat ut homines dormiant: iam Deo clamat, iam fur est, iam immundus est, iam facinus de ore interiore processit. Quando enim facinus ex ore procedit? Quando voluntas faciendi decernitur. Decrevisti facere; dixisti, fecisti. Si furtum non feceris foris; forsitan ille non meruit perdere, cui disponebas auferre: et ille nihil perdidit, et tu de furto damnaberis. Decrevisti occidere hominem; dixisti in corde, sonuit de ore tuo interiore homicidium: adhuc vivit homo, et tu homicida puniris. Quid sis enim apud Deum, quaeritur, non quid nondum apparueris apud homines.

8. Certe ergo novimus, et nosse debemus, et tenere quia est os cordis, est et lingua cordis. Ipsum os impletur gaudio: in ipso ore intus oramus Deum, quando labia clausa sunt, et patet conscientia. Silentium est, et clamat pectus: sed auribus cuius? Non hominis, sed Dei. Securus ergo esto; ille audit qui miseretur. Et rursus quando nemo hominum audit mala, si procedunt de ore tuo, noli esse securus, quia ille audit qui damnat. Susanna non audiebatur ab iniustis iudicibus, tacebat et

hombres; su corazón clamaba a Dios. ¿Acaso porque no profirió palabra alguna sensible no mereció ser oída? Fue oída; cuando rogó, ningún hombre lo supo. Luego, hermanos, pensad lo que tenéis en la boca interior. Recapacitad para que no profiráis interiormente algún mal y no lo perpetréis fuera, pues nada puede hacer externamente el hombre sin haberlo dicho antes en su interior. Guarda la boca de tu corazón del mal y serás inocente. Inocente será la lengua de tu cuerpo, inocentes serán las manos; también serán inocentes los pies, serán inocentes los ojos, inocentes serán los oídos; todos tus miembros servirán a la justicia si el Emperador justo posee el corazón.

9. *Entonces dirán entre las gentes: "Grandes cosas hizo el Señor con ellos. Grandes cosas hizo el Señor con nosotros; fuimos regocijados."* Ved, hermanos, si por todo el orbe no dice ahora esto Sión entre las gentes. Ved cómo ahora se corre a la Iglesia. En todo el orbe se recibe el precio de la redención; se responde "amén". Luego los jerosolimitanos cautivos, los jerosolimitanos que han de volver, ahora peregrinos que suspiran por su patria, dicen entre las gentes... ¿Qué dicen? *Grandes cosas hizo el Señor con nosotros; fuimos regocijados.* ¿Acaso se hicieron ellos esto consigo? Ellos obraron mal consigo, porque se vendieron al pecado. Vino el Redentor y obró con ellos. *El Señor hizo con ellos grandes cosas; el Señor hizo con nosotros grandes cosas; fuimos regocijados.*

10 [v.4]. *Disipa, Señor, nuestra cautividad como torrente en el austro.* ¿Qué quiere decir esto? Atienda vuestra caridad.

orabat. Os eius non audiebatur ab hominibus, cor eius clamabat ad Deum (Dan 13,35, etc.). Numquid quia vox eius de ore corporis non processit, propterea exaudiri non meruit? Exaudita est illa; quando oravit, nemo hominum scivit. Ergo, fratres, quid habeamus in ore interiore, cogitate. Ibi videte ne quid mali dicatis intus, et nihil mali facitis foris: non potest enim fieri ab homine foris, nisi quod dictum fuerit intus. Custodi os cordis a malo, et innocens eris: innocens erit lingua corporis tui, innocentes manus erunt; etiam pedes innocentes erunt, oculi innocentes erunt, aures innocentes erunt; omnia membra tua iustitiae militabunt, quia imperator iustus tenuit cor.

9. *Tunc dicent inter Gentes, Magnificavit Dominus facere cum eis. Magnificavit Dominus facere nobiscum; facti sumus iucundati.* Videte, fratres, si modo Sion non illud dicit inter Gentes, per totum orbem terrarum; videte si non ad Ecclesiam curritur. In toto orbe terrarum pretium nostrum accipitur; Amen respondetur. Dicunt ergo inter Gentes Ierosolymitani captivi, Ierosolymitani redituri, peregrini, suspirantes patriae suae. Quid dicunt? *Magnificavit Dominus facere nobiscum; facti sumus iucundati.* Numquid ipsi secum fecerunt? Ipsi male secum fecerunt, quia sub peccato se vendiderunt. Redemptor venit, et bene cum illis fecit: et *magnificavit Dominus facere cum eis. Magnificavit Dominus facere nobiscum; facti sumus iucundati.*

10 [v.4]. *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in*

Anteriormente había dicho: *Cuando el Señor devolvía la cautividad a Sión.* Entonces hablaba como de cosa pasada, pero suele acontecer que, hablando en pretérito, anuncie el profeta cosas futuras. Pues en pretérito habló cuando dijo en otro salmo: *Taladraron mis pies y mis manos y contaron todos mis huesos.* No dijo "taladrarán", no dijo "contarán", no dijo "dividirán entre sí mis vestidos", no dijo "echarán suerte sobre mi túnica"; eran cosas que habían de suceder, y se contaban como ya sucedidas. Todas las cosas que son futuras, para Dios ya son pretéritas. De aquí que, al decir: *Cuando el Señor devolvía la cautividad a Sión, fuimos como consolados; entonces se llenó nuestra boca de gozo, y nuestra lengua de alborozo,* para evidenciar que abrigaba en su pensamiento, bajo el pretérito, cosas futuras, dice ahora: *Entonces dirán entre las gentes (dirán* es futuro): "*Grandes cosas hizo el Señor con nosotros; fuimos regocijados.*" Cuando se cantaban, eran cosas futuras, ahora se ven ya presentes. Luego ora sobre cosas futuras el que cantaba cosas futuras como pasadas. *Disipa, Señor, nuestra cautividad.* Aún no había sido destruida nuestra cautividad, porque todavía no había venido el Redentor. Lo que se pedía: *Disipa, Señor, nuestra cautividad como torrente en el austro,* cuando se cantaban los salmos, ya se cumplió. Se preguntaba qué significaba: *Como se disipan los torrentes en el tiempo austral, así disipa igualmente nuestra cautividad.* Ahora se evidenciará, ayudando el Señor y vuestras oraciones. Al mandar y exhortar en cierto lugar la Escritura a las obras buenas, dice: *Como el hielo en día sereno, así tus pecados serán desatados.*

austro. Quid sit hoc, attendat Charitas vestra. Iam dixerat, *Cum converteret Dominus captivitatem Sion.* Quasi de praeterito loquebatur: sed solet fieri ut de praeterito loquens, futura praenuntiet Propheta. Nam quasi de praeterito loquebatur, cum in alio psalmo diceret, *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea* (Ps 21,17). Non dixit, fossuri sunt; non dixit, dinumerabunt; non dixit, divident sibi vestimenta mea; non dixit, super vestimentum meum mittent sortem: futura erant, et quasi facta cantabantur. Omnia enim quae futura sunt, Deo iam facta sunt. Hic ergo cum diceret, «Cum converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati; tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exsultatione»; ut ostenderet se figura praeteriti futura cogitare, ait, «Tunc dicent inter Gentes». *Dicent,* iam de futuro est. «Magnificavit Dominus facere nobiscum; facti sumus iucundati». Tunc cum cantabantur, futura erant, et nunc videntur praesentia. Ergo orat tanquam de futuris, qui futura tanquam praeterita praecinebat: *Converte, Domine, captivitatem nostram.* Nondum erat ergo conversa captivitas, quia nondum Redemptor advenerat. Ergo, quando cantati sunt Psalmi, quod orabatur tunc, iam factum est: *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro.* Sicut convertuntur torrentes in austro, sic converte captivitatem nostram. Quaerebatur quid sit; sed patebit modo, adiuvante Domino, vestris orationibus. Quodam

Luego nos ligaban nuestros pecados. ¿Cómo? Como el frío ata o impide al agua correr. Ligados por el frío de los pecados, nos congelamos. El viento austral es cálido; cuando sopla el austro, se licúa el hielo y se llenan los torrentes. Se llaman torrentes los ríos invernales, ya que, al llenarse con repentinas aguas, corren con gran ímpetu. Luego nos habíamos congelado en la cautividad; nuestros pecados nos sujetaban; sopló el austro, es decir, el Espíritu Santo, y, rotos los lazos de nuestros pecados, nos liberamos del frío de la iniquidad. *Como el hielo en día sereno, así son desatados nuestros pecados.* Corramos hacia la patria como torrentes en el austro. Por mucho tiempo hemos sufrido y aún sufrimos obrando el bien. Porque la misma vida humana en la que estamos es desdichada; está llena de sufrimientos, de dolores, de peligros, de calamidades, de tentaciones. No os seduzca el gozo de las cosas humanas; notad las cosas que deben llorarse en ellas. El niño que nace podía primero reír. ¿Por qué comienza a vivir llorando? Todavía no sabe reír. ¿Por qué sabe llorar? Porque comenzó a transitar por esta vida. Por tanto, si pertenece a los cautivos, llora y gime aquí, pero conseguirá el gozo.

11 [v.5]. Prosigue el salmo: *Los que siembran con lágrimas recogerán con gozo.* Sembremos en esta vida llena de lágrimas. Pero ¿qué sembraremos? Obras buenas. Las obras de misericordia son nuestras semillas. De ellas dice el Apóstol: *No desfallezcamos obrando el bien; porque no aflojando, en su tiempo recogeremos. Por tanto, mientras tenemos tiempo, obremos el*

loco Scriptura, cum praeciperet et moneret de operibus bonis, ait: *Sicut glacies in sereno, ita solventur peccata tua* (Eccli 3,17). Ergo peccata ligabant nos. Quomodo? Quomodo frigus ligat aquam ne currat. Et illigati frigore peccatorum gelavimus. Auster autem calidus ventus est: quando flat auster, liquescit glacies, et implentur torrentes. Torrentes autem dicuntur flumina hiemalia; magno enim impetu repentinis aquis impleta currunt. Gelaveramus ergo in captivitate; constringebant nos peccata nostra: flavit auster Spiritus sanctus; dimissa sunt nobis peccata, soluti sumus a frigore iniquitatis; tanquam glacies in sereno, solvuntur peccata nostra. Curramus ad patriam, quasi torrentes in austro. Diu enim laboravimus, et laboramus etiam facientes bene. Nam ipsa vita humana quam ingressi sumus, misera est, laboribus plena, doloribus, periculis, aerumnis, tentationibus. Nolite seduci gaudio rerum humanarum; flenda in rebus humanis advertite. Poterat ridere prius puer qui nascitur: quare a fletu incipit vivere? Ridere nondum novit; quare plorare iam novit? Quia coepit ire in istam vitam. Sed si de illis captivis est, hic flet et gemit; sed veniet gaudium.

11 [v.5]. Sequitur enim: *Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent.* In ista vita, quae plena est lacrymis, seminemus. Quid seminabimus? Opera bona. Opera misericordiae semina nostra sunt: de quibus seminibus ait Apostolus, «Bonum autem facientes non deficiamus;

bien con todos, y principalmente con nuestros deudos en la fe. Hablando, asimismo, sobre la limosna, ¿qué dice? *Os digo esto: que el que siembra poco, poco recoge.* Luego el que siembra mucho, mucho recoge. *El que siembra poco, poco recoge;* el que no siembra nada, nada recoge. ¿Por qué deseáis grandes fincas, en las que pretendéis sembrar mucha semilla? No hay fundo más extenso en donde sembrar que Cristo, el cual quiso que se sembrase en El. Vuestra tierra es la Iglesia; sembrad en ella cuanto podáis. Cuentas con poca semilla para hacerlo. ¿Tienes deseo? Como de nada sirve lo que tienes si te falta la buena voluntad; así, no te entristezcas porque no tengas, si tienes un buen deseo. Pues ¿qué siembras? La misericordia. ¿Qué recoges? La paz. ¿Por ventura dijeron los ángeles: "Paz en la tierra para los hombres ricos?" No; sino que dijeron: *Paz en la tierra para los hombres de buena voluntad.* Zaqueo tuvo un gran deseo, tuvo una gran caridad. Hospedó al Señor; le recibió con gozo; prometió dar la mitad de su patrimonio a los pobres y devolver el cuádruplo de lo que hubiera robado. Retuvo la mitad para sí con el fin de tener para pagar las deudas, no para seguir poseyendo. Tuvo un gran deseo; mucho dio, mucho sembró. Luego la viuda que dio dos ochavos, ¿sembró poco? ¿Qué digo? Tanto cuanto Zaqueo. Tenía menos haberes, pero igual voluntad. Entregó dos ochavos con el mismo amor con que Zaqueo entregó la mitad de su patrimonio. Si atiendes a lo que dieron, verás que es distinto; pero,

tempore enim proprio metemus infatigabiles. Itaque dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei» (Gal 6,8-10). Loquens itaque de ipsis eleemosynis, quid ait? *Hoc autem dico, Qui parce seminat, parce et metet* (2 Cor 9,6). Ergo qui multum seminat, multum metet: *qui parce seminat, parce et metet;* et qui nihil seminat, nihil metet. Quare desideratis latos fundos, ubi multa semina seminetis? Latior vobis non est ubi seminetis, quam Christus, qui in se voluit seminari. Terra vestra Ecclesia est; seminate quantum potestis. Sed parum habes unde facias. Habes voluntatem? Quomodo nihil esset quod habes, si non adesset bona voluntas; sic et quia non habes, noli esse tristis, si est tibi bona voluntas. Quid enim seminas? Misericordiam. Et quid metes? Pacem. Numquid autem dixerunt Angeli, Pax in terra divitibus hominibus? Sed, *Pax in terra hominibus bonae voluntatis* (Lc 2,14). In Zacchaeo magna voluntas, in Zacchaeo charitas magna. Suscepit Dominum hospitio, gaudens suscepit, et dimidium patrimonii sui pauperibus promisit se daturum, et si cui aliquid abstulerat, quadruplum redditurum (ib. 19,6.8); ut intelligas propterea sibi eum tenuisse dimidium, non ut haberet quod possideret, sed ut haberet unde debita redderet. Magna voluntas; multum dedit, multum seminavit. Ergo vidua illa quae duo minuta misit, parum seminavit? Imo tantum, quantum Zacchaeus. Minoris enim facultates ferebat, sed parem voluntatem habebat (Lc 21,1-4). Misit duo minuta de tanta voluntate, de quanta Zacchaeus dimidium patrimonii sui. Si attendas quid dederunt, diversa invenies: si

si observas cómo lo dieron, percibirás que es igual. Ella dio cuanto tenía, él lo que poseía.

12. Suponte que un hombre no tiene siquiera dos ochavos. ¿Hay algo más vil que podamos sembrar para recoger aquella mies? Lo hay. *Cualquiera que diere un vaso de agua fría a título de discípulo, no perderá su recompensa.* Un vaso de agua fría se consigue por menos de dos ochavos, no cuesta nada. Sin embargo, aunque no vale nada, uno lo tiene y otro carece de él. Si el que lo tiene lo diese al que carece de él, dio tanto, si dio de corazón lo que dio, cuanto dio la mujer dando los dos ochavos, cuanto dio Zaqueo dando la mitad de sus bienes. No añadió sin motivo *de agua fría,* declarando por esto que es pobre. Dijo *un vaso de agua fría* para que nadie se excuse de darlo por no tener leña para calentar el agua. *Cualquiera que diese un vaso de agua fría a uno de mis pequeñuelos, no perderá su galardón.* ¿Y si no tiene ni esto? Esté tranquilo; si carece de esto, *paz en la tierra a los hombres de buena voluntad.* Tema únicamente tenerlo y no darlo. Si lo tiene y no lo da, se congeló interiormente; aún no han sido desatados o disipados sus pecados como el torrente con el austro, porque su voluntad está helada. ¿Qué valen los bienes que poseemos? Teniendo un deseo ardiente, disuelto por el calor del austro, aunque no tenga nada, se le computa como dueño de todo. ¡Cuántas ocasiones no ofrecen en sí mismos los mendigos! Atienda vuestra caridad cómo se lleva a cabo la limosna. Sin duda, los mendigos necesitan, y mendigos son aquellos a quienes haces limosna. Quizás atendéis a vuestros hermanos si nece-

attendas unde dederunt, paria invenies; quidquid habuit dedit illa, et quod habuit dedit ille.

12. Fac aliquem non habere vel duos nummos: est aliquid vilius quos seminemus, ut metamus illam messem? Est: *Calicem aquae frigidae qui dederit discipulo, non perdet mercedem suam.* Calix aquae frigidae non duobus nummis, sed gratis constat; tamen aliquando sic gratis constat, ut habeat illum alius, et alius non habeat: si ergo ille qui illum habet, dederit illi qui non habet; tantum dedit, si de plena charitate dedit quod dedit, tantum dedit, quantum illa in duobus minutis, quantum Zacchaeus in dimidio rerum suarum. Non enim sine causa addidit, *frigidae,* ut pauperem ostenderet. Ideo dixit, *Calicem aquae frigidae,* ne quis vel inde causaretur quod lignum non habuerit unde calefaceret aquam. *Calicem aquae frigidae qui dederit uni ex minimis, non perdet mercedem suam* (Mc 9,40; et Mt 10,42). Quid si nec hoc habeat? Securus sit, etsi nec hoc habet; *Pax in terra hominibus bonae voluntatis:* tantum illud timeat, ne habeat et non faciat. Si enim habet et non facit, intus gelavit; nondum soluta sunt peccata eius sicut torrens in austro, quia voluntas frigida est. Quid valent tanta bona quae possidemus? Accedit voluntas fervens, iam soluta calore austri; etsi nihil habeat, totum illi computatur. Quanta sibi praestant mendici? Intendat Charitas vestra quomodo fiat eleemosyna. Certe mendici sunt in quos facis elee-

sitan algo, y dais también a los extraños si Cristo está en vosotros. Pero, si ellos son mendigos de profesión, también en la miseria tienen algo que mutuamente pueden prestarse. Dios no los abandonó, dejándolos sin ocasiones por las que se pruebe que hacen limosnas. Por ejemplo, uno no puede andar; el que puede, ayuda con sus pies al cojo; el que ve, presta sus ojos al ciego; el joven y fuerte, ofrece sus fuerzas al anciano o al enfermo y le lleva sobre sus hombros. El uno es pobre, el otro rico.

13. Alguna vez también el rico es pobre y recibe algo del pobre. Se acerca un individuo, tanto más débil cuanto es más rico, a un río; si, desnudándose, atravesase el río, se enfriaría, enfermaría, moriría; se acerca un pobre robusto, traspasa al rico; dio al rico una limosna. Luego no penséis que únicamente son pobres aquellos que no tienen dinero. Ve en el individuo en qué cosa es cada uno pobre, porque quizás tú eres rico en lo que él es pobre, y, por tanto, tienes de qué prestarle. Quizás le prestes tus miembros, y esto es mucho más que si le dieses dinero. Necesita consejo: tú eres hombre de consejo; él es pobre; tú eres rico en cuanto al consejo. Ve que no trabajas ni pierdes nada; das el consejo y diste limosna. Ahora, hermanos míos, al hablaros, ante mí estáis como pobres, y, porque el Señor se dignó darme, os doy de ello a vosotros; así todos recibimos de Aquel que únicamente es rico. El Cuerpo de Cristo está constituido así; de este modo se unen y adunan los miembros comunes mediante la caridad y con el vínculo de la paz cuando cada uno ofrece lo que tiene al que carece de ello. Es rico por lo que tiene, es pobre

mosynam, mendici egent. Attenditis forte fratres vestros, si aliquo egent; tribuitis, si est in vobis Christus, etiam exteris. Sed si illi sunt mendici, qui professionem habent petendi, in aerumna et ipsi habent quod praestent sibi invicem. Non illos deseruit Deus, unde probentur, quia faciunt eleemosynas. Iste non potest ambulare; qui potest ambulare, pedes suos accommodat claudo; qui videt, oculos suos accommodat caeco; et qui iuvenis est et sanus, vires suas accommodat vel seni vel aegroto, portat illum: ille indiget, ille dives est.

13. Aliquando et dives invenitur pauper, et a paupere praestatur illi aliquid. Venit nescio quis ad flumen, tanto delicatior quanto ditior; transire non potest: si nudatis membris transiret, frigesceret, aegrotaret, moreretur: accedit pauper exercitatior corpore, traiicit divitem; eleemosynam facit in divitem. Ergo nolite eos tantum putare pauperes, qui non habent pecuniam. In quo quisque pauper est, ibi illum vide; quia forte tu in eo dives es, in quo ille pauper est, et habes unde accommodes. Forte membra tua accommodas, et plus est quam si pecuniam accommodares. Consilio indiget, tu plenus es consilio; in consilio ille pauper, tu dives es. Ecce nec laboras, nec aliquid perdis; das consilium, et praestitisti eleemosynam. Modo, fratres mei, cum loquimur, quasi pauperes ad nos estis; et quia nobis Deus dignatus est dare, damus inde vobis; et omnes ab illo accipimus, qui solus est dives. Sic se ergo tenet corpus Christi,

por lo que carece. Estimaos así, amaos así. No miréis únicamente por vosotros; atended a los indigentes que están junto a vosotros. Pero como en esta vida se llevan a cabo estas cosas con trabajos y miserias, no desfallezcáis. Sembráis con lágrimas, recogeréis con gozo. ¿Pues qué, hermanos míos? Cuando el labrador va camino del fundo con el arado llevando la semilla, ¿por ventura no es el viento algunas veces frío y la lluvia no le disuade? Mira al cielo, lo ve encapotado, se estremece por el frío, y, sin embargo, marcha y siembra, pues teme no suceda que, atendiendo al día sombrío y esperando un día apacible, pase el tiempo y no halle qué recoger. No difiráis, hermanos míos; sembrad en invierno, sembrad las buenas obras también cuando lloráis, porque *el que siembra con lágrimas recoge con gozo.* Siembran su semilla los que siembran las buenas obras y la buena voluntad.

14 [v.6]. *Iban andando y lloraban al arrojar su simiente.* ¿Por qué lloraban? Porque se hallaban entre infelices, y ellos lo eran también. Mejor es, hermanos míos, que no exista ningún desgraciado que tú hagas misericordia. Pues el que desea que existan desgraciados para obrar él misericordia, posee una misericordia cruel, así como sería una cruel medicina si el médico desease que hubiese muchos enfermos para ejercer la medicina. Es preferible que todos estén sanos antes que se ejerza la medicina. Luego mejor es que todos reinen felices en la patria que haya algunos con quienes se emplee la misericordia. Con todo, mientras existan algunos con quienes se necesite ejercer la misericordia, no dejemos de sembrar en esta desgracia. Porque, si sembramos con

membra socia sic compinguntur et adunantur in charitate et in vinculo pacis, cum quisque id quod habet, praestat ei qui non habet: in eo quod habet, dives est; in eo quod ille non habet, pauper est. Sic vos diligite, sic vos amate. Nolite ad vos solos attendere; sed attendite indigentes circa vos. Sed quia cum laboribus et aerumnis fiunt ista in ista vita, nolite deficere. In lacrymis seminatis, in gaudio metetis. Quid enim, fratres mei? Ipse agricola quando procedit cum aratro, et portat semen, nonne aliquando frigidus est ventus, et imber deterret? Attendit caelum, videt triste, tremit frigore, et tamen procedit, et seminat. Timet enim ne cum tristem diem attendit et exspectat diem laetum, tempus transeat, et non inveniat quo metat. Nolite differre, fratres mei; seminate in hieme, seminate bona opera et cum ploratis; quia *qui seminant in lacrymis, in gaudio metent.* Mittunt semina sua, bonam voluntatem et bona opera.

14 [v.6]. *Euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua.* Quare flebant? Quia inter miseros erant, et miseri erant. Melius est, fratres mei, ut nullus sit miser, quam ut tu facias misericordiam. Qui enim ut faciat misericordiam optat esse miseros, crudelem habet misericordiam: quomodo si medicus ut exerceret artem suam, optaret esse multos aegrotos, crudelis medicina esset. Melius est ut omnes sani sint, quam ut exerceatur ars medici. Melius est ergo ut omnes beati regnent in illa patria, quam ut sint quibus impendatur misericordia. Tamen quamdiu sunt quibus impendatur, non deficiamus in ista aerumna mittere semina. Etsi cum fletu semina-

llanto, recogeremos con gozo. En la resurrección de los muertos recibirá cada uno su haz, es decir, el fruto de lo sembrado, la corona de gozo y de regocijo. Entonces tendrá lugar el triunfo de los que se alegran y la irrisión de la muerte de los mismos muertos, en la cual gemían; porque entonces dirán los muertos: *¿En dónde está, ¡oh muerte!, tu victoria; en dónde está, ¡oh muerte!, tu aguijón?* ¿Por qué se alegran ya? Porque *traen ya sus gavillas. Iban andando y lloraban al arrojar su semilla.* ¿Por qué arrojaban su semilla? Porque *quienes siembran con lágrimas recogen con regocijo.*

15. En este salmo os exhorté encarecidamente a ejecutar la misericordia, ya que por aquí se sube y veis además que canta el cántico de grado el que sube. Recordad siempre esto; no améis la bajada y despreciéis la subida; pensad continuamente en la subida, porque el que bajaba de Jerusalén a Jericó cayó en manos de los ladrones. Si no hubiera bajado, no hubiera caído en manos de los ladrones. Adán descendió, y cayó en manos de los ladrones. Todos nosotros somos Adán. Pasó el sacerdote, y no hizo caso; pasó el levita, y no se preocupó, porque la ley no pudo curar. Pasó cierto samaritano, es decir, nuestro Señor Jesucristo, pues a El se le dijo: *¿No decimos nosotros atinadamente que tú eres samaritano y que tienes demonio?* El no respondió: "No soy samaritano", sino: *Yo no tengo demonio.* "Samaritano" significa "guardián". Si hubiera dicho: "No soy samaritano", afirmaría que no era guardián. ¿Y quién otro custodiaría? A continuación, aduciendo la semejanza, dice, como sabéis: *Pasó un*

samaritano y obró con él misericordia. Yacía herido en el camino, porque bajó. Al pasar el samaritano no nos abandonó; nos curó, nos subió al jumento, a su carne; nos llevó a la posada, es decir, a la Iglesia, y nos encomendó al mesonero, esto es, al Apóstol, y le entregó dos denarios para curarnos, a saber, el amor de Dios y el del prójimo, puesto que toda la ley y los profetas se encierran en estos dos mandamientos; y dijo al mesonero: *Si gastares algo más, te lo daré al volver.* Algo más erogó el Apóstol, puesto que, habiéndose permitido a todos los apóstoles recibir, como soldados de Cristo, el alimento de parte de la hueste de Cristo, sin embargo, él trabajó con sus manos y condonó a las huestes sus provisiones. Todo esto aconteció. Si hemos bajado y estamos heridos, subamos, cantemos y progresemos para llegar.

SALMO 126

[TODO ÉXITO DEPENDE DE LA DIVINA PROTECCIÓN]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. Entre todos los cánticos que llevan por título *Cántico de grado,* este salmo introduce algo más en su título, pues añade *de Salomón.* Así se intitula: *Cántico de grado de Salomón.* Por lo mismo, este título, inusitado en otros salmos, nos previene para que indaguemos por qué se añadió *de Salomón.* No es necesario repetir continuamente qué quiere decir *Cántico de grado.*

mus, tamen cum gaudio metemus. In illa enim resurrectione mortuorum recipiet quisque manipulos suos, id est fructum seminis, coronam gaudiorum et exsultationis. Tunc erit triumphus laetantium, et ipsi morti insultantium, in qua gemebatur: tunc dicent morti, *Ubi est, mors, contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* (1 Cor 15,55). Sed quare iam gaudent? Quia *portant manipulos suos.* Quia *euntes ibant, et flebant, mittentes semina sua.* Quare, *mittentes semina sua?* Quia *qui seminant in lacrymis, in gaudio metent.*

15. Isto psalmo exhortati vos fuerimus maxime ad faciendam misericordiam, quia hinc ascenditur; et videtis quia ille cantat canticum graduum, qui ascendit. Mementote; nolite amare descendere et non ascendere, sed de ascensione cogitate: quia qui descendebat ab Ierusalem in Iericho, incidit in latrones. Non descenderet, et non incideret in latrones. Iam ergo Adam descendit, et incidit in latrones: omnes enim nos Adam sumus. Sed transiit sacerdos, et contempsit; transiit Levita, et contempsit; quia Lex sanare non potuit. Transiit Samaritanus quidam, id est Dominus noster Iesus Christus: illi enim dictum est, *Nonne verum dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et daemonium habes?* Ille non dixit, Non sunt Samaritanus; sed dixit, *Ego daemonium non habeo* (Io 8,48.49). Samarites enim interpretatur, Custos. Si diceret, Non sum Samaritanus, diceret, Non sum custos. Et quis alius custodiret? Deinde ponens simi-

litudinem: *Transiit Samarites, et fecit cum illo misericordiam,* sicut scitis. Iacebat autem in via vulneratus, quia descendit. Transiens Samaritanus non nos contempsit: curavit nos, levavit in iumentum, in carne sua; perduxit ad stabulum, id est ad Ecclesiam; commendavit stabulario, id est Apostolo; dedit duos denarios unde curaretur, charitatem Dei et charitatem proximi: in his duobus enim praeceptis tota Lex pendet et Prophetae (Mt 22,37-40). Dixit autem stabulario: *Si quid amplius erogaveris, in redeundo reddam tibi* (Lc 10,30-37). Amplius erogavit Apostolus; quia cum omnibus Apostolis permissum esset ut acciperent tanquam milites Christi stipendia a provincialibus Christi, ille manibus suis laboravit, et annonas suas provincialibus donavit (1 Cor 4,12; 1 Thes 2,7.9; et 2 Thes 3,8.9). Omnia facta sunt: si descendimus, et vulnerati sumus; ascendamus, cantemus, et proficiamus, ut perveniamus.

PSALMUS 126

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1]. Inter omnia cantica quibus est titulus, *Canticum graduum,* iste psalmus aliquid amplius in titulo accepit, quod additum est, *Salomonis.* Sic enim praenotatur: *Canticum graduum Salomonis.* Itaque fecit nos intentos inusitatior titulos caeteris, ut quaeramus quare sit additum, *Salomonis.* Nam quid sit *Canticum graduum,* non opus est saepe repe-

Muchas cosas se han dicho acerca de ello, puesto que canta con afecto de piedad y caridad la voz del que sube a la Jerusalén celeste, por la que suspiramos siendo peregrinos y en la que nos regocijaremos después del regreso de la peregrinación. Todo el que aprovecha sube a ella y todo el que desfallece cae de ella. No intentes subir con pies, ni pienses que bajas andando. Subes amando a Dios, caes amando al mundo. Estos cánticos pertenecen a los amantes, a los abrasados con cierto anhelo santo. Arden los que cantan de corazón estas cosas; los que manifiestan un abrasado corazón en las costumbres, en la buena conversación, en las obras ajustadas a los preceptos de Dios, en el desprecio de las cosas temporales y en el amor de las eternas. Pero diré a vuestra caridad, en cuanto Dios me dé a entender, por qué se añadió *de Salomón.*

2. Salomón, hijo de David, fue grande en su tiempo; por él consignó el Espíritu Santo en los libros divinos muchos santos preceptos, saludables avisos y divinos misterios. Este amó a las mujeres, y fue reprobado por Dios; y hasta tal punto le encadenó la concupiscencia, que se vio forzado a sacrificar a los ídolos por ellas, como de él lo atestigua la Escritura. Pero, si por haber caído él no tuviesen valor las cosas que por él se dijeron, se juzgaría que las dijo él y no que fueron dichas por medio de él. No obstante, la misericordia de Dios y su Espíritu obró admirablemente para que todo lo bueno que se dijo por Salomón se atribuyese a Dios, y el pecado del hombre, al hombre. No es de extrañar que cayese en el pueblo de Dios Salomón. ¿No cayó Adán en el Paraíso? ¿No cayó el ángel del cielo y se hizo demonio? De aquí aprendamos que no debemos poner la esperanza en hombre alguno. Salomón edificó el templo al Señor, simbolizando figuradamente la Iglesia y el cuerpo del Señor; por eso dijo el Señor en el Evangelio: *Destruid este templo, y en tres días lo levantaré.* Luego como él había edificado el templo, así edificó el verdadero Salomón, el verdadero Pacífico, nuestro Señor Jesucristo, el templo. Salomón significa *pacífico.* Este es aquel verdadero Pacífico del cual dice el Apóstol: *Es nuestra paz Aquel que hizo de ambas cosas una.* El verdadero Pacífico es Aquel que unió en sí las dos paredes que concurrían de lados opuestos, para las cuales se hizo piedra angular. Al venir hacia él el pueblo creyente de la circuncisión y el pueblo creyente del prepucio de los gentiles, hecho para ellos piedra angular, constituyó una Iglesia de ambos pueblos, y por esto es el verdadero Pacífico. El es el verdadero Salomón, pues el Salomón hijo de David, tenido de la mujer Betsabé, rey de Israel, prefiguraba al Pacífico cuando edificó el templo. Por tanto, para que no pienses que Salomón, el hijo de Betsabé, edificó la *casa de Dios,* la Escritura, dándote a conocer otro Salomón, comienza a decir en el salmo: *Si el Señor no edificare la casa, en vano trabajarán los que la construyen.* Luego el Señor edifica la casa, nuestro Señor edifica su casa. Muchos trabajan en la edificación; pero, si El no edifica, *en vano trabajarán los que la construyen.* ¿Quiénes son los que trabajan en la construcción? Todos los que en la Iglesia predican la palabra de Dios, los ministros de los sacramentos de Dios. Todos corremos,

tere; plura enim dicta sunt hinc, quia cantat ascendentis vox in affectu pietatis et charitatis ad illam supernam Ierusalem, cui suspiramus quamdiu peregrinamur, et ubi laetabimur cum a peregrinatione redierimus. Ascendit ad hanc omnis qui proficit; cadit ab hac omnis qui deficit. Nec pedibus ascendere quaeras, nec pedibus te descendere putes: amando Deum, ascendis; amando saeculum, cadis. Sunt ergo ista cantica amantium, quodam sancto desiderio flagrantium. Ardent qui ista cantant ex corde, quorum etiam cor ardens invenitur in moribus, in bona conversatione, in operibus secundum praecepta Dei, in contemptu temporalium, in charitate aeternorum. Sed quare sit additum, *Salomonis,* quantum inspiraverit Dominus, dicam Charitati vestrae.

2. Salomon erat tempere suo filius David, magnus ille, per quem multa sancta praecepta et salubria monita et divina sacramenta Spiritus sanctus in divinis Litteris operatus est. Nam ipse Salomon mulierum amator fuit, et reprobatus est a Deo: et usque adeo laqueus illi fuit illa cupiditas, ut a mulieribus etiam idolis sacrificare cogeretur, sicut de illo Scriptura testis est (3 Reg 11). Sed si illo cadente, quae per illum dicta sunt, delerentur; iudicaretur quia ipse dixerat, non per illum dicta erant. Optime igitur etiam hoc egit misericordia Dei et Spiritus eius, ut quidquid boni per Salomonem dictum est, Deo tribueretur; peccatum autem hominis homini. Quid mirum quia in populo Dei cecidit Salomon? In paradiso non cecidit Adam? Non cecidit de caelo angelus, et diabolus factus est? ideo docemur in nullo hominum spem esse ponendam. Quia et iste Salomon aedificaverat templum Domino (ib. 6), in typo quidem et in figura futurae Ecclesiae et corporis Domini; unde dicit in Evangelio, *Solvite templum hoc, et in triduo excitabo illud* (Io 2,19): quia ergo ipse aedificaverat illud templum, aedificavit sibi templum verus Salomon Dominus noster Iesus Christus, verus pacificus. Nomen enim Salomonis interpretatur Pacificus: est autem ille verus pacificus, de quo dicit Apostolus, *Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum.* Ipse est verus pacificus, qui duos parietes e diverso venientes in se copulavit, quibus factus est lapis angularis, venienti populo ex circumcisione credentium, et venienti populo ex praeputio Gentium et ipsorum credentium; fecit unam Ecclesiam de duobus populis, factus est illis lapis angularis (Eph 2, 14-22), et ideo vere pacificus. Quia ergo ille verus Salomon; Salomon autem ille filius David de muliere Bethsabee (2 Reg 12,24), rex Israel, figuram gestabat huius pacifici, quando templum aedificavit: ideo ne illum putes Salomonem qui aedificavit domum Deo, alium Salomonem tibi ostendens Scriptura sic coepit in Psalmo: *Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt aedificantes eam.* Dominus ergo aedificat domum, Dominus Iesus Christus aedificat domum suam. Laborant multi in aedificando; sed si non ille aedificet, *in vanum laboraverunt aedifican-*

todos trabajamos, todos edificamos ahora; y también antes que nosotros corrieron, trabajaron, edificaron otros; pero, *si el Señor no edificare la casa, en vano trabajarán los constructores.* Por eso, viendo los apóstoles caer a algunos, dicen, y especialmente San Pablo: *Observáis días, años, meses y estaciones. Temo por vosotros, no sea que en vano haya trabajado por vosotros.* Como conocía que él había sido edificado interiormente por el Señor, lloraba por éstos, no sucediese que hubiera trabajado en ellos en vano. Luego nosotros edificamos externamente, El internamente. Nosotros advertimos cómo oís; lo que pensáis, únicamente lo advierte el que ve vuestros pensamientos. El edifica, amonesta, atemoriza, da el entender, somete nuestro asenso a la fe. Sin embargo, nosotros también trabajamos como obreros; pero, *si el Señor no edificare la casa, en vano trabajarán los constructores.*

3. La casa de Dios es la misma ciudad. La casa de Dios es el pueblo de Dios, puesto que la casa de Dios es el templo de Dios. ¿Qué dice el Apóstol? *El templo de Dios, que sois vosotros, es santo.* Todos los santos fieles, que son la casa de Dios, no sólo los que ahora existen, sino también los que anteriormente existieron y ya murieron y los que después de nosotros han de existir, los cuales todavía han de nacer para hallarse en medio de las cosas humanas hasta el fin del mundo, congregados en uno, son innumerables fieles, pero contados por Dios, pues de ellos dice el Apóstol: *El Señor conoció a los que son suyos.* Estos granos que ahora gimen entre las pajas y que han de formar un solo montón cuando al fin sea bieldada la parva; todo este montón de santos fieles formado con los hombres que han de ser transmu-

tes eam. Qui sunt qui laborant aedificantes? Omnes qui in Ecclesia praedicant verbum Dei, ministri Sacramentorum Dei. Omnes currimus, omnes laboramus, omnes aedificamus modo; et ante nos cucurrerunt, laboraverunt, aedificaverunt: sed *nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt, aedificantes eam.* Ideo quosdam videntes ruere Apostoli, et proprie Paulus ait: *Dies observatis, et annos, et menses, et tempora; timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vos* (Gal 4,10.11). Quia noverat se intus a Domino aedificari, plangebat istos, quia sine causa laboraverat in eis. Nos ergo loquimur foris, ille aedificat intus. Quomodo audiatis, nos advertimus; quid cogitetis, ille solus novit qui cogitationes vestras videt. Ipse aedificat, ipse monet, ipse terret, ipse intellectum aperit, ipse ad fidem applicat sensum vestrum: et tamen laboramus et nos tanquam operarii; sed *nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt aedificantes eam.*

3. Quae autem domus Dei, et ipsa civitas. Domus enim Dei, populus Dei; quia domus Dei, templum Dei. Et quid dicit Apostolus? *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* (1 Cor 3,17). Omnes autem fideles, quae est domus Dei, non solum qui modo sunt, sed et qui ante nos fuerunt et iam dormierunt, et qui post nos futuri sunt, adhuc qui nasci habent in rebus humanis usque in finem saeculi, congregati in unum fideles innumerabiles, sed Domino numerati, de quibus dicit Apostolus,

tados para hacerse iguales a los ángeles de Dios, unidos a los mismos ángeles, los cuales ahora no peregrinan, sino que esperan a que nosotros volvamos de la peregrinación, forman todos juntos una sola casa de Dios y una ciudad. Esta es la Jerusalén, la cual tiene guardias, pues como tiene constructores que trabajan para edificarla, tiene también guardianes. Pues a la guardia pertenece lo que dice el Apóstol: *Temo no sea que, como la serpiente engañó a Eva, así se depraven vuestras mentes, perdiendo la simplicidad para con Cristo.* El Apóstol custodiaba, era guardián; vigilaba cuanto podía sobre los que se hallaba al frente. Esto hacen también los obispos, pues están colocados en lugar más alto para que supervigilen y como guarden al pueblo, puesto que lo que se dice en griego *episkopous,* obispo, se traduce al latín por *superintentor,* inspector o superintendente, porque inspecciona, porque contempla desde arriba. Como el viticultor ocupa un puesto elevado para guardar la viña, el obispo se halla en puesto elevado para custodiar la grey. Desde esta atalaya ha de dar arriesgada y minuciosa cuenta si no permanecemos aquí con el corazón de tal modo humillados a vuestros pies y orando por vosotros para que quien conoce vuestros pensamientos los guarde. Pues yo puedo ver a los que entran y salen del templo, pero hasta tal punto no puedo ver lo que pensáis en el corazón, que ni aun puedo ver lo que hacéis en vuestras casas. Luego ¿cómo custodiamos? Como hombres, cuanto podemos, cuanto nos es concedido. Y, puesto que custodiamos como hombres y no podemos hacerlo perfecta-

Novit Dominus qui sunt eius (2 Tim 2,19); grana illa quae modo gemunt inter paleas, quae massam unam factura sunt, quando area in fine fuerit ventilata (Mt 3,12): omnis ergo numerus fidelium sanctorum, ex hominibus commutandorum ut fiant aequales Angelis Dei, adiuncti etiam ipsi Angelis, qui modo non peregrinantur, sed exspectant nos quando a peregrinatione redeamus; omnes simul unam domum Dei faciunt, et unam civitatem. Ipsa est Ierusalem. Habet custodes: quomodo habet aedificantes, laborantes ut aedificetur; sic habet et custodientes. Nam ad custodiam pertinet quod dicit Apostolus: *Timeo ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic et vestrae mentes corrumpantur a castitate quae est in Christo* (2 Cor 11,3). Custodiebat, custos erat; vigilabat, quantum poterat, super eos quibus praeerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est episcopis, ut ipsi superintendant, et tanquam custodiant populum. Nam et graece quod dicitur episcopus, hoc latine superintentor interpretatur; quia superintendit, quia desuper videt. Quomodo enim vinitori altior fit locus ad custodiendam vineam, sic et episcopis altior locus factus est. Et de isto alto loco periculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus vestris simus, et pro vobis oremus, ut qui novit mentes vestras ipse custodiat. Quia nos intrantes vos et exeuntes possumus videre; usque adeo autem non videmus quid cogitetis in cordibus vestris, ut neque quid agatis in domibus vestris videre possimus. Quomodo ergo custodimus? Quomodo homines; quantum possumus, quantum accepimus. Et

mente, ¿permaneceréis sin guarda? No por cierto, pues allí está Aquel de quien se dice: *Si el Señor no guardare la ciudad, en vano trabajó el que la guarda.* Trabajamos custodiando, pero nuestro trabajo será inútil si no guarda el que ve nuestros pensamientos. El custodia cuando vigiláis, El guarda cuando dormís, pues El durmió una vez en la cruz, y ya no duerme. Sed Israel, porque no duerme ni dormita el que guarda a Israel. Ea, hermanos: si queremos ser guardados bajo la sombra o protección de las alas de Dios, seamos Israel. Yo os custodio por el oficio del gobierno, pero quiero ser custodiado con vosotros. Yo soy pastor para vosotros, pero soy oveja con vosotros bajo aquel Pastor. Desde este lugar soy como doctor para vosotros, pero soy condiscípulo vuestro en esta escuela bajo aquel único Maestro.

4 [v.2]. Si queremos ser custodiados por Aquel que se humilló por nosotros y que se ensalzó para guardarnos, seamos humildes. Nadie se arrogue nada. Nadie tiene algo bueno si no lo hubiere recibido de Aquel que únicamente es bueno. El que quiere arrogarse la sabiduría es necio. Sea humilde para que venga sobre él la sabiduría y le ilumine. Si antes de venir sobre él la sabiduría se cree sabio, se levanta antes de amanecer y anda en tinieblas. ¿Qué oye en este salmo? *Es inútil que os levantéis antes de la luz.* Si os levantáis antes de que aparezca la luz, necesariamente permaneceréis en la vanidad, porque estaréis en tinieblas. Se elevó nuestra luz, Cristo. Te conviene levantarte después de Cristo, no antes de Cristo. ¿Quiénes se levantan antes de Cristo? Los que pretenden sobreponerse a Cristo. ¿Y quiénes son éstos? Los que

quia nos sicut homines custodimus, et perfecte custodire non possumus, ideo sine custode remanebitis? Absit. Nam ubi est ille de quo dicitur, *Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum laboravit qui custodit eam?* Laboramus in custodiendo, sed vanus est labor noster, nisi ille custodiat qui videt cogitationes vestras. Custodit ille cum vigilatis, custodit et cum dormieritis. Ille enim dormivit in cruce semel, et surrexit; iam non dormit. Estote Israel; quia non dormit, neque dormitabit, qui custodit Israel (Ps 120,4). Eia, fratres, si volumus sub umbra alarum Dei custodiri, simus Israel. Custodimus enim vos ex officio dispensationis; sed custodiri volumus vobiscum. Tanquam vobis pastores sumus, sed sub illo Pastore vobiscum oves sumus. Tanquam vobis ex hoc loco doctores sumus; sed sub illo uno Magistro in hac schola vobiscum condiscipuli sumus.

4 [v.2]. Si volumus custodiri ab illo qui humiliatus est propter nos, et exaltatus est ad custodiendos nos, humiles simus. Nemo sibi arroget aliquid. Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit, qui solus bonus est. Qui autem sibi voluerit arrogare sapientiam, stultus est. Sit humilis, ut veniat sapientia et illuminet illum. Si autem antequam veniat in illum sapientia, putat se esse sapientem; ante lucem surgit, et ambulat in tenebris. Et quid audit in isto psalmo? *In vanum est vobis ante lucem surgere.* Quid est, *In vanum est vobis ante lucem surgere?* Si surgatis antequam surgat lux, necesse est ut in vanitate remaneatis, quia in tenebris

quieren ensalzarse aquí en donde Cristo se humilló. Luego se humillen aquí si quieren ensalzarse allí en donde Cristo se ensalzó. Pues de aquellos que se adhirieron a El por la fe, entre los cuales estamos nosotros si también nosotros creemos en El con recto corazón, dice: *Padre, quiero que los que me diste estén conmigo en donde yo estoy.* ¡Gran don, inmensa gracia, excelsa promesa, hermanos míos! ¿Quién no quiere estar con Cristo en donde El está? Cristo ya está en lo excelso. ¿Quieres estar allí en donde El está? Sé humilde en donde El lo fue. Por eso, la misma luz les dice: *No es el discípulo más que el Maestro, ni el siervo más que el Señor.* Los discípulos que anhelaban ser más que el Maestro y los siervos que querían ser más que su Señor querían elevarse antes que la luz; en vano caminaban, puesto que no caminaban después de la luz. A éstos les dice este salmo: *Es inútil que os levantéis antes de la luz.* Tales eran los hijos del Zebedeo, los cuales, antes de ser humillados conforme a la pasión del Señor, se escogían puestos en donde sentarse: uno a la derecha y el otro a la izquierda. Querían levantarse antes de la luz; por eso caminaban en vano. El Señor, al oír esto, los encaminó a la humildad, diciéndoles: "*¿Podéis beber el cáliz que yo he de beber?* Yo vine a humillarme, ¿y vosotros queréis ser ensalzados antes que yo? Por donde yo voy, seguidme; porque, si queréis ir por distinto camino del que yo voy, *os es inútil levantaros antes de la luz.*" También Pedro se levantó antes de la luz cuando pretendió dar el consejo al Señor de que no padeciese por nos-

eritis. Surrexit lux nostra Christus; bonum est tibi ut surgas post Christum, non surgas ante Christum. Qui surgunt ante Christum? Qui se volunt praeponere Christo. Et qui sunt qui se volunt praeponere Christo? Qui volunt hic excelsi esse, ubi humilis ille fuit. Sint ergo hic humiles, si volunt ibi esse excelsi, ubi Christus excelsus est. Ait enim de iis qui illi adhaeserant fide, in quibus et nos sumus, si et nos in illum puro corde credimus: *Pater*, inquit, *quos mihi dedisti, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum* (Io 17,24). Magnum donum, magna gratia, magna promissio, fratres mei! Et quis non vult esse cum Christo, ubi est Christus? Sed iam excelsus Christus: vis ibi esse ubi est excelsus? Esto humilis, ubi et ille humilis fuit. Propterea illis dicit ipsa lux: *Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum* (Mt 10,24). Qui volebant discipuli esse super magistrum; et servi volebant esse super dominum suum, ante lucem volebant surgere; in vanum ibant, quia non post lucem ibant. Illis ergo dicit iste psalmus, *In vanum est vobis ante lucem surgere.* Tales erant filii Zebedaei, qui antequam humiliarentur secundum passionem Domini, iam sibi loca eligebant, ubi sederent, unus ad dexteram, alter ad sinistram: ante lucem volebant surgere; ideo in vanum ibant. Revocavit illos Dominus ad humilitatem, cum hoc audiret, et ait illis: *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* (ib. 20,21.22). Ego veni humilis esse, et vos ante me vultis esse excelsi? Qua ego eo, illac sequimini, ait. Nam

to por su muerte?" Pero al decirlo esto, quizás te responderá: "Yo conozco a un hombre impío, pagano, sacrílego, adorador de los dioses"; tal vez le conoce y dice verdad, pues no conoce solamente a uno, ni a dos, ni a tres, al cual llevaron al sepulcro anciano, decrépito, que murió en su lecho rodeado de una turba de hijos y nietos. "Ve que éste no temió al Señor, y, sin embargo, una numerosa familia le cerró sus ojos. ¿Qué hemos de decir a esto?", te dirá. Nada malo le puede acontecer; es decir, que vivo entierre a los hijos, siendo así que, ya muerto, es llevado él por ellos a un mausoleo suntuoso.

3. Sacudamos, pues, sacudamos, si queremos ser hijos de los sacudidos; salga algo de aquí. Hay un hombre que así es bendecido, y únicamente teme al Señor aquel que se halla entre los miembros de este hombre; son muchos hombres y un hombre solo; muchos cristianos y un solo Cristo. Estos cristianos, con su Cabeza, que subió al cielo, son un solo Cristo; no es El uno y nosotros muchos, sino que, siendo nosotros muchos en Aquel uno, somos uno. Luego Cristo es uno, Cabeza y Cuerpo. ¿Cuál es su Cuerpo? Su Iglesia, conforme dice el Apóstol: *Somos miembros de su Cuerpo;* y: *Vosotros sois Cuerpo de Cristo y miembros.* Entendamos, pues, la voz de este hombre en cuyo Cuerpo somos un hombre solo, y allí veremos estos bienes verdaderos de Jerusalén. Si atiendes a estos bienes con ojo terreno, a la muchadumbre de hijos y nietos, a la fertilidad y fecundidad de la esposa, no son bienes de aquella Jerusalén, porque todos estos bienes se hallan en la tierra de los que mueren, y ésta es

torem idolorum (et forte novit et verum dicit, nec unum tantum novit, nec duos vel tres), quem deduxerunt ad fossam, senen, decrepitum, mortuum in lecto suo, turbae filiorum et nepotum. Ecce non timuit Dominum, et proles fecundissima domus eius clausit oculos eius. Quid ad hoc dicturi sumus? Nihil illi potest evenire mali, ut efferat filios suos vivus, quando iam mortuus a filiis ad sepulcrum gloriosum deductus est

3. Excutiamus ergo, excutiamus, si volumus esse filii excussorum: exeat huc aliquid. Est enim quidam homo qui sic benedicitur; et nemo timet Dominum, nisi qui est in membris ipsius hominis: et multi homines sunt, et unus homo est; multi enim Christiani, et unus Christus. Ipsi Christiani cum capite suo, quod ascendit in caelum, unus est Christus: non ille unus et nos multi, sed et nos multi in illo uno unum. Unus ergo homo Christus, caput et corpus. Quod est corpus eius? Ecclesia eius, dicente Apostolo, *Quoniam membra sumus corporis eius* (Eph 5,30); et, *Vos autem estis corpus Christi et membra* (1 Cor 12,27). Intelligamus ergo vocem huius hominis, in cuius corpore unus sumus homo; et ibi videbimus ista vera bona Ierusalem. Sic enim dixit in fine: *Et videas bona quae sunt Ierusalem.* Si autem ista bona terreno oculo attenderis, abundantiam filiorum et nepotum, et fertilitatem fecunditatemque coniugis, non sunt bona illius Ierusalem; quia bona ista in terra morientium sunt, illa terra viventium est. Noli valde pro magno habere, si habes

tierra de los que viven. No reputes como cosa extraordinaria tener hijos que han de morir, si no antes de ti, ciertamente después. ¿Quieres tener hijos que jamás han de morir y siempre han de vivir contigo? Pertenece al Cuerpo de Aquel de quien se dijo: *Vosotros sois Cuerpo de Cristo y miembros.*

4. También este salmo, para demostrar esto, ya que de tal modo es oscuro, que aconseja sea agitado, y de tal manera es oculto, que quiere sea sacudido, comienza con *muchos,* diciendo: *Bienaventurados todos los que temen al Señor, los que andan en sus caminos.* Habla a muchos, pero como estos muchos son uno en Cristo, prosigue exponiendo ya en singular: *Comerás los trabajos de tus frutos.* Anteriormente dijo: *Bienaventurados son todos los que temen al Señor, los que caminan en sus sendas.* ¿Por qué dice ahora: *Comerás los trabajos de tus frutos,* y no "comeréis"? ¿Y por qué *los trabajos de tus frutos* y no "los trabajos de *vuestros frutos*"? ¿Tan pronto se olvidó que hablaba de muchos? Pero si ya sacudiste, ¿qué te responde? Cuando nombro a muchos cristianos, reconozco a uno solo en un solo Cristo. Luego sois muchos y sois uno. ¿Cómo somos muchos y uno? Porque estamos unidos a Aquel del cual somos sus miembros, de cuyos miembros está la Cabeza en el cielo para que después sigan los miembros.

5. Describa ya El mismo, puesto que es evidente a quién se refiere. Así quedarán en claro todas las cosas que siguen. Vosotros únicamente temed al Señor y andad en sus caminos, y no envidiéis a quienes no andan por los caminos de Dios cuando

filios morituros, et si non ante te, certe post te. Vis habere filios nunquam morituros, et tecum semper victuros? Esto in illius corpore, de quo dictum est, *Vos autem estis corpus Christi et membra.*

4. Nam ut hoc ostenderet et ipse Psalmus, quia sic est obscurus ut admoneat pulsari, sic opertus ut velit excuti, a pluribus coepit: *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.* Multis loquitur; sed quia ipsi multi unum sunt in Christo, sequitur et singulariter iam dicit, *Labores fructuum tuorum manducabis.* Superius dixerat, *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:* modo quare, *Labores fructuum tuorum manducabis;* et non, manducabitis? et quae, *Labores fructuum tuorum;* et non, Labores fructuum vestrorum? Tam in proximo oblitus est quia pluribus loquebatur? Sed si iam excussisti, quid tibi respondit? Cum plures Christianos appello, in uno Christo unum intelligo. Plures ergo estis, et unus estis; plures sumus, et unus sumus. Quomodo plures sumus, et unus sumus? Quia illi inhaeremus cuius membra sumus; et quorum caput in caelo est, ut membra sequantur.

5. Ipse ergo describat iam; quia manifestum est quem describit. Sic patebunt omnia quae sequuntur: tantum vos timete Dominum, et ambulate in viis eius, et nolite zelare eos qui non ambulant in viis eius, quando illos videritis esse felices infeliciter. Saeculi enim homines infeliciter

los viereis que son infelizmente felices. Los hombres mundanos son infelizmente felices; por el contrario, los mártires eran felizmente infelices, pues eran temporalmente infelices, pero eternamente felices, y por lo mismo que eran temporalmente infelices, se les juzgaba más infelices que eran. ¿Qué dice, pues, el Apóstol? *Como tristes, pero siempre alegres.* ¿Por qué *siempre?* Porque aquí y allí, totalmente aquí y allí. ¿Cómo estamos alegres aquí? Con la esperanza. ¿Cómo nos alegraremos allí? Con la realidad. La esperanza reporta un gran gozo. Si nos alegramos con la esperanza, ved lo que sigue: *Sufridos en la tribulación.* Luego los mártires eran sufridos en la tribulación, porque se alegraban en la esperanza. Pero como aún no se poseía lo que se prometía, ¿qué dice el Apóstol? *La esperanza que se ve no es esperanza; si lo que no vemos lo esperamos, con paciencia aguardamos.* Ved por qué los mátires soportaron todas las calamidades: porque esperaban con paciencia lo que veían. Quienes los mataban amaban las cosas que veían; los matados suspiraban por las que no veían y se apresuraban a apoderarse de ellas; y, cuando se les retrasaba la muerte, pensaban que se les dilataba el conseguirlas.

6. Luego, hermanos, el mártir Félix, que fue verdaderamente feliz por el nombre y la corona, del que hoy celebramos la festividad, despreció el mundo. ¿Acaso temiendo al Señor era feliz, era bienaventurado porque su mujer era en la tierra fecunda como viña y sus hijos rodeaban su mesa? Todas estas cosas las tiene cumplidamente, pero en el Cuerpo de Aquel que aquí se describe; y porque así lo entendió él, despreció lo presente

felices sunt: martyres autem feliciter infelices erant. Erant enim ad tempus infelices, sed in aeternum felices; et in eo ipso quod erant ad tempus infelices, putabantur magis infelices quam erant. Quid enim dicit Apostolus? *Quasi tristes, semper autem gaudentes* (2 Cor 6,10). Quare, *semper?* Et hic et ibi: prorsus et hic et ibi. Hic enim unde gaudemus? De spe. Ibi unde gaudebimus? De re. Magnum gaudium habet spes gaudentis. Et si *spe gaudentes,* videte quid sequitur: *In tribulatione patientes* (Rom 12,12). Martyres ergo in tribulatione patientes erant, quia spe gaudebant. Sed quia nondum erat illud quod promittitur, quid dicit Apostolus? *Spes enim quae videtur, non est spes: si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* (Rom 8, 24 et 25). Ecce quare omnia martyres pertulerunt, quia quod non videbant, per patientiam exspectabant. Illi qui eos occidebant, quae videbant amabant: illi qui occidebantur, ad ea quae non videbant suspirabant, et ea quae non videbant, apprehendere festinabant; et quod tardius occidebantur, moras sibi fieri arbitrabantur.

6. Ergo, fratres, Felix martyr et vere felix et nomine et corona, cuius hodie dies est, contempsit mundum. An forte quia timebat Dominum, inde erat felix, inde erat beatus, quia uxor eius tanquam vinea fertilis erat in terra, et filii eius circumdederant mensam eius? Omnia ista perfecte habet, sed in corpore illius qui hic describitur: et quia sic ille in-

para recibir lo futuro. Sabéis, hermanos, que él no fue matado como lo fueron otros mártires. Confesó, se le retrasó el tormento, y al día siguiente se halló su cuerpo exánime. Ellos habían cerrado la cárcel, encerrando el cuerpo no el espíritu. Los verdugos se preparaban a torturar en ella a quien encontraron ausente. Perdieron su saña. Yacía exánime, sin sentido ante ellos, para que así no pudieran atormentarle, pero con sentido ante Dios para ser coronado. ¿Cómo hubiera, hermanos, recibido el galardón este feliz, no sólo en cuanto al nombre, sino también en cuanto al premio de la vida eterna, si hubiera amado estas cosas terrenas?

7. Luego entendamos este salmo como si hablase de Cristo; y todos, unidos al Cuerpo de Cristo y hechos miembros de El, andemos los caminos del Señor y le temamos con temor casto, temor que permanece por los siglos de los siglos. Pues existe otro temor que la caridad aleja, según dice San Juan: *No hay temor en el amor, proque el amor perfecto echa fuera el temor.* No dice que la caridad aparta *todo temor,* pues el salmo afirma que *el temor casto permanece por los siglos de los siglos.* Permanece un temor y se excluye otro. El temor que se excluye no es casto; el que permanece lo es. ¿Qué temor se excluye? Dignaos atender. Algunos temen solamente sufrir en la tierra algún mal, padecer enfermedades, orfandad, perder a los seres queridos, ir al destierro, soportar cadenas, cárceles y tribulaciones; por esto temen y tiemblan. Este temor todavía no es casto. Oye algo más. Otro no teme sufrir en la tierra, sino que teme el infierno; de

tellexit, contempsit praesentia, ut acciperet futura. Noveritis autem, fratres, non eum passum mortem, quam alii martyres passi sunt. Confessus est enim, dilatus est ad tormenta; alio die inventum est corpus eius examine. Clauserant enim illi carcerem, sed corpori, non spiritui. Quem illic parabant torquere carnifices, absentem invenerunt, perdiderunt saevitiam suam. Iacebat exanimis, sine sensus illis, ne torqueretur; cum sensu apud Deum, ut coronaretur. Unde et iste felix, fratres, non tantum nomine, sed et praemio vitae aeternae, si ista dilexit?

7. Ergo sic audiamus istum psalmum, tanquam de Christo dicatur: et omnes haerentes corpori Christi et effecti membra Christi, ambulemus vias Domini; et timeamus Dominum timore casto, timore permanente in saeculum saeculi. Est enim alius timor quem charitas excludit, dicente Ioanne, *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem* (1 Io 4,18). Non de omni timore dicit quia mittitur foras a charitate; habes enim psalmun dicentem, *Timor Domini castus permanet in saeculum saeculi* (Ps 18,10). Alius ergo timor permanet, alius excluditur. Timor qui excluditur, castus non est; qui autem permanet, castus est. Quis est timor qui excluditur? Dignamini advertere. Aliqui propterea tantum timent, ne aliquid mali in terra patiantur, ne illis aegritudo accidat, ne damnum, ne orbitas, ne alicuius amissio chari, ne exsilium, ne damnatio, ne carcer, ne aliqua tribulatio; propterea timent

aquí que le aterra el Señor. Cuando se leía el evangelio, oísteis: *... en donde su gusano no perece y el fuego no se apaga.* Oyen esto los hombres, y, como ciertamente ha de sobrevenir a los impíos, temen y se abstienen de pecar. Tienen temor, y no pecan por él. Temen ciertamente, pero no aman la justicia. Con todo, cuando se abstienen de pecar por el temor, se engendra una costumbre de justicia, y comienza a ser amado lo dificultoso y a ser grato a Dios; y así empieza el hombre a vivir rectamente, no porque teme las penas, sino porque ama la eternidad. Luego la caridad arrojó una clase de temor, pero ocupó su lugar el temor casto.

8. ¿Cuál es este temor casto? Aquel según el cual debemos entender, hermanos míos, lo que se dijo: *Bienaventurados todos los que temen al Señor, los que andan en sus caminos.* Si pudiese hablar dignamente, ayudándome el Señor, Dios nuestro, sobre este temor casto, muchos quizás por él se inflamarían en el amor puro. Tal vez no puedo exponerlo si no es aduciendo alguna semejanza. Imagínate a una mujer casta que teme a su marido y a otra adúltera que igualmente le teme. La casta teme que su esposo se aparte de la casa, la adúltera que venga. ¿Y qué sucede si ambos se hallan ausentes? La primera teme que tarde, la segunda que llegue. Ausente está, en cierto modo, Aquel con quien estamos desposados; ausente está el que os dio en arras el Espíritu Santo; ausente está el que nos redimió con su sangre: el esposo más hermoso que todo lo que existe, el cual apareció como disforme entre las manos de los perseguidores, y del

et tremunt: adhuc iste timor non est castus. Adhuc audi. Alius non in hac terra pati timet, sed gehennas timet, unde terruit et Dominus. Audistis cum Evangelium legeretur: *Ubi vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* (Mc 9,43). Audiunt haec homines; et quia vere futura sunt impiis, timent, et continent se a peccato. Habent timorem, et per timorem continent se a peccato. Timent quidem, sed non amant iustitiam. Cum autem per timorem continent se a peccato, fit consuetudo iustitiae, et incipit quod durum erat amari, et dulcescit Deus: et iam incipit homo propterea iuste vivere, non quia timet poenas, sed quia amat aeternitatem. Exclusus est ergo timor a charitate; sed successit timor castus.

8. Quis est iste timor castus? Secundum quem debemus, fratres mei, intelligere quod dictum est, *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.* Si potuero digne dicere de isto timore casto, adiuvante Domino Deo nostro, multi fortasse hoc timore casto inflammabuntur in amorem castum. Nec possumus explicare fortassis, nisi proposita aliqua similitudine. Pone aliquam feminam castam, timentem virum suum: aliam pone adulteram; et ipsa timet virum suum. Casta timet ne discedat vir; adultera, ne veniat. Quid si ambo absentes sunt? Illa timet ne veniat; illa, ne tardet. Absens est quodam modo cui desponsati sumus, absens est qui nobis arrham dedit Spiritum sanctum, absens est qui

que poco antes decía Isaías: *Le vimos, y no tenía forma ni hermosura.* Luego ¿es disforme nuestro esposo? No hay tal cosa. ¿Cómo le amarían las vírgenes que no buscaron maridos en la tierra? Apareció disforme a los perseguidores, y si por tal no le hubieran reputado, no se hubieran echado sobre El, no le hubieran azotado, no le hubieran coronado de espinas, no le hubieran ultrajado con salivas; pero como les pareció disforme, perpetraron en El todas estas cosas; carecían de ojos a los que apareciera hermoso Cristo. ¿A qué ojos se presenta Cristo hermoso? ¿Qué ojos recababa el mismo Cristo cuando decía a Felipe: *¿Tanto tiempo ha que estoy con vosotros y no me visteis?* Estos ojos han de ser purificados para que puedan ver aquella luz, ya que, tocados levemente con el esplendor, se encenderán con el amor para que anhelen ser curados y puedan percibir la luz. A fin de que sepáis que es hermoso el Cristo que es amado, dice el profeta: *Es el más hermoso de los hijos de los hombres.* Su hermosura supera a la de todos los hombres. ¿Qué amamos en Cristo? ¿Los miembros crucificados, el costado herido o la caridad? Cuando oímos que padeció por nosotros, ¿qué amamos? La caridad. Nos amó para que le amásemos; nos visitó con su Espíritu para que pudiéramos amarle. El es hermoso y está ausente. Se pregunte la esposa si es casta. Todos, hermanos míos, nos hallamos en sus miembros; somos miembros de El, y, por tanto, somos un único hombre. Vea cada uno qué temor tenga; si aquel que la caridad arroja o el casto, que permanece por los siglos de los siglos. Ahora lo conoció. ¿Qué digo? Lo conocerá.

nos redemit sanguine suo; sponsus ille quo nihil est pulchrius, qui quasi foedus apparuit inter manus persequentium, de quo paulo ante dicebat Isaias, *Et vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem* (Is 53,2). Ergo sponsus noster foedus est? Absit: quomodo enim illum virgines amarent, quae in terra maritos non quaesierunt? Ergo persequentibus foedus apparuit; et nisi eum foedum putarent, non insilirent, non flagellis caederent, non spinis coronarent, non sputis inhonestarent: sed quia foedus illis apparebat, fecerunt illi ista; non enim habebant oculos unde Christus pulcher videretur. Qualibus oculis Christus pulcher apparuit? Quales oculos quaerebat ipse Christus, quando dicebat Philippo: *Tanto tempore vobiscum sum, et non me vidistis?* (Io 14,9). Isti oculi mundandi sunt, ut possint videre illam lucem; et leviter tamen perstricti splendore, accenduntur amore, ut sanari velint, et fiant illuminati. Nam ut noveritis quia pulcher est Christus qui amatur, ait Propheta: *Speciosus forma prae filiis hominum* (Ps 44,3). Omnes homines superat illius pulchritudo. Quam rem amamus in Christo? Membra crucifixa, latus perforatum, an charitatem? Quando audimus quis passus est pro nobis, quid amamus? Charitas amatur. Amavit nos, ut redamaremus eum; et ut redamare possemus, visitavit nos Spiritu suo. Pulcher est ille, et absens est. Interroget se sponsa, si casta est. In membris sumus omnes, fratres mei; in membris ipsius sumus, ideo unus homo sumus.

Nuestro esposo se halla ausente; pregunta a tu conciencia: "¿Quieres que venga o que retarde su venida?" Ved, hermanos, que yo llamé a la puerta de vuestros corazones, pero El oyó la voz de los habitantes. Yo, como soy hombre, no puede percibir lo que hayan dicho ahora las conciencias de cada uno; pero el que está ausente con el cuerpo, pero presente con la virtud de la majestad, os ha oído. ¡Cuántos, si se les dijese: "He aquí que viene Cristo; mañana será el día del juicio", no exclamarían: "Ojalá venga"! Quienes lo dijeren aman mucho; y si se les dijere: "Tardará", temen su retraso, porque poseen el amor casto. Como ahora temen que tarde, así, cuando viniere, temerán que se aparte. Este temor será casto, porque es seguro y apacible. No nos abandonará cuando hubiese venido, ya que nos buscó antes de que nosotros le buscásemos. Luego el temor casto, hermanos míos, lleva consigo la procedencia del amor. Sin embargo, el temor no casto teme la presencia y el castigo; todo lo bueno que hace, lo hace por temor; mas no por el temor de perder el bien, sino por el temor de padecer el mal; no teme porque ha de perder el abrazo del dulcísimo esposo, sino porque será enviado al fuego. Con todo, este temor es útil, pero no permanecerá por los siglos de los siglos, pues aún no es el temor casto que permanece por los siglos de los siglos.

9. ¿En quién se halla el temor casto? De nuevo interrogo para que os preguntéis a vosotros mismos. Si, viniendo Dios, nos hablase con su propia voz, aunque no deja de hablar por medio

Videat unusquisque qualem timorem habeat, an eum quem excludit charitas, an castum permanentem in saeculum saeculi. Modo probavit; dico, et probabit. Absens est sponsus noster; interroga conscientiam tuam: vis ut veniat, an adhuc vis ut tardet? Videte, fratres: ego pulsavi ad ostia pectorum vestrorum; vocem inhabitantium ille audivit. Quid singulorum quorumque modo conscientiae dixerint, ad aures meas, quia homo sum, pervenire non potuit: ille qui absens est praesentia corporis, sed praesens est vigore maiestatis, audivit vos. Quam multi, si dicatur illis, Ecce iam Christus, cras dies iudicii; non dicunt, Utinam veniat! Qui enim dicunt, multum amant: et si dicatur illis, Tardabit; timent ne tardet, quia timor castus est. Quomodo autem nunc timetur ne tardet, sic cum venerit, timebitur ne discedat. Erit autem castus iste timor, quia tranquillus et securus. Non enim deseremur ab eo, cum invenerit nos, quando quaesivit nos antequam quaereremus eum. Castus ergo timor, fratres mei, hoc habet; venit de amore. Ille autem timor nondum castus, praesentiam et poenas timet. Timore facit quidquid boni facit; non timore amittendi bonum illud, sed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor, utilis est; non quidem permanebit in saeculum saeculi: sed nondum est ille castus permanens in saeculum saeculi.

9. In quo est castus? Iam iterum interrogo aliquid, quod vosmetipsos interrogetis. Si Deus veniens voce propria loqueretur nobis (quanquam non taceat loqui per Litteras suas), et diceret homini: Peccare vis, pecca;

de sus Escrituras, y dijese al hombre: "¿Quieres pecar? Peca; haz lo que te agrade; todo lo que ames en tu tierra sea tuyo; mata a aquel con quien te enojes, roba a quien desees, mata al que te venga en gana, perjudica al que quieras, domina al que te agrade; nadie se te oponga, nadie te diga: '¿Que haces?'; nadie: 'No obres'; nadie: '¿Por que obraste así?' Nada en la abundancia de todas estas cosas terrenas que deseaste, vive con ellas, no sólo temporal, sino eternamente; pero mi rostro jamás le verás." Hermanos míos, ¿por qué suspirasteis? Porque nació en vosotros el temor casto, que permanece por los siglos de los siglos. ¿Por qué se conturbó vuestro corazón? Si Dios dijese: "Jamás verás mi rostro, pero aquí tienes toda la felicidad terrena; abundarás en todas las cosas, te rodearán los bienes temporales, no los perderás, no los dejarás; ¿qué más quieres?", sin duda lloraría y gemiría el temor casto y diría: "Se me quiten todas las cosas, pero vea yo tu rostro." El temor casto exclamaría con el salmo y diría: *Dios de los ejércitos, vuélvete a nosotros y muéstranos tu rostro, y seremos salvos.* El temor casto clamaría con el salmo y diría: *Una cosa pedí al Señor.* Ve cómo se inflama este casto temor, amor verdadero, amor sincero: *Una cosa pedí al Señor, ésta volveré a pedir.* ¿Qué? *Que habite en la casa del Señor todos los días de mi vida.* Pero ¿si por la felicidad terrena lo pidiese el salmo? Oye lo que sigue: *para contemplar el deleite del Señor y para defender su templo.* Es decir, pedí una cosa al Señor: ser su templo y ser protegido por El. Si pidiereis esta única, si ejercitaseis vuestro corazón en conse-

fac quidquid te delectat; quidquid amaveris in terra, tuum fiat; cui fueris iratus, intereat; quem rapere volueris, rapiatur; quem caedere, caedatur; quem damnare, damnetur; quem possidere, possideas: nemo tibi resistat, nemo tibi dicat. Quid facis? nemo, Noli facere; nemo, Quare fecisti? Abundent tibi omnia ista terrena quae concupisti, et vive in illis, non usque ad tempus, sed semper: faciem tantum meam nunquam videbis. Fratres mei, unde ingemuistis, nisi quia iam natus est timor castus, permanens in saeculum saeculi? Quare percussum est cor vestrum? Si diceret Deus: Faciem meam nunquam videbis: ecce omni ista terrena felicitate, omnibus rebus abundabis, circumfluent te bona temporalia; non illa amittis, non illa deseris; quid vis amplius? Fleret quidem et gemeret timor castus, et diceret: Imo tollantur omnia, et faciem tuam videam. Timor castus exclamaret de psalmo, et diceret; *Deus virtutum, converte nos; et ostende faciem tuam, et salvi erimus* (Ps 79,8). Timor castus exclamaret de psalmo, et diceret: *Unam petii a Domino.* Vide quomodo ardeat timor iste castus, amor verus, amor sincerus. *Unam petii a Domino, hanc requiram.* Quid? *Ut inhabitem in domo domini omnes dies vitae meae.* Quid si propter terrenam felicitatem? Audi quid sequitur: *Ut contempler delectionem Domini, et protegam templum eius* (Ps 26,4); id est, esse templum eius, et protegi ab eo, hanc unam petii a Domino. Hanc unam si petieritis, ad hanc unam si cor vestrum exer-

guirla, si temieseis sólo perder ésta, no anhelarías la felicidad terrena, y esperaríais la verdadera felicidad, y formaríais parte de su Cuerpo, al cual se canta: *Bienaventurados todos los que temen al Señor, los que andan en sus caminos.*

10. *Comerás los trabajos de tus frutos.* ¡Oh vosotros, oh tú!; vosotros, que, siendo muchos, sois uno *comerás los trabajos de tus frutos.* A los que no entienden les parece que habla al revés de lo que conviene, pues debió decir, afirman: "Comerás el fruto de tus trabajos." Muchos comen el fruto de sus trabajos; trabajan la viña, no comen su trabajo, sino lo que se origina de su trabajo; cultivan los árboles frutales. ¿Quién come el trabajo? Lo que producen estos árboles, el fruto del trabajo, es el que regocija al agricultor. ¿Qué quiere decir *comerás los trabajos de tus frutos?* Que ahora soportamos los trabajos; el fruto vendrá después. Pero como los mismos trabajos no se presentan sin gozo por causa de la esperanza, de la que poco antes dijimos: *Nos gozamos en la esperanza y somos pacientes en la tribulación,* también ahora nos regocijan nuestros mismos trabajos y nos alegran en esperanza. Luego si nuestro trabajo pudo comerse y pudo alegrar, ¿cuál será el fruto comido de este trabajo? Comían sus trabajos *quienes iban caminando y lloraban al arrojar sus semillas.* ¿Cuánto más alegremente comerán el fruto de sus trabajos *los que vuelven con gozo trayendo sus gavillas?* Para que sepáis, hermanos, que se come este trabajo, en el salmo anterior oísteis que se dijo a los soberbios que pretendían levantarse antes que la luz, es decir. antes que Jesucristo, pero no por la humildad, por

cueritis, et hoc solum amittere timueritis, nec invidebitis felicitatibus terrenis, et illam felicitatem veram sperabitis, et eritis in eius corpore cui cantatur, *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.*

10. *Labores fructuum tuorum manducabis.* O vos, o tu, vos multi qui unus estis, *labores fructruum tuorum manducabis.* Quasi perverse videtur dicere non intelligentibus: debuit enim dicere. Fructum laborum tuorum manducabis. Multi enim manducant fructum laborum suorum. Laborant in vinea, ipsum laborem non manducant; sed quod de labore ipsorum nascitur, manducant. Laborant circa arbores pomiferas; quis manducet labores? Sed quod illae arbores attulerint, fructus laboris, ipse iucundat agricolam. Quid sibi vult, *Labores fructuum tuorum manducabis?* Modo labores habemus, fructus postea erit. Sed quia et ipsi labores non sunt sine gaudio, propter spem, de qua paulo ante diximus, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes;* modo nos ipsi labores nostri iucundant, et laetos nos faciunt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, et potuit iucundare; manducatus fructus ipsius laboris qualis erit? Manducabant labores suos, qui *euntes ibant et flebant, mittentes semina sua:* quanto iucundius manducabunt fructus laborum, qui *venientes venient cum exsultatione, portantes manipulos suos?* (Ps 125,6). Et ut noveritis, fratres, quia manducatur labor iste, in superiore psalmo audistis dictum superbis, qui ante lucem volebant surgere, id est ante Christum, non per

la que se levantó Cristo: *Levantaos después de haberos sentado.* Es decir, humillaos y levantaos a partir de la humillación, porque vino a humillarse el que fue ensalzado por vosotros. ¿Y qué añadió? *Levantaos los que coméis el pan del dolor.* Este es el trabajo de los frutos: el pan del dolor. Si no se comiese, no se llamaría pan; pero, si este pan no llevase consigo deleite alguno, nadie le comería. ¡Con cuánto deleite llora con gemido el que ora! Las lágrimas de los que oran son más dulces que los goces de los teatros. Observa también la llama del deseo con que se come este pan, del cual se dice aquí: *Los que coméis el pan del dolor.* Amando éste, de quien con frecuencia reconocemos su voz en el salmo, dice en otro lugar: *Mis lágrimas son mi pan día y noche.* ¿Cómo son las lágrimas pan? *Al decirme todos los días: "¿En dónde está tu Dios?"* Antes de que veamos al que nos amó, al que nos dio arras, a Aquel con quien nos desposamos, nos insultan los paganos y dicen: "¿En dónde está lo que adoran los cristianos? Nos muestren a quien adoran." "Ved—dice el pagano—que yo les muestro a mi dios; me muestren ellos el suyo." Al decir esto el pagano, no encuentras qué cosa mostrarle, porque no existe algo que puedas presentarle a los ojos. Te diriges a Dios, y lloras, y suspiras por El antes de verle, y gimes por el anhelo de poseerle; y, porque lloras por el deseo de El, te son dulces las lágrimas y te sirven de alimento, *porque se te convirtieron en pan día y noche al decirte todos los días: "¿En dónde está tu Dios?"* Pero vendrá tu Dios, del que se dice *en dónde está,* y te enjugará las lágrimas, y El sustituirá al pan de lágri-

humilitatem, qua surrexit Christus; dictum est illis, *Surgite posteaquam sedistis* (Ps 126,2): id est, humiliamini, et inde surgite quia et ille humiliari venit, qui exaltatus est propter vos. Et quid dictum est? *Qui manducatis panem doloris.* Iste est labor fructuum, panis doloris. Nisi enim manducaretur, non diceretur panis: nisi autem haberet aliquam suavitatem panis iste, nemo illum manducaret. Cum quanta suavitate plorat in gemitu, qui orat? Dulciores sunt lacrymae orantium, quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderii, qua manducatur ipse panis, de quo hic dicit, *Qui manducatis panem doloris.* Alio loco dicit amans iste, cuius vocem in Psalmo plerumque agnoscimus: *Factae sunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte.* Unde factae sunt lacrymae panis? *Dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus?* (Ps 42,4). Antequam enim videamus eum qui nos dilexit, qui nobis pignus dedit, cui desponsati sumus, insultant nobis Pagani, et dicunt: Ubi est quod colunt Christiani? Ostendant nobis quem colunt. Ecce ego ostendo illis Deum meum, et ipsi ostendant mihi Deum suum. Cum tibi hoc dicit paganus, non invenis quod illi ostendas; quia non est cui ostendas. Redis ergo, et plangis ad Deum; quia illi suspiras, antequam videas, et desiderio ipsius gemis; et quia in ipsius desiderio ploras, dulces sunt et ipsae lacrymae, et pro cibo tibi erunt, quia factae sunt tibi et ipsae panis die ac nocte, dum dicitur tibi quotidie, *Ubi est Deus tuus?* Sed veniet Deus tuus, de quo dicitur, *Ubi*

mas, y te alimentará eternamente, porque estará con nosotros la Palabra de Dios, con la cual se alimentan los ángeles. Mientras tanto, ahora comeremos los trabajos de los frutos, después el fruto del trabajo. *Comerás los trabajos de tus frutos; eres bienaventurado, y te irá bien. Eres bienaventurado* se refiere al presente; *te irá bien,* al futuro. Cuando comes los trabajos de tus frutos, *eres bienaventurado.* Cuando hubieres alcanzado el fruto de tus trabajos, *te irá bien.* ¿Qué digo? Que, si te ha de ir bien, sin duda serás bienaventurado; y, si has de ser bienaventurado, ciertamente te irá bien. Pero hay diferencia entre la esperanza y la realidad. Si la esperanza es tan dulce, ¡cuánto más dulce no lo será la realidad!

11. Expongamos ya lo que significa *tu esposa,* pues se habla a Cristo. Luego su esposa es su Iglesia. Su Iglesia, que somos nosotros, *como viña fértil,* es su esposa. ¿En quiénes es viña fértil? Vemos que muchos estériles constituyen estas paredes. Vemos que forman estas paredes muchos borrachos, usureros, charlatanes, agoreros, que se acercan a los hechiceros y hechiceras cuando les duele la cabeza. ¿Esta es la fertilidad de la vida? ¿Esta es la fecundidad de la esposa? No es ésta. Estas cosas son espinas, pero no es espinosa en todas las partes. Pues posee cierta fecundidad y es viña fértil. Pero ¿en quiénes? *En los lados de tu casa,* a la puerta de tu casa. No todos son lados de la casa. Indago cuáles son los lados, ¿y qué diré? ¿Las paredes son como piedras duras? Si hablase de la morada material, quizás entenderíamos por *lados* esto. Denominamos *lados de la casa* a los que se adhieren a Cristo. Con razón decimos en la conversación ordinaria de alguno que obra mal por consejo de malos amigos: *Habet mala latera,* tiene malos arrimos. ¿Qué significa "tiene malos apoyos o arrimos?" Que se le juntan los malos. Igualmente decimos de otro que tiene buen arrimo, es decir, que vive de buenos consejos. ¿Qué significa esto? Que se gobierna por buenos consejos. Luego son lados o costados de la casa los que se adhieren a Cristo. Con razón fue hecha la esposa del costado. Durmiendo el varón, fue hecha Eva; y, muerto Cristo, fue hecha la Iglesia; Eva, del costado del varón, sacándole una costilla; la Iglesia, del costado de Cristo, al ser herido con la lanza y brotar los sacramentos. Luego *tu esposa, como viña fértil.* Pero ¿en quiénes? En *los lados de tu casa.* En los que no se adhieren a Cristo es estéril. Y no los contaré de tu viña.

12. *Tus hijos.* La esposa son los mismos hijos. En las nupcias y matrimonios carnales, una es la esposa y otros los hijos. En la Iglesia, la esposa son los hijos. Los apóstoles pertenecían a la Iglesia, pues se hallaban entre los miembros de la Iglesia. Luego se hallaban en la esposa y eran esposa en cuanto a la parte que les correspondía como miembros de ella. Si no, ¿por qué se dijo de ellos: *Cuando el esposo se haya apartado de ellos, entonces ayunarán los hijos del esposo?* Luego es esposa y también hijos. Cosa admirable digo, hermanos míos. Por la palabra del Señor vemos que la Iglesia es hermanos, y hermanas, y madre del Señor, pues al comunicarle que su madre y sus hermanos estaban fuera; y, en cuanto estaban fuera, prefiguraban. ¿A quién prefiguraba la madre? A la sinagoga. ¿A quién los hermanos

est? et absterget lacrymas (Ap 21,4), et ipse pro pane lacrymarum succedet, et te in aeternum saginabit; quia erit nobiscum verbum Dei, quo pascuntur Angeli. Interim modo labores fructuum, postea fructus laboris. *Labores fructuum tuorum manducabis; beatus es, et bene tibi erit. Beatus es,* de praesenti est; *bene tibi erit,* de futuro est: cum manducas labores fructuum tuorum, *beatus es;* cum perveneris ad fructum laborum tuorum, *bene tibi erit.* Quid dixit? Nam si bene tibi erit, utique beatus eris; et si beatus eris, bene utique tibi erit. Sed interest inter spem et rem. Si spes tam dulcis, quanto res dulcior erit!

11. Iam veniamus ad illud, *Uxor tua:* Christo dicitur. Ergo uxor eius, Ecclesia eius; Ecclesia eius, uxor eius, nos ipsi. *Sicut vinea fertilis.* Sed in quibus vinea fertilis? Videmus enim parietes istos intrantes multos steriles; videmus quia istos parietes intrant multi ebriosi, feneratores, magones, quaerentes sortilegos, euntes ad praecantores et praecantatrices, quando illis caput dolet. Ista est fertilitas vineae? ista est ubertas uxoris? Non ipsa est. Istae spinae sunt, sed non ubique spinosa. Habet quamdam fertilitatem, et est vinea fertilis; sed in quibus? *In lateribus domus tuae.* Non omnes dicuntur latera domus. Quaero enim quae sint latera: quid dicam? Parietes sunt, quasi lapides fortes? Si de hoc habitaculo corporali diceret, forte hoc intelligeremus latera. Latera dicimus domus, eos qui inhaerent Christo. Non enim sine causa et in sermone quotidiano dicimus de aliquo, qui forte male agit ex malorum consiliis amicorum; de illo dicimus. Mala latera habet. Quid est, Mala latera habet? Mali illi inhaerent. Ergo et de alio, Bona latera habet: bonis consiliis vivit. Quid est hoc? Bonis consiliis regitur. Ergo latera domus sunt illi qui inhaerent Christo. Nec sine causa et ipsa coniux de latere facta est. Viro dormiente, Eva facta est (Gen 2,21.22), moriente Christo, Ecclesia facta est; et illa de latere viri, cum costa detracta est; et ista de latere viri, quando latus lancea percussum est (Io 19,34), et Sacramenta profluxerunt. Ergo *uxor tua et vinea fertilis.* Sed in quibus? *In lateribus domus tuae.* In aliis qui non adhaerent Christo, sterilis. Sed nec illos in vinea computabo.

12. *Filii tui.* Quae est uxor, ipsi sunt et filii. In istis carnalibus nuptiis et coniugiis, alia uxor et alii filii: in Ecclesia quae uxor, ipsi filii. Ad Ecclesiam enim pertinebant Apostoli, et in membris Ecclesiae erant. Ergo in coniuge ipsius erant, et coniux erant secundum portionem suam quam in membris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur: *Cum recesserit ab eis sponsus, tunc ieiunabunt filii sponsi?* (Mt 9,15). Ergo ipsa coniux, et ipsi filii. Mirum dico, fratres mei. In verbis Domini invenimus Ecclesiam et fratres ipsius esse, et sorores ipsius esse, et matrem ipsius esse. Nam cum nuntiarentur ei mater eius et fratres foris stantes; quia foris

carnales? A los judíos, que se hallaban fuera. También está fuera la sinagoga. Porque María está al costado de su casa; y sus parientes, procedentes de la consanguinidad de la Virgen María, que creyeron en El, se hallaban al costado de su casa; no en cuanto que estaban unidos a El por la consanguinidad de la carne, sino en cuanto que oían y ejecutaban la palabra de Dios. Pues el Señor replicó y dijo esto: *¿Quién es mi madre y quiénes mi hermanos?* Por esto, algunos se atrevieron a decir que Cristo no tuvo madre, puesto que dijo: *¿Quién es mi madre?* ¿Y por qué? Entonces San Pedro, San Juan, Santiago y los demás Apóstoles, ¿no tuvieron padres en la tierra? Pues ¿qué les dijo también? *No llaméis padre vuestro a nadie en la tierra, porque uno solo es nuestro Padre, el cual está en los cielos.* Lo que enseñaba a los discípulos respecto al padre, esto lo declaró con relación a la madre. El Señor quiere que antepongamos a Dios a los consanguíneos terrenos; honra al padre, porque es padre, pero antepón a Dios, porque es Dios. El padre te engendró dándote su carne, Dios te creó manifestando su poder. No se enoje el padre cuando se le antepone Dios; antes bien debe alegrarse, tanto más cuanto que ha sido hallado Aquel que debe ser antepuesto. Luego ¿qué diré? ¿Qué dice el Señor? *¿Quién es mi madre y quiénes son mis hermanos?* Y, extendiendo su mano sobre los discípulos, dijo: *He aquí a mi madre y a mis hermanos.* Ciertamente eran hermanos; pero ¿cómo eran madre? Porque, prosiguiendo, dijo: *El que hiciere la voluntad de mi Padre, es mi hermano, y mi hermana, y mi madre.* Tenle por *hermano* en cuanto al sexo viril que contiene la Iglesia; por *hermana,* por las mujeres que cuenta Cristo en sus miembros; y por *madre* ¿de qué modo? Porque el mismo Cristo se halla en los cristianos, a quienes por el bautismo todos los días engendra la Iglesia. Luego en los mismos que entiendes que es esposa, es madre y es hijo.

13. Se diga cómo deben ser los hijos. ¿Cómo? Pacíficos. ¿Por qué pacíficos? Porque *bienaventurados los pacíficos, porque ellos serán llamados hijos de Dios.* El fruto de la paz se encierra en la oliva. El óleo simboliza la paz, porque simboliza la caridad, y sin caridad no hay paz. Es evidente que quienes quebrantaron la paz no tenían caridad. De aquí que ya expuse a vuestra caridad por qué la paloma llevó al arca el ramo de oliva con fruto: para significar que quienes fueron bautizados fuera, como fueron bautizados aquellos ramos fuera del arca, si no tuvieren únicamente hojas, es decir, sólo palabras, sino también fruto, cual es la caridad, la misma paloma los lleva al arca y se juntan a la unidad. Tales deben ser los hijos *alrededor de la mesa del Señor, como pimpollos de olivos.* Esta es una perfecta realidad, una gran felicidad. ¿Quién no anhela estar allí? Cuando ves a algún blasfemo que tiene esposa, hijos, nietos, si quizás tú no los tienes, no envidies, pues en ti se cumple esto, pero espiritualmente. ¿Acaso no perteneces a los miembros? Si no estás en ellos, llora, porque ni aquí ni allí los tendrás. Si estás en los miembros, estate seguro, porque, si los tienes allí y no aquí, será más fructuoso tenerlos allí en los miembros que aquí en la carne.

stabant, typum gerebant. Quis typus matris? Synagoga. Quis typus fratrum carnalium? Iudaei foris stantes. Et foris stat synagoga. Nam Maria in lateribus domus eius, et cognati eius ex virginis Mariae consanguinitate venientes, qui in eum crediderunt, in lateribus domus eius; non in quantum carnali consanguinitate iuncti erant, sed in quantum verbum Dei audiebant et faciebant. Hoc enim respondit Dominus et ait, *Quae mihi mater, aut qui fratres?* Unde tentaverunt quidam dicere quia Christus matrem non habuit, quia dixit, *Quae mihi mater?* Quare? Ergo Petrus et Ioannes et Iacobus, et alii Apostoli patres non habuerunt in terra? Et tamen quid eis dicit? *Nolite vobis dicere patrem super terram; unus est enim Pater vester qui in caelis est* (ib. 23,9). Quod ergo in patre docebat discipulos, hoc in matre ipse demonstravit. Vult enim Dominus ut consanguinitatibus terrenis praeponamus Deum. Defer patri, quia pater est; defer Deo, quia Deus est. Generavit te pater accommodando carnem suam; creavit te Deus adhibendo potentiam suam. Ne irascatur pater cum Deus illi praeponitur; imo gaudeat sibi tantum deferri, ut ille inventus esset qui ei deberet praeponi. Ergo quid dicam? Dominus quid ait? *Quae mihi mater, aut qui fratres? Et extendit manus in discipulos suos, et ait: Ecce mater mea et fratres mei.* Fratres erant; mater quomodo erant? Addidit, *Et qui fecerit voluntatem Patris mei, ipse mihi frater, et soror, et mater est* (ib. 22,46-50). Puta, *frater,* propter sexum virilem quem habet Ecclesia; *soror,* propter feminas quas hic in membris habet Christus: *mater* quomodo, nisi quia ipse Christus est in Christianis, quos Christianos per Baptismum quotidie parit Ecclesia? Ergo in quibus intelligis coniugem, in illis matrem, in illis filios.

13. Dicatur ergo quales debent esse filii. Quales? Pacifici. Quare pacifici? Quia, *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur* (ib. 5,9). Quia ergo in oliva fructus est pacis: oleum enim pacem significat, qua charitatem significat; sine charitate nulla pax est: et manifestum est quia qui diviserunt pacem, non habebant charitatem. Unde iam exposui Charitati vestrae quare columba folia cum fructu portavit ad arcam (Gen 8,11); ut significaret quia et illi qui foris baptizati sunt, sicut ligna illa extra arcam baptizata sunt, si non sola folia habuerint, id est verba sola, sed habuerint et fructum, quod est charitas, ipsa columba illos reportat ad arcam, et veniunt ad unitatem. Tales ergo filii debent esse *in circuitu mensae* Domini, *velut novellatio olivarum.* Perfecta res est, magna beatitudo: iam quis ibi nolit esse? Cum videris aliquem blasphemum habere uxorem, filios, nepotes, et te forte non habere, noli zelare; vide quia et in te completum est, sed spiritualiter. An forte non es in membris? Si non ibi es, plange quia nec hic, nec ibi. Si autem ibi, securus esto; quia etsi ibi et non hic, fructuosius ibi quam hic.

14. Si los tenemos, ¿por qué los tenemos? Porque tenemos al Señor, pues prosigue el salmo y dice: *He aquí que así será bendecido el hombre que teme al Señor. El hombre* son los hombres, y los hombres, el hombre, porque muchos son uno y Cristo es uno.

15 [v.5-6]. *Te bendiga el Señor desde Sión.* Habías comenzado a oír: *He aquí que así será bendecido el hombre que teme al Señor;* quizás ya tus ojos se habían posado en aquellos que no temen al Señor, y veían que tenían esposas fecundas, muchos hijos que rodeaban la mesa de su padre; no sé por dónde marchabas, por dónde revoloteaba tu pensamiento. *Te bendiga el Señor,* pero *desde Sión.* No reclames bendiciones que no sean de Sión. Pero ¿acaso, hermanos míos, no bendijo el Señor a estos hombres? Esta bendición de cosas del mundo es del Señor, ya que, si no es del Señor, ¿quién se casa si Dios no quiere? ¿Quién tiene salud si Dios no se la da? ¿Quién puede ser rico si no quiere el Señor? El Señor da estas cosas; pero ¿no ves que también se las concede a las bestias? Luego esta bendición no es de Sión. *Te bendiga el Señor desde Sión y veas los bienes de Jerusalén.* Porque aquellos bienes no son de Jerusalén. ¿Quieres conocer que estos bienes no son de Jerusalén? A las aves también se les dijo: *Creced y multiplicaos.* ¿Quieres tener por cosa grande lo que se dio también a las aves? ¿Quién ignora que se concedió por la palabra de Dios? Usa de estos bienes si los has recibido; y piensa más bien en cómo has de educar a los hijos que en que nazcan. Pues no es felicidad tener hijos, sino tenerlos buenos. Si te nacieron, trabaja en su educación; sino te nacieron, da gracias a Dios. Tendrás menos cuidados, y, como quiera que sea, no fuiste estéril de aquella madre. Quizás espiritualmente nacen por ti de esta madre los que, rodeando la mesa del Señor, son como pimpollos de oliva. Te consuele el Señor para que *veas los bienes de Jerusalén.* Ellos *son* los verdaderos bienes. ¿Por qué *son?* Porque son eternos. ¿Por qué *son?* Porque allí está el Rey, que dice: *Yo soy el que soy.* Estos bienes terrenos son y no son, pues no permanecen, se deslizan y fluyen. Los hijos son niños. Acaricias a los niños; los niños acarician. ¿Acaso permanecen en este estado? Deseas que crezcan, deseas que avance la edad. Pero ve que, cuando una se acerca, desaparece la otra. Al acercarse la niñez, desaparece la infancia; al llegar la juventud, desaparece la adolescencia; al llegar la vejez, desaparece la juventud, y, al llegar la muerte, desaparece toda edad. Cuantas edades deseas, tantas muertes de edades anhelas. No son, pues, éstos verdaderos bienes. ¿Por ventura han de nacerte hijos que vivan siempre contigo en la tierra, o más bien que han de empujarte y sucederte? Te alegras porque nacieron los que han de empujarte. Al nacer los hijos, parece que dicen a sus padres: ¡Ea! "Pensad en marchar de aquí, representemos también nosotros la farsa." Toda la vida de tentación del género humano es una farsa, porque se dijo: *Universal vanidad es todo hombre viviente.* Con todo, si nos alegramos por los hijos que han de sucedernos ¿cuánto más debemos gozarnos por los hijos con quienes hemos de permanecer, y por el Padre, para quien nacimos, que no ha de morir, sino que hemos de vivir siempre con El? Estos son los bienes de Jesuralén,

14. Si ergo habemus, quare habemus? Quia timemus Dominum. *Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.* Ille est *homo,* qui sunt homines; et ipsi homines, *homo:* qui multi unum, quia Christus unus.

15 [v.5-6]. *Benedicat te Dominus ex Sion.* Coeperas enim attendere, *Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum:* iam forte oculi tui ibant per illos qui non timent Dominum, et videbant ibi uxores fecundas, filios abundantes circuire mensam patris sui; nescio qua ibas: *Benedicat te Dominus,* sed *ex Sion.* Noli quaerere illas benedictiones quae non sunt ex Sion. Non benedixit Dominus tales, fratres mei? Benedictio ista Domini est: aut si non est a Domino, quis ducet uxorem, si nolit Dominus? quis possit esse sanus, si nolit Dominus? aut qui posset esse dives, si nolit Dominus? Dat illa: sed non vides quia et pecoribus dedit? Non ergo de Sion est ista benedictio. *Benedicat te Dominus ex Sion; et videas quae bona sunt Ierusalem.* Nam illa bona non sunt Ierusalem. Vis videre quia non sunt bona Ierusalem? Et avibus dictum est, *Crescite et multiplicamini* (Gen 1,22). Pro magno vis habere quod avibus donatum est? Voce quidem Dei donatum est, quis nesciat? Sed utere bonis istis, si accipis; et magis cogita quomodo nutrias qui nati sunt, quam ut nascantur. Non enim iam felicitas est habere filios, sed bonos habere. De nutriendis labora, si nati fuerint; si autem non nati, age gratias Deo. Forte minus sollicitus eris, et tamen sterilis non remansisti illius matris. Forte per te nascuntur spiritualiter de ista matre, qui sunt ut novellae olivarum circumeuntes mensam Domini. Consoletur ergo te Dominus, ut *videas bona Ierusalem.* Illa enim bona *sunt.* Quare *sunt?* Quia aeterna sunt. Quare *sunt?* Quia ibi est rex, *Ego sum qui sum* (Ex 3,14). Ista vero bona sunt, et non sunt; non enim stant; labuntur, fluunt. Filii sunt parvuli; blandiris parvulis, blandiuntur parvuli; numquid stant in eo? Sed optas ut crescant, ut accedat aetas optas. Sed vide quia cum accedit una, altera moritur. Veniente pueritia, moritur infantia; veniente adolescentia, moritur pueritia; veniente iuventute, moritur adolescentia; veniente senectute, moritur iuventus; veniente morte, moritur omnis aetas. Quot optas gradus aetatis, tot simul optas et mortes aetatum. Non sunt ergo ista. Num deinde nati sunt tibi filii in terra tecum victuri, an te potius exclusuri et successuri? Ad eos gaudes qui nati sunt, ut excludaris? Nati enim pueri tanquam hoc dicunt parentibus suis: Eia, cogitate ire hinc, agamus et nos mimum nostrum. Mimus est enim generis humani tota vita tentationis; quia dictum est, *Universa vanitas omnis homo vivens* (Ps 38,6). Et tamen si gaudetur ad filios successuros; quantum gaudendum est ad filios cum quibus permanebimus et ad illum patrem cui nati sumus non moriturum, sed ut nos cum illo semper vivamus? Ipsa sunt bona Ierusalem, quia

13 [v.8]. *Y los viandantes no dijeron: "La bendición del Señor sobre vosotros; os bendijimos en nombre del Señor."* Sabéis, hermanos, que, cuando se pasa por delante de los que trabajan en el campo, es costumbre decir: *La bendición del Señor sea con vosotros.* Esta costumbre existía antes especialmente en la nación judía. Nadie pasaba sin que, al ver a algunos que trabajaban en el campo, o en la viña, o en la siega, o en algo parecido, no dijese estas palabras, pues no se permitía pasar sin saludar de esta manera. Unos son los que recogen las gavillas, otros son los caminantes. Los que recogen las gavillas no llenan sus manos de ellas, porque no se recoge para el granero la hierba del tejado. ¿Quiénes son los que recogen las gavillas? Los segadores. ¿Quiénes son los segadores? El Señor dijo: *Los segadores son los ángeles.* ¿Quiénes son los transeúntes? Los que ya pasaron por este camino, es decir, por esta vida, de aquí a la patria. Transeúntes eran los apóstoles en esta vida; los profetas eran transeúntes. ¿A quiénes bendiieron los apóstoles y los profetas? A aquellos en quienes observaron la raíz de la caridad. A los

12. Et venient messores, sed non de illis implent manipulos. Venturi sunt enim messores, et collecturi sunt triticum in horreum, et zizania alligabunt, et mittent in ignem. Sic et fenum tectorum expurgatur, et quidquid inde evellitur, in ignem mittitur; quia et priusquam evelleretur aruit. Non inde implet messor manus. Sequitur enim et dicit: *Non replevit manum suam messor, et sinum suum qui manipulos colligit. Messores autem Angeli sunt* (Mt 13,39), Dominus dicit.

13 [v.8]. *Et non dixerunt transeuntes viam, Benedictio Domini super vos; benediximus vos in nomine Domini.* Nostis enim, fratres, quando transitur per operantes, est consuetudo ut dicatur illis, *Benedictio Domini super vos.* Et magis ista consuetudo erat in gente Iudaeorum. Nemo transibat et videbat aliquos facere aliquod opus in agro, vel in vinea, vel in messe, vel aliquid huiusmodi; non licebat transire sine benedictione. Alii sunt qui manipulos colligunt, alii sunt transeuntes viam. Qui manipulos colligunt, non de illis replent manus; quia non colligitur ad horreum fenum tectorum. Qui sunt qui manipulos colligunt? Messores. Qui sunt messores? Dominus dixit: *Messores autem Angeli sunt.* Qui sunt transeuntes? Illi qui iam per viam istam, id est, per vitam istam transierunt hinc ad patriam: Apostoli transeuntes erant in ista vita, Prophetae transeuntes erant. Quos benedixerunt Prophetae et Apostoli? Illos in quibus radicem charitatis viderunt. Quos autem invenerunt in tectis eminere et superbire *in cervice scuti sui,* dixerunt

que vieron en los tejados sobresalir y ensoberbecerse, *escudados en su erguida cerviz,* les dijeron lo que más tarde serían, mas no los bendijeron. Luego todos estos malos que soporta la Iglesia, y que leéis en la Escritura hallarse designados por malditos, pertenecen al anticristo, pertenecen al diablo, pertenecen a la cizaña, pertenecen a la paja. Otras muchísimas cosas se dicen de ellos por semejanza, *porque no todo el que me dice: "Señor, Señor", entrará en el reino de los cielos.* No hallarás un testimonio en la Escritura que hable bien de ellos, puesto que los transeúntes no los bendijeron. Los profetas que pasaron pronosticaron sobre ellos infinidad de males. Aquí tenéis a este que nos acompaña; a David, que atravesó por el camino. Ya oísteis lo que dijo de ellos: *El Señor, justo, quebrantará las cervices de los pecadores. Sean confundidos y echados atrás todos los que odiaron a Sión. Háganse como hierba de tejados, que se secó antes de ser arrancada. No llenó su mano el segador, ni su seno el que recoge las gavillas.* Estas cosas dijo de ellos. Este, al pasar, no los bendijo, y se cumplió por él lo que profetizó: *Y los transeúntes no dijeron: "Os bendijimos en nombre del Señor."* Los que pasan, ya sean profetas, patriarcas, apóstoles o cualquiera otra persona, si vivimos bien, hermanos, nos bendicen *en nombre del Señor.* "¿Cuándo—me dices—bendijo Pablo? ¿Cuándo Pedro?" Atiende a la Escritura, ve si vives bien; si así es, ve allí que fuiste bendecido. Pues bendijeron a todos los que viven bien. ¿Y cómo? *En nombre del Señor,* no en su nombre, como los herejes. Los que dicen: "Es santo lo que nosotros damos", quieren ben-

contra illos quod futuri erant, benedictionem autem super eos non dederunt. Ergo omnes istos malos quos portat Ecclesia, qui legitis in Scripturis, invenitis maledictos designatos ad antichristum pertinere, ad diabolum pertinere, ad paleam pertinere, ad zizania pertinere. Et multa innumerabilia per similitudinem dicuntur de illis: *Quia non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum* (ib. 7,21). Nullam invenis Scripturam quae de illis bene loquatur, quia transeuntes viam non illos benedixerunt. Transeuntes Prophetae omnia de illis mala dixerunt. Ecce et iste quem portamus, David transiit viam; audistis quid de illis dixit: *Dominus iustus concidet cervices peccatorum. Confundantur, et avertantur retrorsum, omnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fenum tectorum, quod priusquam evellatur aruit. Non replevit manum suam messor, et sinum suum qui manipulos colligit.* Haec de illis dixit. Non ergo supra illos iste transiens benedixit, et impletum est etiam per illum, quod ipse dixit: *Et non dixerunt transeuntes viam, Benediximus vos in nomine Domini.* Et isti transeuntes sive Prophetae, sive Patriarchae, sive Apostoli, quicumque transierunt, si bene vivimus, fratres, benedixerunt nos *in nomine Domini.* Quando me, inquis, benedixit Paulus? quando me benedixit Petrus? Attende in Scripturis, vide si bene vivis, et vide ibi benedictum te fuisse. Omnes bene viventes benedixerunt. Et quomodo benedixerunt? *In nomine Domini;* non in nomine suo, sicut haeretici. Qui enim dicunt, Quod nos damus, hoc est sanctum;

decir en su propio nombre. Sin embargo, los que dicen que sólo santifica Dios y nadie es bueno sino por don de Dios, éstos bendicen en nombre del Señor, no en el suyo propio. Porque son amigos del esposo, no quieren adulterar con la esposa.

SALMO 129

[IMPLORACIÓN DE LA DIVINA MISERICORDIA]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1-3]. Porque presumimos que vosotros vigiláis no sólo con los ojos del cuerpo, sino también con los ojos del corazón, conviene que cantemos inteligentemente: *Desde lo profundo clamé a ti, ¡oh Señor!; Señor, oye mi voz.* Efectivamente, esta voz es del que sube, y, por tanto, pertenece al cántico de grado. Cada uno de nosotros debe ver en qué profundidad esté, desde la cual clama al Señor. Jonás clamó desde lo profundo, desde el vientre del cetáceo. No sólo se hallaba sumergido en las aguas, sino también escondido en las entrañas de la bestia, y, con todo, ni el cuerpo ni las aguas pudieron impedir que su oración llegase a Dios, ni el vientre del cetáceo pudo retener la voz del que pedía. Penetró por todo, atravesó por todo, y llegó a los oídos de Dios, si es que ha de decirse que, atravesando todas estas cosas, llegó a los oídos de Dios, siendo así que los oídos de Dios se hallaban en el corazón del que pedía. ¿Pues a la voz de qué fiel no se halla presente el Señor? Sin embargo, también nosotros debemos entender desde qué profundidad clamamos a Dios. Nuestra profundidad es la vida mortal. Todo el que comprende que se halla en el profundo, clama, gime, suspira hasta que sea sacado del profundo y se presente ante Aquel que está sentado sobre todos los abismos, sobre el querubín, sobre todas las cosas que creó, tanto corporales como espirituales; hasta que se acerque a El el alma, hasta que por El sea su imagen, que es el hombre, libertada, la cual se lastimó en el profundo, como atormentada por continuas olas; y, si no fuese renovada y reparada por Dios, que la grabó cuando creó al hombre, pues el hombre puede caer, pero no levantarse, siempre permanecería en el profundo. A no ser que fuese liberada, permanecería, como dije, siempre en el abismo. Pero, cuando clama desde el abismo, se eleva del abismo, y el mismo clamor no le permite permanecer por mucho tiempo en él. En un abismo profundísimo se hallan los que no claman del profundo, pues dice la Escritura: *El pecador, cuando ha llegado al profundo de los males, desprecia, no hace caso.* Ved, hermanos, qué abismo sea aquel en el que se desprecia a Dios. Cuando alguno se ve sepultado por pecados cotidianos, oprimido por ciertos males y cúmulos de iniquidades, si se le dijere que pida a Dios, se ríe. ¿De qué modo? Primero dice: "Si a Dios le desagradasen los delitos, ¿viviría yo? Si se preocupase Dios de los asuntos humanos, ante tantos crímenes como cometí, pregunto no sólo cómo viviría, sino cómo me habría de ir bien." Suele acontecer a los que se hallan en un profundísimo abismo que prosperan en sus iniquidades, y entonces tanto más se sumergen

in nomine suo volunt benedicere, non in nomine Domini. Qui autem dicunt. Non sanctificat nisi Deus, nec quisquam est bonus nisi dono Dei; ipsi in nomine Domini benedicunt, non in nomine suo: quia amici sunt sponsi (Io 3,19), nolunt esse adulteri sponsae.

PSALMUS 129

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1-3]. Quoniam vos non solum oculis corporis, sed etiam corde vigilare praesumimus, intelligenter nos cantare oportet: *De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam.* Etenim vox haec ascendentis est, pertinens ad canticum graduum. Debet itaque unusquisque nostrum videre in quo profundo sit, de quo clamet ad Dominum. Clamavit de profundo Ionas, de ventre ceti (Ion 2,2). Erat non solum sub fluctibus, verum etiam in visceribus belluae; nec tamen illud corpus et illi fluctus intercluserunt orationem ne perveniret ad Deum, et venter bestiae non potuit tenere vocem deprecantis. Penetravit omnia, disrupit omnia, pervenit ad aures Dei: si tamen dicendum est quia disruptis omnibus pervenit ad aures Dei, quando aures Dei in corde precantis erant. Ubi enim Deum praesentem non habet, cuius fidelis est vox? Verumtamen et nos debemus intelligere de quo profundo clamemus ad Dominum. Profundum enim nobis est vita ista mortalis. Quisquis se in profundo intellexerit, clamat, gemit, suspirat, donec de profundo eruatur, et veniat ad eum qui super omnes abyssos sedet et super Cherubim, super omnia quae creavit, non solum corporalia, sed etiam spiritualia; donec ad eum veniat anima, donec ab illo liberetur imago ipsius, quod est homo, quae in hoc profundo tanquam assiduis fluctibus exagitata, detrita est: et nisi renovetur et reparetur a Deo, qui illam impressit quando formavit hominem (idoneus potuit esse homo ad casum suum; non est idoneus ad resurrectionem suam), semper in profundo est; nisi liberetur, ut dixi, semper in profundo est. Sed cum de profundo clamat, surgit de profundo, et ipse clamor non eum permittit multum in imo esse. Valde enim in profundo sunt, qui nec clamant de profundo. Dicit Scriptura: *Peccator, cum venerit in profundum malorum, contemnit* (Prov 18,3). Iam videte, fratres, quale profundum sit, ubi contemnitur Deus. Cum quisque viderit se quotidianis peccatis obrutum, acervis quibusdam et molibus quibusdam iniquitatum premi, si dictum illi fuerit ut Deum roget, irridet. Quibus modis? Primo dicit: Si Deo displicerent facinora, ego viverem? Si curaret Deus res humanas, ad tanta scelera quae feci, non solum viverem, sed et bene mihi esset? Solet enim hoc illis evenire, qui multum in profundo sunt, et prosperantur in iniqui-

en el abismo cuanto más felices creen que son. La felicidad engañosa es la más grande desdicha. También suelen decir los hombres: "Puesto que ya perpetré muchos delitos y me amenaza la condenación, esto es lo que pierdo si no hago cuanto puedo; y sobre estar perdido, ¿por qué no hago cuanto puedo?" Así suele decir el ladrón desesperado: "Como el juez me ha de matar lo mismo por diez crímenes, que por cinco, que por uno, ¿por qué no hago ya todo lo que se me venga en gana?" Esto ciertamente es *el pecador cuando ha llegado al profundo de los males: desprecia, no hace caso.* Pero nuestro Señor Jesucristo, que no despreció nuestros profundos, que se dignó venir hasta esta vida de la tierra, prometiendo la remisión de todos los pecados, también excitó al hombre desde el profundo para que clamase desde allí bajo la mole de pecados y llegare la voz del pecador a Dios. ¿De dónde había de salir la voz del que clamaba sino del profundo de los males?

2. Oíd cómo clama del profundo la voz del pecador: *Desde el profundo clamé a ti, ¡oh Señor!; Señor, oye mi voz. Atiendan tus oídos a la voz de mi plegaria.* ¿Desde dónde clama? Del profundo. ¿Quién clama? El pecador, ¿Con qué esperanza clama? Con esperanza firme, porque el que vino a perdonar los pecados, dio esperanza al pecador colocado en el abismo. Luego ¿qué sigue después de estas palabras? *Si atiendes a las iniquidades, ¡oh Señor!, Señor, ¿quién se sostendrá?* Observad que declaró desde qué abismo clamaba. Clama, pues, de debajo de la mole y de las olas de sus iniquidades. Se mira, examina su vida; ve

tatibus suis: et tanto magis in profundo merguntur, quanto magis videntur esse felices; fallax enim felicitas, ipsa maior est infelicitas. Deinde et hoc solent homines dicere: Iam quoniam multa feci et damnatio imminet, hoc perdo, quod non facio quidquid possum; et, Ex hoc perdor, cur non facio quidquid possum? Quomodo solent desperati latrones dicere: Sic me occisurus est iudex pro decem homicidiis, quomodo pro quinque, quomodo pro uno; quare non iam quidquid mihi occurrerit facio? Hoc est, *Peccator, cum venerit in profundum malorum, contemnit.* Sed Dominus Iesus Christus qui nec profunda nostra contempsit, qui usque ad istam vitam venire dignatus est, promittens remissionem omnium peccatorum; etiam de profundo excitavit hominem, ut clamaret de profundo sub molibus peccatorum, et perveniret vox peccatoris ad Deum: unde clamantis, nisi de profundo malorum?

2. Et videte quia vox peccatoris, clamat de profundo: *De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae.* Unde clamat? De profundo. Quis est ergo qui clamat? Peccator. Et qua spe clamat? Quia qui venit solvere peccata, dedit spem etiam in profundo posito peccatori. Ideo quid sequitur post istas voces? *Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?* Ecce aperuit de quo profundo clamaret. Clamat enim sub molibus et fluctibus iniquitatum suarum. Circumspexit se, cir-

que ella está cubierta por todas partes de delitos y de crímenes; adondequiera que miró, ningún bien encontró en sí, ningún acto intachable de justicia le salió al encuentro; al ver tantos y tan grandes crímenes por todas partes y la multitud de sus pecados, atormentado, exclamó: *Si atiendes a las iniquidades, ¡oh Señor!, Señor, ¿quién se sostendrá?* No dijo: "No me sostendré", sino: *¿Quién se sostendrá?* Ve que toda la vida humana está casi por completo atronada por el ruido ensordecedor de sus pecados, que todas las conciencias son culpables por sus malos pensamientos, que no hay corazón puro que presuma de su justicia; y, por tanto, si no puede encontrarse corazón casto que presuma de su justicia, presuma el corazón de todos de la misericordia de Dios y diga: *Si atiendes, ¡oh Señor!, a las iniquidades, Señor, ¿quién se sostendrá?*

3 [v.4-6]. ¿Por qué hay esperanza? *Porque en ti hay propiciación.* ¿Y qué es esta propiciación sino el sacrificio? ¿Y qué es el sacrificio sino lo que se ofreció para nuestro provecho? La sangre inocente derramada borró todos los pecados de los criminales. El precio que se dio tan inmenso redimió a todos los cautivos del poder del enemigo que los cautivó. Luego *en ti hay propiciación.* Si no hubiese propiciación en ti, si únicamente quisieres ser juez y no misericordioso, si atendieses a todas nuestras iniquidades y las examinases, ¿quién se sostendría? ¿Quién permanecería de pie ante ti y diría: "Soy inocente"? ¿Quién podría presentarse a tu juicio? Pero hay una esperanza, *porque en ti hay propiciación. Por tu ley, Señor, te conservé.* ¿Por qué

cumspexit vitam suam; vidit illam undique flagitiis et facinoribus coopertam: quacumque respexit, nihil in se bonum invenit, nihil illi iustitiae serenum potuit occurrere. Et cum tanta et tam multa peccata undique et catervas scelerum suorum videret, tanquam expavescens exclamavit, *Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?* Non dixit, Ego non sustinebo; sed, *quis sustinebit?* Vidit enim prope totam vitam humanam circumlatrari peccatis suis, accusari omnes conscientias cogitationibus suis, non inveniri cor castum praesumens de sua iustitia. Si ergo cor castum non potest inveniri, quod praesumat de sua iustitia; praesumat omnium cor de misericordia Dei, et dicat, *Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?*

3 [v.4-6]. Quare autem spes est? *Quoniam apud te propitiatio est.* Et quae est ista propitiatio, nisi sacrificium? Et quod est sacrificium, nisi quod pro nobis oblatum est? Sanguis innocens fusus delevit omnia peccata nocentium: pretium tantum datum redemit omnes captivos de manu captivantis inimici. Ergo *est apud te propitiatio.* Nam si non esset apud te propitiatio, si iudex solum esse velles et misericors esse nolles, observares omnes iniquitates nostras, et quaereres eas; quis sustineret? quis ante te staret, et diceret, Innocens sum? quis staret in iudicio tuo? Spes ergo una est, *Quoniam est apud te propitiatio. Propter legem tuam sustinui te, Domine.* Quam legem? Quae reos fecit? Data est enim

ley? ¿Por la que hizo reos? Se dio a los judíos una ley santa, justa, buena, pero que pudo hacerlos reos. Pues no se dio una ley que pudiera vivificar, sino que mostrase al pecador los pecados. El pecador se había olvidado de sí y no se veía; se le dio la ley para verse. La ley le hizo reo, pero el Autor de la ley le libró. El Autor de la ley es Emperador. Fue dada una ley que aterra y liga al pecado; mas no libra de los pecados, sino que da a conocer los pecados. Quizás el sometido a esta ley advierte, hallándose en el profundo, cuántas cosas perpetró contra la ley, y por esto exclamó diciendo: *Si atendieses a mis iniquidades, ¡oh Señor!, Señor, ¿quién se sostendrá?* Luego hay otra ley de misericordia de Dios, ley de aplacamiento de Dios. Aquélla fue de temor, ésta ley de amor. La ley del amor perdona los pecados, borra los pecados y amonesta para los futuros; no abandona al compañero en el camino y acompaña al que conduce en el camino. Pero ha de estar de acuerdo con el adversario mientras estás en el camino. La palabra de Dios es tu adversario cuando no estás acorde con ella. Te conformas a ella cuando comienza a deleitarte hacer lo que dice la palabra de Dios. Así el que era enemigo, se hizo amigo; así, al terminar el camino, no habrá quien te entregue al juez. Luego *por tu ley, Señor, te conservé,* puesto que te dignaste ofrecerme una ley de misericordia, perdonarme todos mis pecados y darme consejos para que no te ofendiese en adelante. En estos mismos consejos, si quizás titubease en algo, me diste un remedio por el cual orase, diciendo: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Me diste esta ley para que, como yo perdono, se me

lex sancta, iusta, bona Iudaeis (Rom 7,12); sed reos eos potuit facere. Non data est lex quae posset vivificare (Gal 3,21), sed quae ostenderet peccata peccatori. Peccator enim oblitus erat se, nec videbat se; data est illi lex, ut videret se. Fecit reum lex; liberavit Lator legis: Lator enim legis Imperator est. Lex data est quae terreat et constringat in reatum; et non solvit lex a peccatis, sed ostendit peccata. Et forte sub ipsa lege positus, animadvertit iste in profundo quanta fecerit contra legem, et sic exclamavit dicens, *Si iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit?* Est ergo lex misericordiae Dei, lex propitiationis Dei. Illa timoris fuit, est alia lex charitatis. Lex charitatis dat veniam peccatis, delet praeterita, admonet de futuris; in via non deserit comitem, comes fit ei quem ducit in via. Sed concordandum est cum adversario, dum es cum eo in via (Mt 5,25). Est enim sermo Dei adversarius tuus, quamdiu cum illo non concordas. Concordas autem, cum coeperit te delectare facere quod dicit sermo Dei. Iam qui erat adversarius, fit amicus: sic, finita via, non erit qui tradat te iudici. Ergo *propter legem tuam sustinui te, Domine;* quia dignatus es legem misericordiae afferre, mihi dimittere omnia peccata mea, dare mihi de caetero monita ne te offendam: in ipsis monitis si quid forte titubavero, dedisti mihi remedium, quo te orem, dicens, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (ib. 6,12). Hanc legem statuisti mihi, ut

perdone. *Por esta ley te conservé, ¡oh Señor!* Esperé a que vinieses y me librases de toda necesidad, porque en la misma necesidad no abandonaste la ley de misericordia.

4. Oye a qué ley se refiere si aún no entendiste, puesto que habla ahora de la ley del amor. Oye al Apóstol: *Sobrellevaos mutuamente vuestras cargas, y así cumpliréis la ley de Cristo.* ¿Quiénes sobrellevan mutuamente sus cargas sino quienes poseen la caridad? Los que no tienen caridad son a sí mismos gravosos. Los que tienen caridad se sobrellevan. Te hirió alguno, y te pide perdón; si no le perdonas, no sobrellevas la carga de tu hermano; si le perdonas, sobrellevas al flaco. Si quizás tú también, como hombre que eres, has caído en alguna flaqueza, entonces es conveniente que de igual modo te sobrelleve él también, como tú le sobrellevaste. Oye asimismo lo que a esto antecedió y qué dijo el Apóstol: *Hermanos, si algún hombre cayó de antemano en algún delito, vosotros los espirituales corregid al tal con espíritu de mansedumbre.* Y para que, como aconsejaba a los espirituales, no se tuviesen quizás por seguros, a continuación añadió: *Considerándote a ti mismo, no sea que tú también seas tentado.* Después consignó lo que conmemoré. *Sobrellevaos unos a otros las cargas, y así cumpliréis la ley de Cristo.* Por eso dice: *Por tu ley, Señor, te sostuve o conservé.* Se dice que los ciervos, cuando atraviesan un brazo de mar dirigiéndose a cercanas islas en busca de pastos, colocan sus cabezas unos sobre otros, de suerte que el primero, que va delante, sólo soporta la cabeza del de atrás, y

quomodo dimitto, dimittatur mihi. *Propter* hanc *legem sustinui te, Domine.* Exspectavi quando venias et liberes ab omni necessitate, quia in ipsa necessitate non deseruisti legem misericordiae.

4. Audi quam legem dicat, si nondum intellexisti quia legem modo dicit charitatis; audi Apostolum: *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi.* Qui portant invicem onera sua, nisi qui habent charitatem? Qui non habent charitatem, graves sunt sibi; qui autem habent charitatem, portant se. Laesit te aliquis, petit veniam: si non dimittis, non portas onus fratris tui; si dimittis, portas infirmum. Et tu si forte in aliquam infirmitatem cecideris, quasi homo, oportet ut sic te portet et ille, quemadmodum et tu. Audi quid praecesserit: *Fratres,* inquit, *si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis.* Et ne forte quia spirituales monuerat, veluti securi sibi viderentur, continuo subiecit: *Intendens teipsum, ne et tu tenteris.* Deinde quod commemoravi, subiunxit, *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi* (Gal 6,1.2): unde dicit, *Propter legem tuam sustinui te, Domine.* Dicuntur cervi, quando transeunt freta in proximas insulas pascae gratia, capita super se invicem ponere; et unus, qui ante est, solus portat caput et non ponit super alterum: sed cum et ipse defecerit, tollit se ab anteriore parte et redit posterius, ut et ipse in altero requiescat: et sic portant omnes onera sua, et perveniunt ad quod desiderant; et non patiuntur

él no la pone sobre ninguno; pero, cuando se cansa, se quita de la parte anterior y se pone el último, de suerte que él la descansa ahora en el penúltimo, y así todos, sobrellevando sus cargas, llegan a donde desean y no padecen naufragio, porque el amor les sirve como de nave. Por tanto, el amor sobrelleva las cargas, pero no tema ser oprimido por ellas. Cada uno atienda a que no le opriman sus propios pecados, ya que, cuando sobrellevas la debilidad de tu hermano, no te agravan sus pecados. Si consientes, entonces te oprimen los tuyos, no los de otro. Pues quien consienta al pecador, no se agobia con los ajenos, sino con los suyos. El consentimiento en el pecado de otro le hace tuyo, y no tienes por qué quejarte de que te abrumen los pecados ajenos. Se te dice: "Te agobian", pero los tuyos. *Viste al ladrón y corriste con él.* ¿Qué es esto? Corriste con los pies hacia el hurto; es más, ¿consentiste con el ladrón? Pues bien, lo que era sólo de él, se hizo tuyo, porque te agradó. Si te hubiera desagradado, y hubieras rogado por él, y hubieras concedido el perdón al que te lo pidió para que pudieras decir con la frente enhiesta en las plegarias que te enseñó el celeste Jurisconsulto: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores,* entonces diré que aprendiste a llevar las cargas de tu hermano, para que también otro, si acaso tú las tienes, lleve las tuyas, y de esta manera se ejecute en vosotros lo que dice el Apóstol: *Unos a otros sobrellevaos las cargas, y así cumpliréis la ley de Cristo.* De este modo cantas seguro lo que ahora se dijo: *Por tu ley, Señor, te sostuve o conservé.*

5. El que no observa esta ley, no sostiene o conserva al Señor; es más, si quisiera conservarle, se encuentra sin fundamento para ello y vanamente le conserva, pues el Señor ha de venir y ha de encontrar tus pecados, los que no encontraría si hubieras vivido en perfecta justicia. Quizás no encontrará homicidios, que son pecados más graves y mucho más grandes; no encontrará adulterios, no encontrará hurtos, no encontrará rapiñas, no encontrará hechicerías; no encontrará estos pecados. Luego ¿nada ha de encontrar? Oye la palabra evangélica: *El que dijere a su hermano: "Fatuo"*... ¿Y quién se abstiene de estos pecados levísimos de la lengua? Quizás dices son levísimos. Pero el Señor dice: *Es reo del fuego del infierno.* Si te parecía cosa pequeña y digna de no ser tenida en cuenta decir a tu hermano: *Fatuo,* a lo menos te parezca grande el fuego del infierno. Si despreciabas por cosa pequeña el pecado, a lo menos te aparte de él la magnitud de la pena. Pero si dices: "Son leves, son despreciables, sin ellos no puede pasarse la vida", amontona los pequeñísimos y harán un acervo ingente. Pues también los granos son pequeños, y, sin embargo, hacen un gran montón. Las gotas de agua son cosa pequeña, y llenan los ríos y arrastran moles. Por eso, considerando el salmista los muchos y leves pecados que comete el hombre todos los días, ya que, si atiende únicamente a los que se cometen con el pensamiento y la lengua, ¡cuántos no son!, y si atiende a los diminutos que son, ve que muchas cosas pequeñas forman un gran montón; pensando no en sus antiguos pecados, sino en la misma fragilidad humana, subiendo ya, clama: *Del profundo clamé a ti, ¡oh Señor!; Señor, oye mi voz. Atiendan tus oídos a la voz de mi plegaria. Si observases mis iniquidades, Señor; Señor, ¿quién se sostendrá?* Puedo evitar el homicidio, el

naufragium, quia quasi navis est illis charitas. Itaque charitas portat onera; sed non timeat ne prematur talibus oneribus: ne peccatis suis unusquisque prematur, attendat. Nam quando portas infirmitatem fratris tui, non te onerant peccata ipsius. Plane si consentias, iam tua te premunt, non alterius. Quisquis enim consenserit peccatori, non alienis, sed suis gravatur. Consensio enim ad peccatum alterius, tuum fit peccatum; et non est quare queraris quod peccata aliena te premant. Dicitur enim tibi: Premunt te, sed tua. Vidisti furem, cucurristi cum eo (Ps 49,18). Quid est hoc? Pedibus ambulasti ad furtum; imo mente coniunxisti te furi: quod ipsius solum erat, factum est tuum; quia placuit tibi. Si autem displicuerit tibi, et oraveris pro eo, et deprecatus veniam dederis, ut possis libera fronte dicere in precibus tuis, quas tibi Iurisperitus caelestis dictavit, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;* didicisti portare onera fratris tui; ut et alius portet si qua sunt tua, et fiat in vobis quod ait Apostolus, *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi.* Ita securus cantas quod modo dictum est, *Propter legem tuam sustinui te, Domine.*

5. Hanc autem legem qui non servat, nec sustinet Dominum; nec, si velit sustinere, causa est quare sustineat; inaniter sustinet. Venturus est enim Dominus, et inventurus peccata tua; quod perfecta autem iustitia vixisti, non inventurus. Homicidia forte, gravia sunt enim et valde maiora, non est inventurus; adulterium non est inventurus, furta non est inventurus, rapinam non est inventurus, maleficia non est inventurus, idololatriam non est inventurus; non est ista inventurus. Nihil ergo est inventurus? Audi sermonem Evangelii: *Qui dixerit fratri suo, Fatue.* Ab istis etiam peccatis linguae minutissimis quis abstinet? Sed forte dicis, Parva sunt. *Reus erit,* inquit, *gehennae ignis* (Mt 5,22). Si parvum tibi videbatur aut modicum, fratri dicere, *Fatue,* vel gehenna ignis videatur tibi magna: si contemnebas minus peccatum, vel poenae magnitudine deterrere. Sed dicis: Minora sunt, minuta sunt, sine quibus non potest esse ista vita. Congere minuta, et faciunt ingentem acervum. Nam et grana minuta sunt, et tamen massam faciunt: et guttae minutae sunt, et flumina implent, et moles trahunt. Ideo et ille considerans quam multa minuta peccata quotidiana committat homo, si nihil aliud, vel per cogitationes et linguam, attendit quam multa sint; et si attendit quam minuta sint, videt per multa minuta fieri acervum magnum; et non quasi peccata sua pristina cogitans, sed ipsam fragilitatem humanam, iam ascendens clamat: *De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam. Fiant aures tuae intendentes in vocem de-*

adulterio, la rapiña, el perjurio, el hechizo, la idolatría; pero ¿acaso puedo evitar los pecados de la lengua? ¿Acaso los pecados de pensamiento? Se escribió: *El pecado es iniquidad.* Luego *¿quién se sostendrá si tú observas las iniquidades?* Si quieres ser con motivo juez severo, no padre misericordioso, ¿quién permanecerá en pie delante de ti? Pero *en ti hay aplacamiento; por tu ley te conservé, Señor.* ¿Qué ley es ésta? *Sobrellevaos unos a otros vuestras cargas, y así cumpliréis la ley de Cristo.* ¿Quiénes se llevan mutuamente las cargas? Quienes fielmente dicen: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.*

6. *Mi alma confió en tu palabra.* Unicamente espera el que aún no recibió la promesa, puesto que quien ya la recibió, ¿qué espera? Hemos recibido el perdón de los pecados, pero se nos prometió el reino de los cielos. Fueron condonadas nuestras deudas, pero aún hemos de recibir nuestro galardón. Hemos recibido la remisión del castigo, pero todavía no poseemos la vida eterna. Si fuese nuestra la palabra empeñada, deberíamos temer; pero como la palabra es de Dios, no engaña. Luego esperamos seguros en la palabra de Aquel que no puede engañar. *Mi alma esperó en el Señor desde la vigilia matutina hasta la noche.* ¿Qué es lo que dice? ¿Qué esperó un solo día en el Señor y que se acabó toda su esperanza? *Desde la vigilia matutina hasta la noche esperó en el Señor.* Esta vigilia matutina es el fin de la noche; de aquí que *hasta la noche esperó mi alma en el Señor.* Luego para que no pensásemos que ha de esperarse un solo día en el Señor, ha

precationis meae. Si iniquitates observaveris Domine; Domine, quis sustinebit? Vitare possum homicidia, adulteria, rapinas, periuria, maleficia, idololatriam; numquid et peccata linguae? numquid et peccata cordis? Scriptum est: *Peccatum iniquitas est* (Io 3,4). *Quis* ergo *sustinebit, si tu iniquitates observaveris?* si nobiscum severus iudex agere volueris, non misericors pater, quis stabit ante oculos tuos? Sed *est apud te propitiatio; propter legem tuam sustinui te, Domine.* Qualis est lex ista? *Invicem onera vestra portate, et sic implebitis legem Christi.* Qui portant invicem onera sua? Qui fideliter dicunt, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.*

6. *Sustinuit anima mea in verbum tuum.* Nemo sustinet, nisi qui nondum accepit quod promissum est: nam qui iam accepit, quid sustinet? Accepimus remissionem peccatorum; sed promissum est nobis regnum caelorum: debita nostra deleta sunt; sed merces nostra adhuc futura est: accepimus veniam; sed aeternam vitam nondum tenemus. Sed qui dedit veniam, ipse promisit et vitam aeternam. Si verbum nostrum esset, deberemus timere: quia verbum Dei est, non fallit. Securi ergo speramus in verbum eius qui fallere non potest. *Speravit anima mea in Dominum, a vigilia matutina usque ad noctem.* Quid est quod ait? uno die speravit in Dominum, et finita est tota spes ipsius? *A vigilia matutina usque ad noctem, speravit in Dominum.* Ista vigilia matutina,

de entenderse qué significa *desde la vigilia matutina hasta la noche.* ¿Qué pensáis, hermanos, que significa *desde la vigilia matutina hasta la noche esperó mi alma en el Señor?* Que el Señor, por quien se nos perdonaron los pecados, resucitó de entre los muertos en la vigilia matutina para que esperemos que ha de acontecer en nosotros lo que antecedió en el Señor. Ya se nos perdonaron nuestros pecados, pero aún no hemos resucitado; si todavía no hemos resucitado, aún no tuvo lugar en nosotros lo que antecedió en nuestra Cabeza. ¿Qué aconteció a nuestra Cabeza? Que resucitó la carne de ella. Pero ¿por ventura está muerto su espíritu? Resucitó lo que murió en él. Resucitó al tercer día, y, en cierto modo, el Señor nos dijo esto: "Lo que visteis en mí, esperadlo en vosotros"; es decir, como yo resucité, igualmente resucitaréis vosotros.

7. Pero hay quien dice: "Sin duda resucitó el Señor; pero ¿acaso por esto ha de esperarse que yo pueda resucitar?" Precisamente por esto, pues el Señor resucitó en aquello que tomó de ti. No hubiera resucitado si no hubiera muerto, y no hubiera muerto si no hubiera llevado la carne. ¿Qué recibió de ti el Señor? La carne. ¿Qué trajo El? El Verbo de Dios, que existía antes que todo y por el cual fueron hechas todas las cosas. Para recibir algo de ti, el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros. Recibió de ti lo que ofrecería por ti, así como el sacerdocio recibe de ti lo que ofrece por ti cuando quieres aplacar al Señor por tus pecados. Ya sucedió, así ocurrió. Nuestro Sacerdote recibió de nosotros lo que había de ofrecer por nosotros. Recibió

finis noctis est; hinc *usque ad noctem speravit anima mea in Dominum.* Ergo intelligendum est, ne putemus uno die nobis sperandum esse in Dominum, *A vigilia matutina usque ad noctem.* Quid ergo putatis, fratres? Hoc est, *A vigilia matutina usque ad noctem, speravit anima mea in Dominum:* quia Dominus per quem nobis dimissa sunt peccata, in vigilia matutina resurrexit a mortuis, ut hoc speremus in nobis futurum quod praecessit in Domino. Iam enim peccata nostra dimissa sunt, sed nondum resurreximus: si nondum resurreximus, nondum in nobis factum est quod praecessit in capite nostro. Quid praecessit in capite nostro? Quia et caro ipsius capitis resurrexit; spiritus illius capitis numquid mortuus est? Sed quod in eo mortuum est, resurrexit. Resurrexit autem tertia die; et quodam modo hoc nobis dixit Dominus: Quod in me vidistis, sperate in vobis; id est, quia ego resurrexi, resurgetis et vos.

7. Sed sunt qui dicant: Ecce resurrexit Dominus; numquid propterea sperandum est et me posse resurgere? Utique propterea: in hoc enim resurrexit Dominus, quod a te accepit. Non enim resurgeret nisi mortuus esset, non autem mortuus esset, nisi carnem portaret. Quid accepit a te Dominus? Carnem. Quid venit ipse? Verbum Dei, quod erat ante omnia, per quem facta sunt omnia. Sed ut acciperet abs te aliquid, Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Io 1,1.3.14). Accepit abs te, quod offerret pro te; quomodo accipit sacerdos a te,

de nosotros la carne; en esta carne se hizo víctima, se hizo holocausto, se hizo sacrificio. En la pasión se sacrificó, en la resurrección innovó lo que fue matado y dio a Dios como tus primicias, y a ti te dijo: "Consagradas han quedado ya todas tus cosas, puesto que se dieron a Dios tales primicias de ti." Luego espera que en ti ha de acontecer lo que antecedió en tus primicias.

8. Luego porque resucitó El en la vigilia matutina, por lo mismo comenzó a esperar nuestra alma. ¿Y hasta cuándo? *Hasta la noche,* hasta que muramos. Nuestra muerte carnal es como un sueño. Comenzaste a esperar desde que resucitó el Señor; no desfallezcas en la esperanza hasta que mueras. Porque, si no esperas hasta la noche, no se contará todo lo que hayas esperado. Hay hombres que comienzan a esperar, pero no continúan esperando hasta la noche. Comienzan a padecer algunas tribulaciones, comienzan a soportar tentaciones, pero ven a hombres malos y perversos gozar de la felicidad temporal, y como esperaban estas cosas del Señor para ser aquí felices, al poner la mirada en los que cometieron crímenes y ver que tienen lo que ellos anhelaban, tambalea su firmeza y dejan de esperar. ¿Por qué? Porque no comenzaron a esperar desde la vigilia matutina. ¿Qué quiere decir esto? Que no comenzaron a esperar del Señor lo que antecedió en el Señor a partir de la vigilia matutina; sino que esperaban del Señor que, siendo buenos cristianos, habían de tener la casa llena de trigo, de vino, de aceite, de plata y de oro; que ninguno de ellos moriría prematuramente; y que, si alguno no tuviese hijos, los recibiría; si no tuviese mujer, se casaría; que no sólo no había de abortar mujer alguna en su familia, sino ningún ganado suyo; que no había de agriársele algún tonel, ni su viña apedrearse. El que esperaba de este modo en el Señor, advierte que en esto abundan los que no adoran al Señor, y, por lo mismo, flaquean sus pies y no espera hasta la noche, porque no comenzó a esperar a partir de la vigilia matutina.

9. Luego ¿quién comenza a esperar desde la vigilia matutina? El que espera del Señor lo que comenzó a manifestar desde la madrugada, en la cual resucitó. Anteriormente nadie resucitó para vivir eternamente. Atienda vuestra caridad. Antes de la venida del Señor resucitaron muertos, pues Elías resucitó a un muerto, y lo mismo hizo Eliseo; pero los resucitaron para morir de nuevo. El mismo Señor a los que resucitó les resucitó para morir, ya fuese aquel joven hijo de la viuda, o aquella niña de doce años hija del jefe de la sinagoga, o Lázaro; de un modo distinto fueron resucitados todos los que han de morir; nacieron una vez, pero murieron dos. Nadie fue resucitado para no morir jamás, fuera del Señor. ¿Cuándo resucitó el Señor para nunca más morir? *Al rayar el alba.* Espera tú también del Señor que has de resucitar; no como resucitó Lázaro, no como resucitaron el hijo de la viuda y la hija del jefe de la sinagoga, no como los que resucitaron los antiguos profetas, sino espera que has de resucitar como el Señor; de suerte que, después de la resurrección por la que resucitarás, ya no temerás que has de morir, y así comenzaste a esperar desde la vigilia matutina.

quod pro te offerat, quando vis placare Deum pro peccatis tuis. Iam factum est, ita factum est. Sacerdos noster a nobis accepit quod pro nobis offerret: accepit enim a nobis carnem; in ipsa carne victima factus est, holocaustum factus est, sacrificium factus est. In passione sacrificium factus est; in resurrectione innovavit illud quod occisum est, et tanquam primitias tuas dedit Deo, et ait tibi: Consecrata sunt iam omnia tua, quando tales primitiae de te datae sunt Deo; spera ergo et in te futurum quod praecessit in primitiis tuis.

8. Ergo ille quia a vigilia matutina resurrexit, coepit anima nostra ex hoc sperare: et quousque? *Usque in noctem;* quousque moriamur. Omnis enim mors nostra carnalis, quasi somnus est. Coepisti sperare ex quo resurrexit Dominus, noli deficere sperare quousque exeas ab hac vita. Nam si non usque ad noctem speraveris, deletur totum quod speraveras. Sunt enim homines qui incipiunt sperare, sed non perseverant usque ad noctem. Incipiunt pati tribulationes aliquas, incipiunt pati tentationes, vident homines malos et iniquos felicitate pollere temporali: et quoniam talia sperabant de Domino, ut hic essent felices, attendunt eos qui scelera fecerunt, habere quod ipsi habere desiderabant; et deficiunt pedes eorum, et desinunt sperare. Quare? Quia non a vigilia matutina coeperunt sperare. Quid est hoc? Non hoc coeperunt sperare de Domino, quod praecessit in Domino ab illa vigilia matutina: sed sperabant de Domino, ut si essent christiani, haberent plenam domum frumento, vino, oleo, argento, auro; nullus eorum moreretur immaturus; si quis non haberet filios, acciperet; si uxorem non duxisset, duceret; non abortiret non solum aliqua mulier in domo eius, sed nec pecus eius; non acescerent cupae eius, non grandinaretur vinea eius. Qui sic sperabat in Dominum, animadvertit his rebus abundare eos qui non colunt Dominum, et defecerunt pedes eius (Ps 72,2.3), et non speravit usque ad noctem; quia non coepit a vigilia matutina sperare.

9. Quis ergo sic incipit a vigilia matutina sperare? Qui hoc sperat de Domino, quod coepit ostendere a vigilia matutina in qua resurrexit. Antea enim nemo resurrexerat semper victurus. Intendat Charitas vestra. Resuscitati sunt mortui ante adventum Domini: nam et Elias resuscitavit mortuum (3 Reg 17,22), et Elisaeus (4 Reg 4,35); sed resurrexerunt iterum morituri. Dominus ipse quos resuscitavit, morituri resurrexerunt; sive ille iuvenis filius viduae (Lc 7,15), sive illa puella duodecim annorum, filia archisynagogi (ib. 8,55), sive Lazarus (Io 11,44): aliter resuscitati sunt, omnes morituri; semel nati sunt, sed bis mortui sunt. Nemo resurrexerat nunquam moriturus, nisi Dominus. Quando autem resurrexit Dominus nunquam moriturus? *A vigilia matutina.* Hoc spera et tu de Domino, resurrecturum te, non quomodo Lazarus resurrexit, non quomodo filius viduae et archisynagogi filia resurrexerunt, non quomodo quos suscitaverunt antiqui Prophetae; sed resurrecturum te spera quomodo Dominus, ut post resurrectionem quia resurrexeris, non te iam timeas moriturum; et coepisti sperare a vigilia matutina.

10. Espera hasta la noche, hasta que termine esta vida, hasta que sobrevenga la noche a todo el género humano al fin del mundo. ¿Por qué hasta entonces? Porque después de esta noche ya no habrá esperanza, sino la posesión de la realidad, pues dice el Apóstol: *La esperanza que se ve, no es esperanza. Porque lo que uno ve, ¿a qué lo espera? Si lo que no vemos esperamos, con paciencia aguardamos.* Luego, si debemos esperar pacientemente lo que no vemos, esperemos hasta la noche, es decir, hasta el fin de nuestra vida o del mundo. Después de haber pasado esta noche, vendrá lo que esperábamos, y ya no lo esperaremos; con todo, no estaremos desesperanzados. Existe un reproche de desesperados; si alguna vez abominamos a un hombre, le decimos: "No tiene esperanza." Sin embargo, no siempre es malo carecer de esperanza. Mientras vivimos es un mal carecer de esperanza, porque quien ahora no tiene esperanza, no poseerá después la realidad. Luego ahora debemos tener esperanza. Pero cuando se presente la realidad, ¿por ventura habrá esperanza? *Lo que uno ve, ¿a qué lo espera?* Vendrá nuestro Señor Jesucristo, primeramente en la misma forma en la que fue crucificado y resucitó, patentizándose al género humano para que le vean los píos y los impíos; los primeros le verán y se congratularán de haber hallado lo que creyeron antes de verlo, y los segundos se avergonzarán por no haber creído lo que ahora ven. Los avergonzados serán condenados, y los congratulados coronados. A los conturbados se les dirá: *Id al fuego eterno que se preparó para el diablo y sus ángeles.* Y a los regocijados: *Venid, benditos de*

10. Spera autem usque ad noctem, quousque finiatur haec vita, quousque sit nox universi generis humani in occasu saeculi. Quare hoc usque? Quia post istam noctem iam non erit spes, sed ipsa res. *Spes* enim *quae videtur, non est spes,* Apostolus dicit: *quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* (Rom 8,24.25). Si ergo patienter exspectare debemus quod non videmus, usque ad noctem speremus, id est usque ad finem huius vitae nostrae vel saeculi. Cum autem nox ista transierit, iam veniet quod sperabamus; et non iam sperabimus, nec tamen desperati erimus. Est enim vituperatio desperatorum, et aliquando detestamur hominem, et dicimus: Non habet spem. Non semper malum est non habere spem. In hac vita cum sumus, malum est non habere spem: qui enim modo spem non habet, rem postea non habebit. Ergo modo spem debemus habere. Sed cum res venerit, numquid spes erit? *Quod enim videt quis, quid sperat?* Veniet Dominus Deus noster, primo formam ipsam in qua crucifixus est et resurrexit, demonstraturus generi humano, ut videant pii et impii: illi videant, et gratulentur invenisse se quod crediderunt antequam viderent; et illi erubescant non se credidisse quod videbunt. Erubescentes damnabuntur, et gratulati coronabuntur. Dicetur confusis, *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius;* dicetur gaudentibus, *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis*

mi Padre; recibid el reino que se os preparó desde el origen del mundo. Al recibirle desaparecerá la fe, porque poseerán la realidad. Desaparecida la esperanza, desaparecerá la noche; pero hasta que acontezca, desde la vigilia matutina espere nuestra alma en el Señor.

11. Vuelve a repetir lo mismo, pues ahora dice: *Desde la vigilia matutina espere Israel en el Señor;* y antes dijo: *Desde la vigilia matutina hasta la noche esperó mi alma en el Señor.* Pero ¿qué quiere decir *esperó?* Que desde la vigilia matutina espere Israel en el Señor. Luego no sólo espere Israel en el Señor, sino *desde la vigilia matutina espere Israel en el Señor.* ¿Por ventura repruebo la esperanza del mundo cuando espera algo de Dios? No. Pero Israel tiene una esperanza propia. No espere Israel como bien supremo suyo las riquezas, ni la salud del cuerpo, ni la abundancia de los bienes temporales; todo lo contrario, aquí ha de habituarse a las tribulaciones, si quizás le aconteciere soportar algunas incomodidades en pro de la verdad. Los mártires esperaban en Dios, y, sin embargo, padecieron los mismos tormentos que padecieron los inicuos y ladrones: fueron arrojados a las bestias, quemados por el fuego, heridos por la espada, despedazados con los garfios, atados con cadenas, matados en las cárceles. Todas estas cosas padecieron. ¿Por ventura no esperaban en el Señor? ¿O esperaban para que, careciendo de estos males, gozasen de esta vida? No por cierto, puesto que esperaban desde la vigilia matutina. ¿Qué quiere decir esto? Que consideraron la vigilia matutina, en la cual resucitó el Señor, y vieron que antes de resucitar padeció las cosas que ellos padecían, y, por lo mismo, no desconfiaban que ellos también habían

paratum est ab origine mundi (Mt 25,41.34): quod cum acceperint, iam spes non erit, quia res tenebitur. Transacta ergo spe, transibit nox illa; sed donec fiat, a vigilia matutina speret anima nostra in Dominum.

11. Et redit ad illud, *A vigilia matutina speret Israel in Dominum. A vigilia matutina usque ad noctem, speravit anima mea in Dominum.* Sed quid speravit? *A vigilia matutina speret Israel in Dominum.* Non solum *speret Israel in Dominum,* sed, *a vigilia matutina speret Israel.* Ergo culpo spem saeculi, quando speratur de Deo? Non; sed alia spes est Israel propria. Non pro summo suo bono speret Israel divitias, non salutem corporis, non abundantiam terrenorum: imo tribulationem hic habiturus est, si forte contigerit illi propter veritatem pati aliquas molestias. Non enim non sperabant in Deum martyres, et tamen talia sunt passi, qualia latrones, qualia iniqui: subiecti ad bestias, ignibus concremati, gladio percussi, ungulis exarati, catenis obstricti, carcere necati, ista omnia mala passi, non sperabant in Dominum? aut ideo sperabant, ut istis malis carentes, hac vita fruerentur? Non plane; quia a vigilia matutina sperabant. Quid est hoc? Considerabant illam vigiliam matutinam qua resurrexit Dominus eorum, et videbant quia antequam resurgeret, talia et ipse passus erat, qualia ipsi patiebantur, et non desperabant

de resucitar, después de estos tormentos, a la vida eterna. *Esperó Israel en el Señor desde la vigilia matutina hasta la noche.*

9 [v.5]. *...Y descanso*—dice—*a mis sienes.* Por el descanso de las sienes se apodera el sueño de los ojos. La sien está junto

et exsurge a mortuis; et illuminabit te Christus (Eph 5,14); et alio loco, *Nos autem qui diei sumus, vigilemus, et sobrii simus: nam qui dormiunt, nocte dormiunt; et qui inebriantur, nocte ebrii sunt* (1 Thes 5,5-8). Noctem dicens iniquitatem, in qua illi obdormiunt cupiendo ista terrena. Et omnes istae felicitates quae videntur saeculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo qui videt thesauros in somnis, dormiens dives est; sed evigilabit, et pauper erit: sic omnia ista vana huius saeculi, de quibus homines gaudent, in sommo gaudent: evigilabunt quando nolunt, si non modo evigilant quando utile est; et invenient somnia fuisse illa, et transisse, sicut dicit Scriptura, *veluti somnium exsurgentis* (Ps 72,20): et alio loco, *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis* (Ps 75,6). *Dormierunt somnum suam,* finitus est somnus, *et nihil invenerunt in manibus suis;* quia in somnis videbant divitias transitorias. Iste ergo qui vult invenire locum Domino, dixit etiam, *Si dedero somnum oculis meis.* Sunt autem quidam qui non dormiunt, sed dormitant. Aliquantum retrahunt se ab amore temporalium, et rursus revolvuntur in eum; quasi dormitantes, caput crebro inclinant. Evigila, excute sommum; dormitando casurus es. Non vult Psalmus, oculis suis dare somnum, nec palpebris dormitationem, eum qui vult invenire locum Domino.

9 [v.5]. *Et requiem,* inquit, *temporibus meis.* A requie temporum somnus venit ad oculos. Tempora circa oculos sunt. Veluti futurus som-

a los ojos. La pesadez de la sien es como augurio del sueño. A los hombres que han de dormirse comienzan a pesarles las sienes; al sentir la pesadez de las sienes, está ya a las puertas el sueño, el cual, si ha de darse a los ojos, antes se da el descanso a las sienes, y así viene el sueño. Luego cuando algo temporal comenzare a arrastrarte al deleite del pecado, ya se hallan agravadas tus sienes. ¿Quieres estar en vigilia, no dormitar ni dormir? No te entregues a tal deleite, pues tendrás mayores dolores que encantos. Con este pensamiento, como refregando la frente, sacudes el sueño y preparas un lugar al Señor.

10. *Hasta que encuentre un lugar al Señor, un tabernáculo al Dios de Jacob.* Aun cuando algunas veces se llama al tabernáculo de Dios la casa de Dios, y a la casa de Dios, tabernáculo de Dios, sin embargo, carísimos hermanos, las palabras *tabernáculo* y *casa* se toman en distinto sentido. La Iglesia de Dios en este tiempo es tabernáculo, y la Iglesia de la celestial Jerusalén, adonde iremos, es casa. Pues el tabernáculo, como tal, es la tienda de campaña de los soldados y guerreros; el tabernáculo es la tienda de los soldados que se hallan preparados a entrar en batalla y en expedición; de aquí que los soldados se llaman *contubernales,* porque son hombres que se alojan y tienen los mismos tabernáculos o tiendas. Mientras tenemos enemigos con quienes luchar, construyamos tabernáculos a Dios. Sin embargo, cuando haya pasado el tiempo de la lucha y hubiere llegado aquella paz que se eleva sobre todo entendimiento, *la paz de Cristo, que,* como dice el Apóstol, *sobrepuja a todo entendimiento*, puesto que cuando más pienses sobre aquella

nus, gravedo temporum est. Nam hominibus dormituris gravari tempora incipiunt; et cum senserint sibi gravari tempora, iam imminet somnus: qui si dandus est oculis, dant requiem temporibus suis, et venit somnus; si non dederit requiem temporibus suis, non venit somnus. Cum ergo coeperit te aliquid temporale delectare ad peccatum, iam gravantur tibi tempora. Vis evigilare, et non dormire, nec dormitare? Noli te credere tali delectationi; maiores dolores habebit quam suavitates. Ista cogitatione quasi confricans frontem, excutis somnum, et paras locum Domino.

10. *Donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Quanquam aliquando dicitur tabernaculum Dei domus Dei, et domus Dei tabernaculum Dei: distinctius tamen accipitur, fratres charissimi, tabernaculum Ecclesia secundum hoc tempus; domus autem Ecclesia caelestis Ierusalem, quo ibimus. Tabernaculum enim tanquam militantium et pugnantium: tabernacula militum in procinctu, in expeditione; unde contubernales dicuntur milites, quasi tabernacula eadem habentes et habitantes. Quamdiu ergo habemus hostem cum quo pugnemus, tabernaculum Deo facimus. Cum autem transierit tempus pugnae, et venerit pax illa quae praecellit omnem intellectum, sicut dicit Apostolus, *Et pax Christi quae praecellit omnem intellectum* (Phil 4,7); quantumcumque enim cogitaveris de pace illa, minus eam capit animus adhuc in ista corporis gravedine constitutus: cum venerit illa patria, iam domus erit, nullus

paz, tanto menos será capaz el ánimo, colocado aún en esta gravedad del cuerpo, de comprenderla; cuando hubiere llegado aquella patria, será ya casa, pues no desencadenará la guerra de tentación enemigo alguno para que se llame tabernáculo. Entonces no nos encaminaremos a luchar, sino que permaneceremos para alabar. ¿Qué se dice de aquella casa? *Bienaventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán.* En el tabernáculo gemimos todavía; en la casa alabaremos. ¿Por qué? Porque el gemido es propio de los peregrinos, y la alabanza, de los que moran en la patria. Aquí se busque primeramente el tabernáculo para el Dios de Jacob.

11 [v.6]. *He aquí que hemos oído que ella estaba en Efrata.* ¿Qué *ella?* La sede del Señor. *Oímos que estaba en Efrata. Y la encontramos en los campos de la selva.* ¿La encontré en donde oí, o la encontré en un lugar y la oí en otro? Investiguemos qué signifique *Efrata,* en donde oí que estaba, y qué *en los campos de la selva,* en donde la encontré. Efrata es palabra hebrea que se traduce al latín por *speculum,* espejo, conforme lo legaron quienes declararon en otras lenguas el significado de las palabras hebreas consignadas en la Escritura para que su conocimiento llegase a nosotros. Primeramente se tradujo la Escritura de la lengua hebrea a la griega, y para nosotros de ésta a la latina. Hubo quienes estudiaron la Escritura. Luego si Efrata significa espejo, aquella casa que se encontró en los campos de la selva se oyó que estaba en el espejo. El espejo forma en sí la imagen, y toda profecía es imagen de las cosas futuras. Luego la casa futura de Dios se anunció en la imagen de la profecía. Oímos que ella estaba en el espejo, es decir, *oímos que estaba en Efrata. La encontramos en los campos*

adversarius tentabit, ut tabernaculum vocetur. Non procedemus ad pugnandum, sed permanebimus ad laudandum. Quid enim dicitur de illa domo? *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5). In tabernaculo adhuc gemimus, in domo laudabimus. Quare? Quia gemitus est peregrinantium, laudatio iam in patria commanentium. Hic primo quaeratur tabernaculum Deo Iacob.

11 [v.6]. *Ecce audivimus eam in Ephrata.* Quam *eam?* Sedem Domini. *Audivimus in Ephrata. Invenimus eam in campis saltuum.* Ibi audivit, ubi invenit; an alibi audivit, et alibi invenit? Quaeramus ergo quid sit *Ephrata,* ubi audivit; item quaeramus quid sit *in campis saltuum,* ubi invenit. Ephrata verbum hebraeum interpretatur latine, Speculum, sicut tradiderunt qui verba hebraea in Scripturis posita in aliam linguam transtulerunt, ut ad nos perveniret intellectus. Nam ex hebraeo transtulerunt in graecam, et ex graeca translata sunt nobis in latinam. Fuerunt enim qui vigilarent in Scripturis. Si ergo Ephrata speculum, illa domus quae inventa est in campis saltuum, in speculo audita est. Speculum imaginem habet: omnis prophetia imago futurorum. Domus ergo Dei futura, in imagine prophetiae praedicata est. Audivimus enim illam in speculo, id est, *Audivimus in Ephrata. Invenimus in campis*

"saltuum" de los bosques. ¿Cuáles son los campos *saltuum?* Los campos de bosques o de la selva. Aquí no se consigna la palabra *saltus* en sentido vulgar, como cuando dice el pueblo, por ejemplo: "*Ille saltus,* aquel pelotón, aquel tropel o bosque de gente, consta de tantas centurias". La palabra *saltus* propiamente significa lugar todavía inculto y salvaje. Por esto algunos códices escribieron *in campis silvae,* en los campos de la selva. ¿Quiénes eran los campos salvajes? Las gentes incultas. ¿Quiénes eran los campos salvajes? Aquellos en los cuales aún se encontraban las zarzas de la idolatría. Con todo, así como allí había zarzas idolátricas, así allí encontrábamos lugar para el Señor, tabernáculo para el Dios de Jacob. *Lo que oímos que se hallaba en Efrata, lo encontramos en los campos de la selva.* Lo que se predicó en imagen o figuradamente a los judíos, se patentizó en la fe de los gentiles.

12 [v.7]. *Entraremos en sus tabernáculos.* ¿De quién? Del Dios de Jacob. Los mismos que entran para habitar, entran para ser habitados. Tú entras en tu casa para habitar, y en la casa del Señor para que te habite. Mejor es el Señor, puesto que te hace feliz cuando comienza a morar en ti. Si tú no eres habitado por El, serás desgraciado. El hijo que profirió estas palabras: *Dame la parte de la herencia que me pertenece,* quiso tenerla bajo su dominio. Admirablemente se conservaba en poder del padre para no dilapidarla con las meretrices. La recibió, y, puesta en sus manos, marchó a región lejana; allí la despilfarró por completo con las rameras. Por fin padeció hambre, y se acordó de su padre. Volvió para hartarse de pan. Luego entra para que seas habitado, y no te tengas por tuyo, sino de El. *Entraremos en sus tabernáculos.*

saltuum. Qui sunt campi saltuum? Campi silvarum. Non enim quemadmodum vulgo dicitur, Saltus ille, verbi gratia, centurias habens tot. Saltus proprie, locus adhuc incultus et silvester dicitur. Nam et quidam codices, *in campis silvae,* habent. Qui ergo erant campi saltuum, nisi gentes incultae? qui erant campi saltuum, nisi ubi adhuc vepres erant idololatriae? Sic tamen quomodo vepres ibi erant idololatriae, ibi invenimus locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Quod *audivimus in Ephrata, invenimus in campis saltuum;* quod praedicatum est in imagine Iudaeis manifestatum est in fide Gentium.

12 [v.7]. *Intrabimus in tabernacula eius:* cuius? Domini Dei Iacob. Qui intrant ut inhabitent, ipsi sunt qui intrant ut inhabitentur. In domum tuam ut inhabites intras, in domum Dei ut inhabiteris. Est enim melior Dominus, qui cum te coeperit inhabitare, beatum te faciet. Nam si tu ab illo non inhabiteris, miser eris. In sua potestate esse voluit ille filius qui dixit: *Da mihi partem patrimonii quae me tangit.* Bene servabatur apud patrem, ne cum meretricibus dissiparetur. Accepit, facta est in eius potestate; profectus in regionem longinquam, effudit omnia cum meretricibus. Passus est tandem famem, recordatus est patrem; reversus est, ut pane saturaretur (Lc 15,12-20). Ergo intra, ut inhabiteris; et non quasi tuus sis, sed illius: *Intrabimus in tabernacula eius.*

13. *Le adoraremos en el lugar en donde estuvieron sus pies.* ¿Los pies de quién? ¿Del Señor o de la casa del Señor? En la casa del Señor es en donde dice que debe ser adorado. *Adoremos en el lugar en donde estuvieron sus pies.* Fuera de su casa no oye Dios para la vida eterna; pertenece a la casa de Dios el que se halla enlazado por la caridad con las piedras vivas; sin embargo, quien no tuviere caridad se arruina; pero, cayendo él, la casa queda en pie. Nadie porque él quiera caer amenaza a la casa en la que comenzó a ser como piedra. De este modo se ensoberbeció el primer pueblo judío, diciendo que Dios no había de defraudar al patriarca Abrahán, a quien había prometido tantas cosas sobre su estirpe, y por esto ejecutaba toda clase de perversidades, seguro de que Dios le perdonaría en virtud de la promesa; no por sus méritos, que eran crímenes, sino por los de Abrahán, y que congregaría a cualesquiera hijos malos de Abrahán en su casa con miras a la vida eterna. Pero ¿qué dice San Juan Bautista? *¡Oh generación de víboras!* Cuando se acercaron a él los hijos de Abrahán para bautizarse con el agua de la penitencia, no los llamó "generación de Abrahán", sino de *víboras.* Eran tales cuales aquellos a quienes imitaban; es decir, no eran hijos de Abrahán, sino hijos de los amorreos, de los cananeos, de los gergeseos, de los jebuseos y de todos los que pecaron contra Dios; eran sus hijos, porque perpetraban sus iniquidades. *Raza de víboras, ¿quién os enseñó a huir de la ira venidera? Haced fruto digno de penitencia y no digáis: "Tenemos a Abrahán por Padre", porque Dios es poderoso para suscitar de estas piedras hijos de Abrahán.* No sé qué piedras

13. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Cuius pedes? Domini, an ipsius domus Domini? Domus enim Domini est, ubi dicit quia debet adorari. *Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius.* Praeterquam domum suam, non exaudit Deus ad vitam aeternam. Ille enim ad domum Dei pertinet, qui est in charitate compaginatus lapidibus vivis. Qui autem charitatem non habuerit, ruinam facit; et illo ruente domus stat. Nemo enim minetur domui, ubi esse quasi lapis coepit, si ruere voluerit, quasi aliquid domini noceat. Sic enim superbierat et primus populus Iudaeorum, dicens, Neque enim fraudaturus est Deus patrem Abraham, cui promisit tanta de semine eius: et faciebant omnia mala tanquam securi de pollicitatione Dei, quod non illorum meritis qui scelera faciebant, sed pro meritis Abrahae parceret eis, et qualescumque malos filios Abrahae congregaret in domum suam ad vitam aeternam. Sed quid Ioannes? *Generatio,* inquit, *viperarum.* Quando ad illum venerunt ipsi filii Abrahae, ut baptizarentur in aqua poenitentiae, non eis dixit, Generatio Abrahae, sed *viperarum.* Tales enim erant, quales quos imitabantur; non filii Abrahae, sed filii Amorrhaei, Chananaei, Gergesaei, Iebusaei, et omnium qui offenderunt Deum: ipsorum filii erant, quia ipsorum facta sectabantur. *Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentiae. Et ne dixeritis, Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae* (Mt 3,7-9). Nescio quos lapides tunc videbat in campis saltuum, unde suscitati sunt filii Abrahae. Filii enim magis qui fidem imitati sunt, quam qui de carne nati sunt. Nemo ergo minetur domui Dei, quasi dicat: Subtraho me, et ruet domus. Bonum est enim illi ut coaedificetur, et habeat charitatem. Nam si ipse ruerit, stabit domus. Itaque, fratres, in his est domus Dei, quos praedestinavit et praescivit perseveraturos: de illis dictum est, *Ubi steterunt pedes eius.* Sunt enim qui non perseverant, nec stant pedes eius in eis. Non sunt ergo ipsi Ecclesia; non ipsi pertinent ad illud modo tabernaculum, tunc domum. Sed ubi steterunt pedes eius? *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* In his in quibus charitas refrigescit, non stant pedes eius. Sed quid secutus est? *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Mt 24,12.13). Ecce in quibus steterunt pedes eius: in eo loco adora, id est, de talibus esto in quibus steterunt pedes Domini.

veía entonces en los campos de la selva, de donde fueron suscitados hijos de Abrahán. Más son los hijos que le nacieron por la imitación de la fe que por la carne. Nadie amenace a la casa de Dios diciendo: "Me apartaré y caerá la casa". Le conviene pertenecer a la edificación y tener caridad. Porque, si él se aparta de ella, permanecerá en pie la casa. Así, pues, hermanos, la casa de Dios está en aquellos a quienes predestinó y previó que habían de perseverar; de ellos se dijo: *En donde estuvieron sus pies.* Existen quienes no perseveran, ni los pies del Señor se hallan en ellos. Luego éstos no están en la Iglesia, no pertenecen ahora a aquel tabernáculo, ni pertenecerán después a la casa. Pero ¿en dónde estuvieron sus pies? *Porque se acrecentó la iniquidad, se enfriará la caridad.* En éstos en quienes se enfría la caridad no están sus pies. Pero ¿cómo prosigue? *Quien perseverare hasta el fin, éste se salvará.* Ved en quiénes se afianzaron sus pies; adora en este lugar, es decir, sé de aquellos en quienes se posaron los pies del Señor.

14. Si quieres entender acerca de la casa *en donde estuvieron sus pies,* estén tus pies en Cristo, pues estarán firmes los pies si perseverares en Cristo. ¿Qué se dice del diablo? *Que fue homicida desde el principio y no permaneció en la verdad.* Luego los pies del diablo no permanecieron. Asimismo, ¿que se dice de los soberbios? *No venga sobre mí el pie de la soberbia, y la mano del pecador no me conmueva. Allí cayeron los que obraron iniquidad; fueron empujados y no pudieron permanecer en pie.* Luego es casa de Dios la que tiene los pies firmes. Por esto, ¿qué dice gozán-

14. Si autem de ipsa domo intelligere volueris, *Ubi steterunt pedes eius* domus; pedes tui in Christo stent. Tunc autem stabunt pedes, si perseveraveris in Christo. Quid enim dicitur de diabolo? *Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit* (Io 8,44). Diaboli ergo pedes non steterunt. Item de superbis quid dicit? *Non veniat mihi pes superbiae, et manus peccatorum non moveat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem; expulsi sunt, nec potuerunt stare* (Ps 35,12.13). Ergo domus Dei, cuius pedes stant. Unde ille gaudens Ioannes quid ait? *Qui habet spon-*

dose San Juan Bautista? *El que tiene esposa es esposo, pero el amigo del esposo permanece en pie y le oye.* Si no permanece, no le oye. *Y se goza con regocijo por la voz del esposo.* Con razón está en pie, puesto que se goza por la voz del esposo; porque, si se gozase por su voz, caería. Luego ya veis por qué caen los que se gozan de su voz. El amigo del esposo decía: *Este es el que bautiza.* Algunos dicen: "Nosotros bautizamos"; alegrados por su voz, no pudieron permanecer en pie; y así no pertenecen a esta casa de la que se dice: *En donde estuvieron sus pies.*

15 [v.8]. *Levántate, Señor, a tu descanso.* Al Señor, que duerme, se le dice: *Levántate.* Ya sabéis quién se durmió y quién resucitó. El dice en un versillo de un salmo: *Conturbado, me dormí.* Muy bien se le dice ahora: *Levántate, Señor, a tu descanso.* Ya no serás conturbado, *porque Cristo, que resucitó de entre los muertos, ya no muere y la muerte no se enseñoreará en adelante de El.* También dice El mismo en otro salmo: *Yo me dormí y tomé el sueño; y me levanté, porque el Señor me sustentó.* El se durmió; a El se le dice: *Levántate, Señor, a tu descanso. Tú y el arca de tu santificación;* es decir, resucita para que también resucite el arca de tu santificación, a la cual santificaste. Resucite El, nuestra Cabeza, y su arca, su Iglesia. Primero resucitó El; resucitará también la Iglesia. No se atrevería a prometer la resurrección al Cuerpo si no resucitase primero la Cabeza. *Levántate, Señor, a tu descanso tú y el arca de tu santificación.* También entendieron algunos por "arca de santificación" el cuerpo de Cristo, nacido de la Virgen María;

sam sponsus est, amicus autem sponsi stat et audit eum. Si non stat, non audit eum. *Et gaudio gaudet propter vocem sponsi* (Io 3,29). Merito stat, quia propter vocem sponsi gaudet: nam si propter vocem suam gauderet, caderet. Iam videtis ergo quare ceciderint qui ad vocem suam gaudent. Amicus enim ille sponsi dicebat: *Hic est qui baptizat* (ib. 1,33). Quidam dicunt, Nos baptizamus: ad vocem suam gavisi, stare non potuerunt; et non pertinent ad istam domum de qua dicitur, *Ubi steterunt pedes eius.*

15 [v.8]. *Exsurge, Domine, in requiem tuam.* Domino dormienti dicit, *Exsurge.* Iam nostis quis dormivit, et quis resurrexit. Ipse enim quodam loco dicit in psalmo: *Dormivi conturbatus* (Ps 56,5). Bene illi dicitur, *Exsurge, Domine, in requiem tuam.* Iam non conturbaberis; quia Christus surgens a mortuis, iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur (Rom 6,9). Ipsius est vox in alio psalmo: *Ego dormivi et somnum cepi, et exsurrexi, quoniam Dominus suscipiet me* (Ps 3,6). Ipse dormivit, ipsi dicitur, *Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae:* id est, exsurge, ut exsurgat et arca sanctificationis tuae, quam sanctificasti. Ipse caput nostrum; arca eius, Ecclesia eius: surrexit prior, surget et Ecclesia. Non autem auderet sibi resurrectionem corpus promittere, nisi prius resurgeret caput. *Exsurge, Domine, in requiem tuum, tu et arca sanctificationis tuae.* Et corpus Christi quod ex Maria natum est, intellectum est a quibusdam arca sanctificationis; ut hoc diceret, *Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificatio-*

de suerte que al decir: *Levántate, Señor, a tu descanso tú y el arca de tu santificación,* significaría: "Levántate con el cuerpo para que le palpen los que no creen". *Levántate, Señor, a tu descanso tú y el arca de tu santificación.*

16 [v.9]. *Se vistan de justicia tus sacerdotes y se regocijen tus santos.* Resucitando tú de entre los muertos y yendo al Padre, se vista de fe el real sacerdocio, porque el justo vive de la fe. Y, habiendo recibido la prenda del Espíritu Santo, se alegren los miembros con la esperanza de la resurrección que antecedió en la Cabeza, pues a éstos dice el Apóstol: *Gozaos en la esperanza.*

17 [v.10]. *Por tu siervo David, no apartes el rostro de tu Cristo.* Al Dios Padre se dijo esto: *Por tu siervo David, no apartes el rostro de tu Cristo.* El Señor fue crucificado en Judea, fue crucificado por los judíos; conturbado por ellos, se durmió. Resucitó para juzgar a los encruelecidos, entre cuyas manos se durmió; y así dice en cierto sitio: *Resucítame, y les daré su merecido.* Les dio y les dará su merecido. Los mismos judíos conocen los males que padecieron después de haber matado al Señor. Todos fueron arrojados de la ciudad en la cual le mataron. ¿Pero qué? ¿Acaso perecieron todos los de la estirpe de David y los de la tribu de Judá? No, pues de la estirpe creyeron algunos y de la tribu muchos miles de hombres; y esto después de la resurrección del Señor. Primeramente se ensañaron para crucificarle, después comenzaron a ver que se obraban milagros en nombre del Crucificado, y, por lo mismo, temieron ante el inmenso poder del nombre de Aquel que entre sus manos parecía impotente; y, compungiéndose en su co-

nis tuae: Cum corpore exsurge, ut palpent qui non credebant. *Exsurge, Domine, in requiem tuam, tu et arca sanctificationis tuae.*

16 [v.9]. *Sacerdotes tui induantur iustitiam, et sancti tui laetentur.* Te exsurgente a mortuis, et eunte ad Patrem, regale illud sacerdotium induatur fidem, quia iustus ex fide vivit (Rom 1,17); et accepto pignore Spiritus sancti, laetentur membra spe resurrectionis, quae praecessit in capite: eis enim Apostolus dicit, *Spe gaudentes* (ib. 12,12).

17 [v.10]. *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui.* Hoc Deo Patri dictum est, *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui,* Crucifixus est Dominus in Iudaea; crucifixus est a Iudaeis; ab ipsis turbatus dormivit. Inter quorum saevientium manus dormivit, ad eos iudicandos surrexit: et dicit quodam loco, *Et suscita me, et reddam illis* (Ps 40,11). Et reddidit, et redditurus est. Nam quanta postea Iudaei passi sunt occiso Domino, norunt ipsi. De ipsa civitate, ubi illum occiderunt, omnes expulsi sunt. Quid ergo? etiam de stirpe David omnes perierunt, et de tribu Iuda? Non: nam crediderunt inde aliqui, et multa millia hominum crediderunt inde, et hoc iam post resurrectionem Domini. Saevierunt, ut crucifigerent, et postea coeperunt videre fieri miracula in nomine crucifixi; et plus contremuerunt tantum posse eius nomen, qui quasi inter manus eorum nihil poterat; et compuncti corde, iam credentes divinitatem occultam fuisse in illo quem

razón, creyendo ya que se hallaba oculta la divinidad en Aquel a quien juzgaron semejante a los demás hombres, pidieron parecer a los apóstoles, y oyeron: *Haced penitencia y se bautice cada uno de vosotros en nombre de nuestro Señor Jesucristo.* Pero como Cristo resucitó para juzgar a aquellos por quienes fue crucificado y apartó su rostro de los judíos y se volvió a los gentiles, se pide a Dios por las reliquias de Israel y se le dice: *Por David, tu siervo, no apartes el rostro de tu Cristo.* Si la paja fue quemada, recójase el trigo: *Se salven las reliquias,* como dice Isaías. Ciertamente se salvaron las reliquias, pues de ellas eran los doce apóstoles; de ellas, más de quinientos hermanos a los que el Señor se apareció después de la resurrección; de ellas, tantos miles bautizados que ponían a los pies de los apóstoles el precio de sus bienes. Luego se cumplió lo que aquí se pidió a Dios: *Por David, tu siervo, no apartes el rostro de tu Cristo.*

18 [v.11]. *Juró el Señor verdad a David, y no se arrepentirá.* ¿Qué significa *juró?* Aseguró por sí mismo lo prometido. ¿Qué quiere decir *no se arrepentirá?* No cambiará. Dios no puede sentir dolor de arrepentimiento, ni se engaña, para que quiera corregir su error. Así como, cuando se arrepiente el hombre, pretende cambiar lo que hizo, así, cuando oyes que Dios se arrepiente, espera el cambio de la misma cosa. De un modo cambia Dios, aunque llame penitencia a este cambiar, y de otro tú. Tú cambias porque te equivocaste; Dios cambia porque unas veces castiga y otras perdona. Cambió el reino a Saúl, conforme se dijo, porque se arrepintió; pero en el mismo lugar de la Escritura en donde se consigna que *se arrepintió,* allí poco después se escribe: *Dios no es como el hombre, que se arrepiente.* Luego cuando cambia sus obras por su propio dictamen inconmutable, se dice que se arrepiente, no por el mismo cambio del consejo, sino por la obras. Esto lo prometió para no cambiarlo. Así como se dijo: *El Señor juró, y no se arrepentirá: "Tú eres sacerdote por siempre según el orden de Melquisedec",* así también esto que prometió aquí, como lo prometió para no cambiarlo, porque necesariamente había de permanecer y de cumplirse, dijo: *Juró el Señor verdad a David, y no se arrepentirá: "Del fruto de tu vientre pondré sobre tu trono."* Pudiera haber dicho: "Del fruto de tu muslo"; ¿por qué quiso decir: *Del fruto de tu vientre?* Si hubiera dicho aquello, diría verdad; pero quiso decir más expresivamente: *Del fruto de tu vientre,* porque Cristo nació de mujer sin obra de varón.

19 [v.12]. Luego ¿qué? *El Señor juró verdad a David: "Del fruto de tu vientre pondré sobre tu trono. Si guardasen tus hijos mi alianza y los preceptos que les enseñaré, también los hijos de ellos se sentarán eternamente sobre tu trono".* Si tus hijos los guardasen, también los hijos de ellos se sentarán eternamente. Los padres consiguen galardón para los hijos. ¿Qué sucedería si los hijos de él los guardasen y los hijos de ellos no? ¿Por qué se promete la felicidad de los hijos al merecimiento de los padres? ¿Qué quiere expresar al decir: *Si tus hijos los guardasen, eternamente se sentarán los hijos de ellos,* pues no dice: "Si los guardasen tus

caeteris similem hominibus putaverunt, et consilium petentes ab Apostolis, audierunt, *Agite poenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Ergo quia ad iudicandos eos a quibus crucifixus est, surrexit Christus, et avertit faciem suam a Iudaeis, et convertit ad Gentes; tanquam rogatur Deus propter reliquias Israel, et dicitur ei, *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui.* Si palea damnata est, frumenta colligantur. *Reliquiae salvae fiant* (Is 10,21), sicut dicit Isaias. Et plane factae sunt reliquiae salvae: inde erant duodecim Apostoli, inde plus quam quingenti fratres quibus se Dominus demonstravit post resurrectionem (1 Cor 15,6); inde tot millia baptizata, quae pretia rerum suarum ante pedes Apostolorum ponebant (Act 2,4). Ergo impletum est quod hic rogatus est Deus, *Propter David servum tuum, ne avertas faciem Christi tui.*

18 [v.11]. *Iuravit Dominus David veritatem, et non poenitebit eum.* Quid est, *iuravit?* Promissum per seipsum firmavit. Quid est, *non poenitebit eum?* Non mutabit. Non enim dolorem poenitentiae patitur Deus, aut in aliquo fallitur, ut velit corrigere in quo erravit. Sed quomodo hominem cum poenitet, mutare vult quod fecit; sic ubi audis quia poenitet Deum, mutationem ipsam spera. Aliter illam facit Deus, quamvis nomine poenitentiae appellet, aliter tu: tu enim facis, quia erraveras; ille autem facit, quia vindicat, aut quia liberat. Mutavit regnum Saül, cum poeniteret eum sicut dictum est: et in eo ipso loco ubi Scriptura dicit, *Poenituit eum;* ibi paulo post dicitur, *Non enim sic est ut homo, ut poeniteat eum* (1 Reg 15,11.29). Cum ergo mutat opera sua per incommutabile consilium suum; propter ipsam, non consilii, sed operis mutationem, poenitere dicitur. Hoc autem sic promisit, ut non mutaret. Quomodo dicitur et illud, *Iuravit Dominus, et non poenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec* (Ps 109,4): sic et hoc quia ita promissum est, ut non mutaretur, quia necessario futurum erat et permansurum; dixit, *Iuravit Dominus David veritatem, et non poenitebit eum: Ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Poterat dicere, Ex fructu femoris tui: quare, *Ex fructu ventris,* voluit dicere? Et illud quidem si diceret, verum diceret: sed significantius dicere voluit, *Ex fructu ventris;* quia de femina natus est Christus, quo vir non accessit.

19 [v.12]. Quid ergo? *Iuravit Dominus David veritatem: Ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea haec quae docebo illos; et filii eorum sedebunt usque in aeternum super sedem tuam.* Si filii tui custodierint, et filii eorum sedebunt in aeternum. Meritum filiis parentes faciunt. Quid si filii ipsius custodirent, et filii eorum non custodirent? Quare ad meritum patrum promittitur beatitudo filiorum? Quid enim ait, *Si custodierint filii tui, et filii eorum sedebunt in aeternum* (non ait, Si custodierint filii tui, sedebunt super sedem tuam; et si custodierint filii eorum, et ipsi sedebunt super sedem tuam: sed ait, *Si filii tui custodierint, et filii eorum*

hijos, se sentarán sobre tu trono"; y "Si los guardasen los hijos de ellos, también éstos se sentarán sobre tu trono", sino que dice: *Si tus hijos los guardasen, también los hijos de ellos se sentarán sobre tu trono,* si no es porque aquí quiso se entendiese por "hijos" los frutos de ellos? *Si tus hijos*—dice—*guardasen mi ley, y, asimismo, tus hijos guardasen estos preceptos míos que les enseñaré, también los hijos de ellos se sentarán sobre tu trono;* es decir, éste será el fruto de ellos mismos: que se sentarán sobre tu trono. Pues ahora, hermanos, todos los que trabajamos en Cristo, todos los que temblamos ante sus palabras, todos los que de cualquier modo procuramos hacer su voluntad y gemimos pidiendo que nos ayude para que cumplamos lo que manda, ¿por ventura ya nos sentamos en aquellos tronos de bienaventuranza que se nos prometen? No. Sin embargo, observando los preceptos, esperamos que se cumpla esto. La esperanza se cifró en los hijos, porque la esperanza del hombre que vive en este mundo son los hijos; los hijos son el fruto. Por eso, los hombres, excusando su avaricia, dicen que guardan para los hijos lo que guardan; y, no queriendo dar al indigente, se excusan bajo el nombre de piedad, porque sus hijos son su esperanza. Todos los hombres que viven conforme a este mundo cifran su esperanza en engendrar y dejar hijos. Por eso, bajo el nombre de hijos, señala la esperanza y dice: *Si guardasen tus hijos mi alianza y los preceptos que les enseñaré, también los hijos de ellos se sentarán sobre tu trono eternamente;* es decir, tendrán tales frutos, que no les engañará la esperanza para llegar adonde esperan que han de llegar. Luego ahora son como pa-

sedebunt super sedem tuam), nisi quia filios hic voluit intelligi fructus ipsorum? *Si filii tui,* inquit, *custodierint legem meam, et mandata mea haec quae docebo eos* servaverint filii tui; *et filii eorum sedebunt super sedem tuam:* id est, hic erit fructus ipsorum, ut sedeant super sedem tuam. Modo enim, fratres, omnes qui laboramus in Christo, omnes qui contremiscimus verba ipsius, qui quomodocumque conamur facere voluntatem ipsius, et ingemiscimus petentes ut adiuvet nos, quo impleamus quod iubet; numquid iam sedemus in illis sedibus beatitudinis, quae nobis promittuntur? Non: sed mandata tenentes speramus hoc futurum. Ipsa spes tanquam in filiis dicta est; quia hominis in hac vita viventis spes filii sunt, fructus filii sunt. Propterea et homines excusantes avaritiam suam, dicunt se filiis suis servare quod servant; et nolentes dare inopi, pietatis nomine se excusant, quia filii eorum spes eorum sunt. Omnes homines enim qui secundum hoc saeculum vivunt, spem suam dicunt, filios generare et relinquere. Ideo nomine filiorum spem ipsam posuit, et ait, *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea haec quae docebo illos; et filii eorum sedebunt in aeternum super sedem tuam:* id est, tales fructus habebunt, ut spes eos non fallat, ut illuc veniant quo sperant se venturos. Modo ergo tanquam patres sunt, homines spei futurae: cum autem adepti fuerint quod sperant, filii

dres los hombres de futura esperanza. Pero, cuando hayan conseguido lo que esperan, serán hijos, porque engendraron y parieron mediante sus obras aquello que alcanzaron. Y esto es lo que se les reserva para la posteridad, porque también suele llamarse posteridad a los hijos.

20. Si tomas a los hijos por los mismos hombres, entiende que también se dijo de ellos: *Si guardasen tus hijos mi alianza y los preceptos míos que les enseñaré.* De suerte que, dividiendo el versillo, el sentido sea éste: *Si guardasen tus hijos mi alianza y los preceptos míos que les enseñaré,* añade a continuación: *se sentarán eternamente sobre tu trono;* y si *también los hijos de ellos guardasen mis preceptos,* asimismo *se sentarán sobre tu trono.* Es decir, se sentarán sobre tu trono eternamente tus hijos, y también los hijos de ellos, pero si todos ellos guardasen mis preceptos. Luego si no los guardasen, ¿qué sucedería? ¿Perecería la promesa de Dios? No, pues se dijo y se prometió conforme lo previó el Señor. Por tanto, ¿qué restaba sino creer? Pero para que nadie echase por tierra las promesas de Dios, queriendo presentar como dimanado de su propio poder lo que Dios prometió para que se cumpliese, por lo mismo, habló *jurando,* en lo cual demostró que sucedería sin lugar a duda. ¿Cómo dijo entonces *si guardasen?* Para que no te gloríes ya de la promesa, y, por tanto, dejes de cumplir sus mandamientos. Serás hijo de David cuando los cumplieres; si no los cumples, no serás hijo de David. Dios prometió a los hijos de David, es decir, a los que habían de cumplir. No digas: "Soy hijo de David", si degeneras de su estirpe. Supongamos que no dicen esto los judíos que nacieron de su estirpe. ¿Qué digo?; lo dicen y deliran, pues clara-

sunt; quia illud quod adipiscuntur, pepererunt et generaverunt in operibus suis. Et hoc illis servatur in posterum, quia et ipsa posteritas in filiis appellari solet.

20. Aut si filios ipsos homines accipis, intellige et de ipsis dictum, *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea haec quae docebo eos;* ut iste sit sensus: *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea haec quae docebo illos, et filii eorum,* id est, si custodierint; ut hic subdistinguas, et deinde inferas, *sedebunt in aeternum super sedem tuam,* id est, et filii tui et filii eorum, sed omnes si custodierint. Quid ergo si non custodierint? periit promissio Dei? Non: sed ideo dictum est, et ideo promissum est, quia praevidit Deus; quid, nisi credituros? Sed ne aliquis quasi minaretur promissis Dei, et in potestate sua vellet ponere quod promisit Deus ut impleretur; ideo et *iuravit* dixit: in quo ostendit quia sine dubio venturum est. Quomodo ergo posuit ibi, *Si custodierint?* Ne iam glorieris de promissis, et dimittas te non custodire. Tunc eris filius David, si custodieris; si autem non, non eris filius David. Filiis David promisit Deus. Noli dicere, Filius sum David, si degeneras. Si Iudaei illud non dicunt, qui de ipsa stirpe nati sunt (imo dicunt illud, sed delirant. Aperte enim Dominus ait: *Si filii*

mente lo afirmó el Señor: *Si sois hijos de Abrahán, haced las obras de Abrahán,* por lo cual negó que fuesen hijos suyos, porque no hacían sus obras. Nosotros, ¿cómo hemos de llamarnos hijos de David, siendo así que no somos de su estirpe según la carne? Luego sólo resta que seamos hijos imitando la fe y adorando a Dios como él le adoró. Luego, si lo que no esperas por la estirpe no quieres conseguirlo por las obras, ¿cómo se cumplirá en ti que te sentarás sobre el trono de David? Y porque no se cumpla en ti, ¿crees que no se cumplirá? ¿Cómo, pues, la encontró en los campos de la selva? ¿Cómo permanecieron sus pies? Luego cualquier hombre que fueres tú, la casa permanecerá.

21 [v.13]. *Porque el Señor eligió a Sión; la eligió con preferencia para su morada.* Sión es la Iglesia, y ella es también la Jerusalén hacia cuya paz corremos, la cual peregrina no en los ángeles, sino en nosotros; la cual espera que le ha de ser dada la parte o herencia de mejor región, de donde nos fueron enviadas cartas que se leen todos los días. Esta ciudad es la misma Sión, que eligió el Señor con preferencia.

22 [v.14]. *Este es mi descanso por los siglos de los siglos.* Estas son ya palabras de Dios. *Mi descanso;* aquí descanso. ¡Cuánto nos ama Dios, hermanos, ya que, descansando nosotros, dice que descansa El! Jamás se agita El ni descansa de este modo; pero dice que descansa allí porque nosotros tendremos el descanso en El. *Aquí habitaré, porque la elegí con preferencia.*

23 [v.15]. *Copiosamente bendeciré a su viuda, y a sus po-*

Abrahae estis, facta Abrahae facite [Io 8,39]. Inde illos negavit filios, quia facta non faciebant); nos quomodo nos dicimus filios David, qui de eius stirpe non sumus secundum carnem? Restat ut filii non simus, nisi imitando fidem, nisi colendo Deum, sicut ille coluit. Si ergo quod tibi per stirpem non speras, per facta non vis assequi; quomodo in te complebitur quia sedebis super sedem David? et si non in te complebitur, putas quia non complebitur? Et quomodo invenit eam in campis saltuum? et quomodo steterunt pedes eius? Qualiscumque ergo fueris, illa domus stabit.

21 [v.13]. *Quoniam elegit Dominus Sion; praeelegit eam in habitationem sibi.* Sion ipsa est Ecclesia, ipsa est et illa Ierusalem ad cuius pacem currimus, quae non in Angelis, sed in nobis peregrinatur, quae ex parte meliore exspectat partem redituram; unde nobis Litterae venerunt, quae quotidie recitantur. Ipsa civitas, ipsa est Sion, quam praeelegit Dominus.

22 [v.14]. *Haec requies mea in saecula saeculorum.* Iam Dei verba sunt. *Requies mea;* ibi requiesco. Quantum nos amat Deus, fratres, ut quia nos requiescimus, se dicat requiescere! Non enim ipse aliquando turbatur, aut sic requiescit; sed ibi se dicit requiescere, quia nos in illo requiem habebimus. *Hic habitabo, quoniam praeelegi eam.*

23 [v.15]. *Viduam eius benedicens benedicam, et pauperes eius*

bres hartaré de panes. El alma que comprende que se halla desprovista de todo auxilio fuera del de Dios, es viuda. ¿Cómo describe el Apóstol a la viuda? *La que verdaderamente es viuda y ha quedado sola, esperó en el Señor.* Trataba de las viudas a las que todos designamos viudas en la Iglesia. También dijo: *La que se entrega a los placeres, viviendo, está muerta;* pero a ésta no la contó entre las viudas. Pincelando a las viudas santas, ¿qué dice? *La que verdaderamente es viuda y ha quedado sola, esperó en el Señor y persiste en súplicas y oraciones noche y día.* A continuación añade: *La que se entrega a los placeres, viviendo, está muerta.* Luego ¿por qué es viuda? Porque no recibe auxilio de ninguna parte sino sólo de Dios. Las mujeres que tienen varones se ensoberbecen por el apoyo de ellos; las viudas parecen abandonadas, y, sin embargo, es más potente su apoyo. Luego toda la Iglesia es una viuda, ya en los varones o en las mujeres; ya en los casados o en las casadas; ya en los adolescentes, en los viejos o en las vírgenes. Toda la Iglesia es una viuda, abandonada en el mundo, si percibe, si conoce su viudez; pero entonces tiene a la mano el socorro. ¿Por ventura, hermanos, no conocéis a la viuda del Evangelio, sobre la cual, al manifestar el Señor que siempre conviene orar y nunca desfallecer, dice: *Había en cierta ciudad un juez que no temía a Dios ni respetaba a los hombres; sin embargo, a éste le molestaba todos los días cierta viuda, diciéndole: "Hazme justicia de mi contrario."* Pues bien, molestándole la viuda cotidianamente, le doblegó, *porque*

saturabo panibus. Omnis anima quae intelligit se desertam omni auxilio, nisi solius Dei, vidua est. Quomodo enim Apostolus describit viduam? *Quae autem vere vidua est et desolata, speravit in Dominum.* Agebat autem de istis viduis quas omnes dicimus in Ecclesia. Dixerat autem, *Quae in deliciis agit, vivens mortua est;* et non illam numeravit inter viduas. Describens autem viduas sanctas, quid ait? *Quae autem vere vidua est et desolata, speravit in Dominum, et persistit in precibus et obsecrationibus nocte ac die.* Ibi subiecit, *Quae autem in deliciis agit, vivens mortua est* (1 Tim 5,5.6). Unde ergo vidua est? Quia non habet auxilium aliunde, nisi solius Dei. Illae quae habent viros, quasi superbiunt de auxilio virorum: desertae videntur viduae, et robustius est auxilium earum. Ergo tota Ecclesia una vidua est, sive in viris, sive in feminis, sive in coniugatis, sive in maritatis feminis, sive in adolescentibus, sive in senibus, sive in virginibus: omnis Ecclesia una vidua est, deserta in hoc saeculo, si sentit illud, si novit viduitatem suam; tunc enim auxilium praesto est illi. Nonne agnoscitis istam viduam in Evangelio, fratres mei, cum diceret Dominus oportere semper orare, et non deficere? *Erat quidam iudex in civitate,* dixit, *qui nec Deum timebat, nec hominem reverebatur; et interpellabat eum quaedam vidua quotidie, et dicebat, Vindica me de adversario meo.* Et interpellando quotidie vidua, fregit illum. *Ait enim ipse iudex apud se, qui nec Deum timebat, nec hominem reverebatur: Etsi Deum, non timeo, nec homi-*

este juez, que no temía a Dios ni respetaba a los hombres, dijo dentro de sí mismo: "Aunque no temo a Dios ni respeto a los hombres, con todo, por la molestia que me causa esta viuda, le haré justicia." Si el juez malo oyó a la viuda para evitar molestias, ¿Dios no oirá a la Iglesia, a la cual manda rogar?

24. Asimismo, hermanos, ¿qué significa: *A sus pobres hartaré de panes?* Seamos pobres, y entonces seremos saturados. Hay muchos cristianos que presumen del mundo y son soberbios; adoran a Cristo, pero no son hartados, porque están saturados y rezuman su propia soberbia. De éstos se dice que son *escarnio de los ricos y desprecio de los soberbios.* Estos poseen en abundancia, y por eso comen, pero no se sacian. ¿Y qué se dijo de ellos en el salmo? *Todos los ricos de la tierra comieron y adoraron.* Adoran a Cristo, veneran a Cristo, suplican a Cristo, pero no son saturados con la sabiduría y justicia de El. ¿Por qué? Porque no son pobres. Los pobres, por el contrario, es decir, los humildes de corazón, cuanta más hambre tienen, tanto más comen, pues tienen tanta más hambre cuanto más vacíos se hallan de las cosas del mundo. El que está lleno rechaza todo lo que se le da, porque está lleno. Preséntame un verdadero hambriento, preséntame a aquellos de quienes se dice: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados;* y éstos serán los pobres, de los cuales se dice ahora: *Y saciaré a sus pobres de panes.* Como en el mismo salmo (21) en el que se dijo: *Todos los ricos de la tierra comerán y adorarán,* se habló

nem erubesco, vel propter taedium quod mihi facit ista vidua, vindicabo eam. Si audivit iudex malus viduam, ne taedium pateretur; Deus non audit Ecclesiam, quam hortatur ut deprecetur? (Lc 18,1-8).

24. Item, *Pauperes eius saturabo panibus:* quid est, fratres? Simus pauperes, et tunc saturabimur. Multi praesumentes de saeculo et superbi, christiani sunt; adorant Christum, sed non saturantur: saturati enim sunt, et abundant in superbia sua. De talibus dicitur, *Opprobrium eis qui abundant, et despectio superbis* (Ps 122,4): isti abundant; et ideo manducant, sed non saturantur. Et quid de illis dictum est in psalmo? *Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terrae.* Adorant Christum, venerantur Christum, supplicant Christo; sed non saturantur sapientia et iustitia ipsius. Quare? Quia non sunt pauperes. Pauperes autem, id est humiles corde, quanto plus esuriunt, tanto plus manducant; tanto autem plus esuriunt, quanto a saeculo inanes sunt. Qui plenus est, quidquid illi daturus es, respuit; quia plenus est. Da mihi esurientem, da mihi de quibus dictum est, *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Mt 5,6); et erunt hi pauperes de quibus modo dicit, *Et pauperes eius saturabo panibus.* Quia et in ipso psalmo ubi dictum est, *Manducaverunt et adoraverunt omnes divites terrae;* dictum est illic et de pauperibus, et prorsus eo modo quo et in isto psalmo, *Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum* (Ps 21,30.27). Ubi dictum est, *Manducaverunt et adora-*

en él de los pobres, y por cierto de igual modo que en éste, pues allí se dijo: *Comerán los pobres, y serán saciados, y alabarán al Señor los que le buscan;* como en donde se consignó, repito, *comieron y adoraron todos los ricos de la tierra,* allí también se dijo: *Comerán los pobres, y serán saciados,* ¿por qué, al decir que los ricos adoraron, no se añadió que fueron saturados; y, sin embargo, cuando se habló de los pobres, se dijo que fueron saturados? ¿De qué fueron saturados? ¿Cuál es esta hartura, hermanos? Dios es pan. El pan, para hacérsenos leche, bajó a la tierra y dijo a los suyos: *Yo soy el pan vivo que descendió del cielo.* Por eso se dijo allí en el salmo: *Comerán los pobres, y se saciarán.* ¿De qué se saciarán? Oye lo que sigue allí: *Y alabarán al Señor los que le buscan.*

25. Luego sed pobres; hallaos entre los miembros de la viuda; no tengáis otro auxilio fuera del de Dios. Nada es el dinero; de él no recibiréis auxilio alguno. Muchos por el dinero se arruinaron, muchos perecieron; muchos por él fueron perseguidos por los ladrones; si no hubieran tenido motivo para ser buscados, hubieran vivido seguros. Muchos presumieron de amigos más poderosos que ellos. Pues bien, al caer aquellos de quienes presumieron, arrastraron consigo a los que confiaron en ellos. Ved estos ejemplos en el género humano. No es raro lo que se os dice. No confirmo estas cosas únicamente por la Escritura; leed también en el libro del mundo. No presumáis del dinero, del amigo hombre, del honor y las pompas del mundo. Dad de paso a todo esto. Si lo tenéis, dad gracias a Dios despreciándolo. Si te engríes por ello, no te preocupes cuándo has de ser presa de

verunt omnes divites terrae; ibi dictum est, *Edent pauperes, et saturabuntur.* Quare quando divites dicti sunt adorasse, saturati non dicti sunt; quando autem pauperes dicti sunt, saturati dicti sunt? Et unde saturati? haec saturitas, fratres, qualis est? Deus ipse est panis. Panis, ut lac nobis fieret, descendit ad terram; et ait suis: *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi* (Io 6,41). Ideo illic in psalmo, *Edent pauperes, et saturabuntur.* De quo satiabuntur? Audi quod sequitur: *Et ladabunt Dominum qui requirunt eum.*

25. Estote ergo pauperes, estote in membris illius viduae, non sit auxilium vestrum nisi in uno Deo. Pecunia nihil est; non inde auxilium habebitis. Multi propter pecuniam praecipitati sunt, multi propter pecuniam perierunt; multi propter pecuniam multam quaesiti sunt a raptoribus; tuti essent, si non haberent quare quaererentur. Multi de amicis potentioribus praesumpserunt: ceciderunt illi de quibus praesumpserunt et involverunt eos qui de se praesumpserunt. Respicite exempla generis humani. Quid magnum est quod vobis dicitur? Non solum de his Scripturis ea loquimur; legite ea in orbe terrarum. Attendite non praesumere de pecunia, de amico homine, de honore et iactantia saeculi. Tolle ista omnia: sed si habes illa, age Deo gratias si contemnis illa. Si autem inflaris inde, noli attendere quando eris praeda hominum; iam

los hombres, pues ya eres botín del diablo. Sin embargo, si no presumes de ello, te hallarás en los miembros de la viuda, que es la Iglesia, de la cual se dijo: *Bendeciré copiosamente a su viuda;* y serás pobre, del cual asimismo se dijo: *Y saciaré de panes a sus pobres.*

en Abrahán, en Isaac, en Jacob, para que de este modo no creáis que no pertenecéis a este árbol, ya que no pertenecéis por la carne al linaje de Abrahán? Cuando se admiró el Señor de la fe del centurión, que no era del pueblo de Israel, sino del gentílico, dijo: *Por esto os digo que muchos vendrán del oriente y del occidente.* Ved aquí ya al acebuche en manos del Injertador: *Muchos vendrán del oriente y del occidente.* Veamos qué lleva a injertar, veamos en dónde injerta. *Y se sentarán*—dice—*en la mesa con Abrahán, con Isaac y con Jacob en el reino de los cielos.* Vemos qué injerta y en dónde. ¿Qué dice de los ramos naturales y soberbios? *Pero los hijos del reino irán a las tinieblas exteriores; allí será el llanto y el rechinar de dientes.* Cosa anunciada y cosa cumplida.

8 [v.4]. Luego *Salmead al Señor, porque es suave.* Y atended lo que hizo con nosotros. *Porque el Señor eligió a Jacob para sí, a Israel en posesión suya.* Alabad, salmead, porque hizo estas cosas. Digo cosas que podáis entender. A las demás gentes las colocó bajo los ángeles; *a Jacob le eligió el Señor para sí: a Israel, en posesión suya.* A su gente o nación la constituyó en campo que El mismo cultivó, que El mismo sembró. Aun cuando El creó todos los pueblos, se reservó para sí a éste a fin de poseerle y conservarle; a este pueblo, a este Jacob; a los demás los encomendó a los ángeles. ¿Por merecimiento suyo o por gracia de Dios? De los no nacidos dice que *el mayor servirá al menor,* conforme lo atestiguó el Apóstol. ¿Qué mérito pudieron tener los no nacidos antes de que cada uno de ellos ejecutase algo bueno o

Abraham et Isaac et Iacob quomodo sit insertus oleaster, ne putetis vos ad hanc arborem non pertinere, quia non pertinetis carnaliter ad semen Abraham? Dominus quando miratus est fidem Centurionis illius qui non erat de populo Israel, sed erat de populo Gentium: *Propterea,* inquit, *dico vobis, quia multi ab oriente et occidente venient.* Ecce iam oleaster in manu insertoris: *Multi ab oriente et occidente venient.* Videmus quid ferat inserendum; ubi inserat videamus: *Et recumbent,* inquit, *cum Abraham, Isaac et Iacob, in regno caelorum.* Videmus et quid inseruit, et ubi inseruit. De ramis superbis naturalibus quid dicit? *Filii autem regni ibunt in tenebras exteriores; ibi erit fletus et stridor dentium* (Mt 8,11.12). Res praenuntiata, res impleta.

8 [v.4]. Ergo, *Psallite Domino, quoniam suavis est.* Et attendite quae circa nos fecit. *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* Laudate, psallite, quoniam fecit ista. Talia dico quae capere valeatis. Caeteras gentes sub Angelis posuit; *Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.* Gentem suam fecit agrum, quem coleret, quem ipse seminaret: quamvis ipse omnes gentes condiderit, caeteras Angelis commisit, sibi istam possidendam, servandamque deputavit; hunc populum, hunc Iacob. Merito illius, an gratia sua? De nondum natis ait, *Quia maior serviet minori;* Apostolus dixit. Quod meritum habere nondum nati potuerunt, antequam quisquam eorum egisset aliquid boni aut

malo? No se ensoberbezca Jacob, no se engría, no lo atribuya a sus méritos. Antes de nacer fue conocido, predestinado, elegido; no elegido por sus méritos, sino hallado y vivificado por la gracia de Dios. Así también todas las gentes. Porque ¿qué mereció el acebuche con la amargura de su fruto o baya, con la esterilidad silvestre, para ser injertado? Era árbol de la selva, no del vivero del Señor; y, sin embargo, El por su misericordia injertó el acebuche en el olivo. Pero aún no se había injertado el acebuche cuando *el Señor escogió para sí a Jacob, a Israel, en posesión suya.*

9 [v.5]. ¿Y qué dice el profeta? *Yo conocí que es grande el Señor.* Con mente que vuela hacia arriba, elevada sobre la carne, traspasando la criatura, conoció que es grande el Señor. No todos pueden conocer viendo; alaben entonces lo que hizo. *Es suave; el Señor eligió para sí a Jacob, a Israel, en posesión suya.* Luego le alaba porque *yo conocí que es grande el Señor.* Habla el profeta que penetró en el santuario de Dios, que quizá oyó palabras inefables que no es posible expresar al hombre, que dijo lo que puede declararse a los hombres y retuvo en sí lo que no puede manifestarse. Luego se le oiga, en cuanto a lo que podemos entender, y se le crea, en cuanto a lo que no podemos. Luego, en cuanto a lo que podemos, se oiga: *El Señor eligió para sí a Jacob, a Israel, en posesión suya.* En cuanto a lo que no podemos, se crea que él conoció que *el Señor es grande.* Si le dijésemos: "Te rogamos que nos expliques su grandeza", ¿por ventura no nos respondería: "No es gran cosa lo que veo si por mí pudiera explicarse"? Vuelva a las obras de Dios y nos hable. Retenga él en su pensamiento la

mali? Non ergo se extollat Iacob, non glorietur, non suis meritis tribuat. Ante est praecognitus, ante praedestinatus, ante electus: non suis meritis electus, sed gratia Dei inventus et vivificatus (Rom 9,11-13). Sic et omnes gentes: nam ut insereretur, quid meruit oleaster amaritudine baccarum, sterilitate silvestri? Lignum quippe erat silvae, non agri dominici; et tamen ille per misericordiam suam et oleastrum inseruit in olivam. Sed adhuc non erat insertus oleaster, quando *Dominus elegit sibi Iacob, Israel in possessionem sibi.*

9 [v.5]. Et quid Propheta? *Quoniam ego cognovi quod magnus est Dominus.* Mente volante ad superna, erecta a carne, transcendente creaturam, cognovit quia magnus est Dominus. Non omnes possunt videndo cognoscere; laudent quod fecit: *Suavis est; Iacob elegit sibi Dominus; Israel in possessionem sibi.* Et hinc illum lauda nam et *ego cognovi quia magnus est Dominus.* Propheta loquebatur, qui intravit in sanctuarium Dei, qui audivit forte ineffabilia verba quae non licet homini loqui (2 Cor 12,4); qui dixit quod posset hominibus dici, et tenuit apud se quod non posset dici. Ergo et audiatur ad quod possumus, et credatur ad quod non possumus. Ad quod possumus audiatur, *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi;* ad quod non possumus credatur, quia ipse cognovit *quod magnus est Dominus.* Si illi diceremus, Rogamus te, explica magnitudinem illius; nonne forte responderet nobis:

sublimidad del Señor que vio, y que nos recomendó que la creyésemos nosotros porque no pudo presentarla a nuestros ojos. Enumere algunas cosas que aquí hizo el Señor, para que también a nosotros, que no podemos ver, como él, su sublimidad, nos endulce por las obras que podemos comprender. *Porque yo*—dice—*conocí que el Señor es grande y que nuestro Dios es sobre todos los dioses.* ¿Sobre qué dioses? Sobre aquellos que dice el Apóstol: *Y si hay algunos que se llaman dioses en el cielo y en la tierra, según hay muchos dioses y muchos señores; sin embargo, para nosotros hay un solo Dios, el Padre, de quien tienen el ser todas las cosas, y nosotros para El; y un solo Señor, Jesucristo, por quien son todas las cosas, y nosotros por El.* Se denominen los hombres dioses, pues se dijo: *Dios se presentó en la congregación de los dioses;* y también: *Yo dije: "Sois dioses, y todos hijos del Altísimo".* ¿Acaso no está Dios sobre los hombres? Pero ¿qué extraordinario es que Dios esté sobre los hombres? También está sobre los ángeles, porque los ángeles no hicieron a Dios, sino que Dios hizo a los ángeles, y es necesario que esté sobre todas las cosas que hizo el que las hizo. Conociendo éste la sublimidad del Señor y viéndole sobre todo lo creado, no sólo lo corporal, sin también lo espiritual, dice; *Rey excelso sobre todos los dioses.* El sumo Dios es aquel que sobre sí no tiene Dios. Exponga sus obras y se comprendan.

10 [v.6]. *El Señor hizo en el cielo y en la tierra, en el mar y en todos los abismos, todas las cosas que quiso.* ¿Quién las conocerá? ¿Quién enumerará las obras que hay del Señor en el cielo

Non est valde magnus quem video, si a me poterit explicari? Redeat ergo ad opera eius, et dicat nobis. Habeat ipse in conscientia magnitudinem Domini, quam vidit, quam nobis credendam commendavit; quo nostros oculos perducere non potuit: et enumeret quaedam quae hic Dominus fecit; ut et nobis, qui magnitudinem illius, sicut ille videre, non possumus, dulcescat ex operibus suis, quae capere possumus. *Quoniam ego,* inquit, *cognovi quod magnus est Dominus, et Deus noster super omnes deos.* Quos deos? Sicut dicit Apostolus: *Etsi sunt qui dicantur dii in caelo et in terra; sicut sunt dii multi et domini multi; nobis tamen unus Deus, Pater ex quo omnia, et nos in ipso, et unus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* (1 Cor 8,5 et 6). Dicantur dii homines: dictum est enim, *Deus stetit in synagoga deorum;* dictum est, *Ego dixi, Dii estis et filii Altissimi omnes* (Ps 81,1.6): nonne super homines Deus? Sed quid magnum, si super homines Deus? Et super Angelos Deus: quia Angeli non fecerunt Deum, Angelos fecit Deus; et necesse est super omnia quae fecit, sit ipse qui fecit. Cognoscens ergo magnitudinem Domini iste, et videns eum super omnem esse creaturam, non tantum corporalem, sed etiam spiritualem: *Rex magnus,* inquit, *super omnes deos.* Ipse est summus Deus qui super se non habet deum. Opera eius dicat, ipsa capiuntur.

10 [v.6]. *Omnia quaecumque voluit, Dominus fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis.* Quis autem comprehendat haec?

y en la tierra, en el mar y entre todos los abismos? Por tanto, si no podemos conocerlas todas, indudablemente debemos retener y creer que todo lo que hay en el cielo, en la tierra, en el mar y en todos los abismos fue hecho por Dios, porque *hizo todo lo que quiso en el cielo, en la tierra, en el mar y en todos los abismos,* según ya dijimos. No se vio obligado a hacer todo lo que hizo, sino que *hizo todo lo que quiso.* La causa de todo lo que hizo es su voluntad. Tú construyes la casa, porque, si no quieres hacerla, te quedas sin morada; la necesidad te obliga a construirla, no el libre querer. Te haces el vestido, porque, si no te lo hicieses, andarías desnudo; luego la necesidad te impele a hacer el vestido, no la libre voluntad. Plantas el monte de viñas, siembras la semilla, porque, si no lo haces, no tendrás alimentos; todas estas cosas las haces forzado por la necesidad. Dios obró por bondad; no necesitó nada de lo que hizo; por eso *hizo todo lo que quiso.*

11. ¿Piensas que nosotros hacemos algo por libre querer? Las cosas que mencioné las hacemos por necesidad, porque, si no las hiciésemos, permaneceríamos pobres y necesitados. ¿Encontraremos algo que hacemos por libre voluntad? Sin duda que lo encontramos: el alabar a Dios cuando le amamos. Cuando amas lo que alabas, lo haces por libre voluntad, pues no lo haces por necesidad, sino porque te agrada. De aquí que a los justos y santos de Dios les es agradable Dios aun cuando los castiga. Cuando les desagrada Dios a todos los inicuos, les agrada a los justos; por eso, hallándose bajo su azote—en la aflicción, en los trabajos, en las heridas, en la indigencia—, alabaron a Dios; no les desagradó

quis enumeret opera Domini in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis? Tamen si comprehendere omnia non possumus, inconcusse credere et tenere debemus quoniam quidquid creaturarum in caelo, quidquid in terra, quidquid in mari et omnibus abyssis a Domino factum est; quia *omnia quae voluit, fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis,* sicut iam diximus. Non omnia quae fecit, coactus est facere, sed *omnia quaecumque voluit, fecit:* causa omnium quae fecit, voluntas eius est. Facis tu domum, quia si nolles facere, sine habitatione remaneres: necessitas cogit te facere domum, non libera voluntas. Facis vestem, quia si non faceres, nudus ambulares: ad faciendam ergo vestem necessitate duceris, non libera voluntate. Conseris montem vitibus, semen spargis, quia nisi feceris, alimenta non habebis: omnia haec necessitate facis. Deus bonitate fecit, nullo quod fecit eguit; ideo *omnia quaecumque voluit, fecit.*

11. Putas, habemus et nos quod libera voluntate faciamus? Ea enim quae diximus, ex necessitate facimus; quia si non faceremus, egentes et inopes remaneremus. Invenimus aliquid quod libera voluntate faciamus? Invenimus plane, cum ipsum Deum amando laudamus. Hoc enim libera voluntate facis, quando amas quod laudas; non enim ex necessitate, sed quia placet. Unde iustis et sanctis Dei placuit Deus, etiam flagellans eos. Quando iniquis omnibus displicet, placuit illis; et sub flagello eius, in

ni aun en los tormentos. Esto es amar gratuitamente, no con el propósito de recibir galardón, puesto que tu supremo galardón será el mismo Dios a quien gratuitamente amas. Debes amar de suerte que no dejes de desear por recompensa el mismo Dios que únicamente te sacia, como Felipe le deseaba cuando decía: *Muéstranos al Padre y nos basta.* Si esto lo hacemos libremente, con razón lo debemos hacer por libre voluntad, puesto que lo que hacemos deleitados, lo hacemos amando; y, aun cuando seamos castigados por El, jamás debe desagradarnos el que siempre es justo. Esto consignó su loador: *En mí están, ¡oh Dios!, tus votos, que cumpliré en tu alabanza;* y en otro lugar: *Voluntariamente te sacrificaré.* ¿Qué quiere decir *voluntariamente sacrificaré?* Voluntariamente te alabaré. El Señor dice: *El sacrificio de alabanza me glorificará.* Si te vieses obligado a ofrecer a tu Señor un sacrificio grato y aceptable a El, conforme se ofrecían antes los sacrificios, siendo sombra de los venideros, quizás no encontrarías en tu hacienda un toro agradable, ni entre la cabras un macho cabrío digno del altar del Señor, ni en tu rebaño un carnero aceptable para ser víctima a tu Dios; y, al no encontrarlos, preocupado por lo que debías hacer, quizá dirías a Dios: "Quiero y no tengo". ¿Por ventura puedes decir de la alabanza: "La quiero y no la tengo"? El mismo querer es alabar. Dios no te pide palabras, sino el corazón, pues puedes decir: "No tengo lengua"; si alguno enmudece por alguna enfermedad, no tiene lengua, pero tiene alabanza. Si Dios tuviese oídos carnales y necesitase para oír del sonido de tu voz, al hallarte sin lengua, te hallarías también sin alabanza. Pero como

aerumna, in laboribus, in vulneribus, in egestate constituti laudaverunt Deum: non eis displicuit nec torquens. Hoc est gratis amare, non quasi proposita acceptione mercedis; quia ipsa merces tua summa Deus ipse erit, quem gratis diligis: et sic amare debes, ut ipsum pro mercede desiderare non desinas, qui solus te satiet; sicut Philippus desiderabat, cum diceret, *Ostende nobis Patrem, et sufficit nobis* (Io 14,8). Merito, quia hoc de libera voluntate facimus, et de libera voluntate facere debemus, quia delectati facimus, amando facimus; quia etsi corripimur ab illo, nobis nunquam displicere debet, qui semper est iustus. Hoc dixit ille laudator eius: *In me sunt, Deus, vota tua, quae reddam laudationis tibi* (Ps 55,12). Et alio loco: *Voluntarie sacrificabo tibi* (Ps 53,8). Quid est, *Voluntarie sacrificabo?* Voluntarie laudabo te. Quia, *Sacrificium laudis,* inquit, *glorificabit me* (Ps 49,23). Si cogereris offerre Domino tuo sacrificium gratum illi et acceptum, sicut antea vovebantur sacrificia in umbra futurorum; forte non invenires in grege tuo placitum taurum, et in capris hircum arae Domini dignum, nec in ovili tuo arietem dignum ad victimam Domino tuo; et non inveniens satageres quid faceres, et diceres forte Deo: Volui, et non habui. Numquid potes de laude dicere, Volui, et non habui? Ipsum voluisse laudasse est. Non enim verba a te quaerit Deus, sed cor. Denique potest dicere: Et linguam non habui. Si quis obmutescit aliqua valetudine, linquam non habuit, et tamen laudem habuit.

ahora pide el corazón, mira el corazón, es testigo interior, es juez que persuade, ayuda y corona, es suficiente que le ofrezcas la voluntad. Cuando puedes, confiesas con la boca para salud; cuando no puedes, crees con el corazón para justicia. Alabas con el corazón, bendices con el corazón, impones las sagradas víctimas sobre el ara de la conciencia con el corazón; y se te responde: *Paz en la tierra a los hombres de buena voluntad.*

12. Luego Dios omnipotente *hizo en el cielo y en la tierra lo que quiso.* Tú en tu casa no haces todo lo que quieres. El *hizo lo que quiso en el cielo y en la tierra;* haz tú, aun en tu campo, cuanto quieres. Tú quieres hacer muchas cosas y no puedes hacer en tu casa lo que quieres; se opone la mujer, contradicen los hijos, y algunas veces hasta el siervo con su obstinación; luego no puedes hacer lo que quieres. Pero dices: "Hago lo que quiero, porque castigo al desobediente y al opositor". Ni esto haces cuando quieres. Algunas veces quieres castigar y no puedes; otras amenazas, y, antes de que hagas aquello con lo que amenazas, mueres. ¿Pensaremos que en ti mismo haces lo que quieres? ¿Reprimes todas las concupiscencias? Quizá las reprimes. Pero ¿por ventura está en tu poder que no se exciten las pasiones que refrenas? Sin duda quieres que se reduzca la inquietud de tus pasiones, y, sin embargo, *la carne codicia contra el espíritu, y el espíritu contra la carne, para que no hagáis las cosas que queréis.* Tú en ti mismo no haces lo que quieres, pero *nuestro Dios hizo lo que quiso en el cielo y en la tierra.* Te dé gracia El para que hagas en ti mismo lo que anhelas; pues si El no te ayuda, no harás en ti mismo lo que

Si enim Deus aures carnales haberet, et sono tui corporis indigeret, ideo cum remansisses sine lingua, sine laude etiam remaneres: nunc vero quia cor quaerit, cor inspicit, intus testis est, iudex, approbator, adiutor, coronator; sufficit ut offeras voluntatem. Cum potes, ore confiteris ad salutem; cum autem non potes, corde credis ad iustitiam (Rom 10,10): corde laudas, corde benedicis, corde in aram conscientiae victimas sacras imponis; et respondetur tibi, *Pax in terra hominibus bonae voluntatis* (Lc 2,14).

12. Ille igitur Deus qui omnipotens est, *in caelo et in terra omnia quaecumque voluit, fecit;* tu in domo tua non facis omnia quae vis: ille *in caelo et in terra omnia quaecumque voluit, fecit;* tu fac vel in agro tuo omnia quae vis. Multa vis, et non potes in domo tua facere omnia quae vis; contradicit forte uxor, contradicunt filii, aliquando et servulus contumacia contradicit, et non facis quod vis. Sed facio, inquis, quod volo; quia in non obediente ac contradicente vindico. Nec hoc facis, cum vis: aliquando vindicare vis, et nom potes; aliquando minaris, et antequam facias quod minaris, moreris. Putamus, in teipso facis quod vis? frenas omnes cupiditates tuas? Forsitan frenas, numquid efficis ut ipsae cupiditates non surgant, quas frenas? Certe enim hoc vis, non titillari molestia cupiditatum tuarum; et tamen *caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae vultis, faciatis* (Gal 5,17). Tu in teipso non facis quod vis; *Deus autem noster*

deseas. En efecto, aquel que dijo: *La carne codicia contra el espíritu, y el espíritu contra la carne, para que no hagáis lo que queréis,* no hacía en sí mismo lo que quería; por eso cuando el mismo que gemía en sí, diciendo: *Me complazco en la ley de Dios según el hombre interior; pero veo otra ley en mis miembros que milita contra la ley de mi mente y me tiene cautivo en la ley del pecado que está en mis miembros,* porque no sólo en su casa ni únicamente en su campo, sino ni en su carne, aún más, ni en su espíritu, hacía lo que quería, clamó a Dios que *hizo cuanto quiso en el cielo y en la tierra,* y dijo: *¡Infeliz hombre yo! ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte?* Y él mismo, bueno y suave, como respondiéndose a sí mismo, añadió a continuación: *La gracia de Dios por Jesucristo, Señor nuestro.* Amad esta suavidad, alabad esta suavidad. Entended que Dios, que *hizo cuanto quiso en el cielo y en la tierra,* hará también en vosotros cuanto deseáis y, ayudando El vuestra voluntad, cuanto ejecutéis. Pero mientras no podéis, confesad; cuando podáis, dad gracias; hallándoos postrados, clamad; y, cuando estéis levantados, no os ensoberbezcáis. Luego El *hizo cuanto quiso en el cielo, en la tierra, en el mar y en todos los abismos.*

13 [v.7]. *Forma las nubes del confín de la tierra.* Veamos estas obras del Señor ejecutadas en su criatura. Se presentan las nubes del confín de la tierra y llueven, pero no sabes de dónde se levantaron; mas el profeta lo indica, diciendo: *Desde el confín de la tierra.* Y ya sea desde el abismo o desde el fin de la redondez

in caelo et in terra omnia quaecumque voluit, fecit. Ipse tibi det gratiam, ut in teipso facias quod vis; nisi enim ipso adiuvante, nec in te facis quod vis. Etenim cum ille non faceret in se quod vellet, qui ait, *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, ut non ea quae vultis, faciatis;* cum de se ipse gemeret, dicens, *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis:* quia non solum in domo sua, nec solum in agro suo, sed in carne sua vel in spiritu suo non implevit quae volebat, clamavit ad Deum, qui *omnia quaecumque voluit, fecit in caelo et in terra;* et dixit, *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* et ille bonus et ille suavis tanquam responderet ei, continuo subiecit, *Gratia per Iesum Christum Dominum nostrum* (Rom 7, 22-25). Hanc ergo suavitatem amate, hanc suavitatem laudate. Intelligite Deum qui *omnia quaecumque voluit, fecit in caelo et in terra;* ipse et in vobis faciet quod vultis, ipso adiuvante voluntatem vestram implebitis. Sed dum non potestis, confitemini; cum poteritis, gratias agite: iacentes, clamate; erecti, superbire nolite. Ille ergo *in caelo et in terra omnia quaecumque voluit fecit, in mari et in omnibus abyssis.*

13 [v.7]. *Suscitans nubes ab extremo terrae.* Videmus ista opera Domini in eius creatura: veniunt enim nubes ab extremo terrae ad medium, et pluunt; unde surrexerint nescis. Ergo indicat illud Propheta: *ab extremo terrae,* sive ab imo, sive a circumdatione finium terrae, unde

de la tierra, pues de donde quiere forma las nubes, sin embargo, desde la tierra. *Convierte el relámpago en lluvia.* Los relámpagos sin la lluvia te aterrarían y nada te proporcionarían. *Convierte el relámpago en lluvia.* Relampaguea, te aterrorizas; llueve, te alegras. *Convierte el relámpago en lluvia;* el que te atemorizó, te alegró. *Saca los vientos de sus tesoros* por ocultas causas que tú desconoces. Tú sientes el soplo del viento; por qué causa sople o de qué cúmulo de fortaleza lo saca, lo ignoras. Sin embargo, debes creer piadosamente a Dios, que no soplaría el viento si no se lo ordenase El, que lo hizo; si no lo hiciese salir El, que lo creó.

14 [v.8-12]. Vemos estas cosas en la creación, y alabamos, nos admiramos y bendecimos a Dios. Veamos qué hizo en los hombres en pro de su pueblo. *Hirió a los primogénitos de Egipto.* Se enumeraron las obras divinas que debías amar y no se narraron las que debías temer. Atiende, porque también, cuando se enoja, hace lo que quiere. *Hirió a los primogénitos de Egipto, desde el hombre hasta el ganado. Obró señales y prodigios en ti, ¡oh Egipto!* Conocisteis y leísteis cuántas cosas hizo la mano o el poder del Señor por medio de Moisés en Egipto para aterrar, confundir y aniquilar a los soberbios egipcios. *Contra Faraón y contra todos sus siervos.* Poco hubiera sido haber hecho esto en Egipto ¿Qué aconteció después que el pueblo salió de allí? *Hirió a muchas naciones* que poseían la tierra que Dios quería dar a su pueblo. *Y mató a reyes poderosos: a Seón, rey de los amorreos, y a Og, rey de Basán, y a todos los reinos de Canaán.* Así como el salmo consigna brevemente todas estas cosas, así las leemos en otros libros

vult excitat nubes, tamen a terra. *Fulgura in pluviam fecit.* Nam fulgura sine pluvia, terrerent te, et nihil tibi darent. *Fulgura in pluviam fecit.* Fulgura sunt, contremiscis; pluit, gaudes. *Fulgura in pluviam fecit;* qui terruit, ipse ut gauderes fecit. *Qui educit ventos de thesauris suis:* occultis causis, unde nescis. Quia enim flat ventus, sentis; qua causa flat, vel de quo thesauro rationis eductus sit, nescis: debes tamen Deo pietatem credendi, quia non flaret nisi iussisset ille qui fecit, nisi produxisset ille qui creavit.

14 [v.8.12]. Videmus ergo haec in creatura ista; laudamus, miramur, benedicimus Deum: videamus quae fecit in hominibus propter populum suum. *Qui percussit primogenita Aegypti.* Etenim illa divina dicta sunt quae amares, et non erant dicta quae timeres: attende, quia et quando irascitur, facit quod vult. *Percussit primogenita Aegypti, ab homine usque ad pecus. Immisit signa et prodigia in medio tui, Aegypte.* Nostis, legistis quanta per Moysen fecerit manus Domini in Aegypto ad terrendos, ad contundendos, ad deiiciendos superbos Aegyptios. *In Pharaone et in omnibus servis eius.* Parum est in Aegypto; quid posteaquam eductus est inde populus? *Qui percussit gentes multas:* quae possidebant terram quam volebat Deus dare populo suo. *Et occidit reges fortes; Seon regem Amorrhaeorum, et Og regem Basan, et omnia regna Chanaan.* Omnia ista quomodo commemorat breviter Psalmus, sic ea legimus in

de la Escritura; y también en ellos se ve el excelso poder del Señor. Cuando tú ves las cosas que tienen lugar en los impíos, procura evitar no lo tengan en ti, pues se llevaron a cabo en ellos para que tú pasases y no los imitases y no padecieses tales cosas. Con todo, se ve que el azote del Señor alcanza a toda carne. No pienses que no te ve cuando pecas; no pienses que no hace caso de ti; no pienses que el Señor duerme. Atiende y teme cuando reflexiones en los ejemplos de los beneficios de Dios lo mismo que cuando recuerdas sus castigos, pues es omnipotente tanto para consolar como para castigar. Por eso resultan útiles estas cosas cuando se leen. Cuando el piadoso ve lo que padeció el impío, se purifica de toda iniquidad para que no le sobrevenga a él tal pena y tal castigo. Luego habéis entendido perfectamente estas cosas. ¿Qué hizo Dios después? Arrojó a los impíos *y dio su tierra en heredad; en heredad a su siervo Israel.*

15 [v.13]. Después de esto sigue el regocijo de su alabanza. *Señor, tu nombre permanece para siempre* después de todas estas cosas que hiciste. ¿Qué veo de las cosas que hiciste? Contemplo la criatura que hiciste en el cielo, contemplo esta parte baja en donde habitamos, y aquí veo tus beneficios: las nubes, los vientos, la lluvia. Miro a tu pueblo, y le sacaste de la morada de servidumbre: obraste signos y prodigios entre sus enemigos, castigaste a los que le causaban penalidades, arrojaste de su tierra a los impíos, mataste a sus reyes, entregaste a tu pueblo su tierra. Vi todas estas cosas, y lleno de alabanza, dije: *Señor, tu nombre permanece para siempre.*

aliis Libris dominicis, et magna ibi manus Domini. Quando tu vides quae facta sunt in impios, cave ne fiant in te: ad hoc enim in illos facta sunt, ut tu transires, et eos non imitareris, et talia non patereris. Tamen vide quia flagellum Domini est super omnem carnem. Ne putes te non videri quando peccas, ne putes te contemni, ne putes Dominum dormire: attende exempla beneficiorum Dei, cum ea recolis; et cum vindictam Dei recolis, time. Omnipotens est, et ad consolandum, et ad castigandum. Ideo sunt ista utilia cum leguntur. Quando autem pius videt quod passus est impius, purgat se ab omni impietate, ne veniat et ipse in talem poenam talemque vindictam. Bene ergo haec accepistis. Quid deinde fecit Deus? Expulit impios: *Et dedit terram eorum haereditatem, haereditatem Israel servo suo.*

15 [v.13]. Deinde exsultatio laudis eius: *Domine, nomen tuum in saeculum;* post ista omnia quae fecisti. Quid enim video quae fecisti? Inspicio creaturam tuam quam fecisti in caelo, inspicio hanc imam partem ubi habitamus; et hinc video beneficia tua, nubium, ventorum, pluviarum. Populum tuum attendo: eduxisti eos de domo servitutis, et signa et prodigia fecisti inter inimicos eorum, punisti eos quos molestos patiebantur, impios de terra sua eiecisti, reges eorum occidisti, terram eorum populo tuo dedisti; vidi omnia, et impletus laude dixi: *Domine, nomen tuum in saeculum.*

Exposición mística de los versillos anteriores

16 [v.6]. Hemos visto, conocido y alabado el sentido literal en el que se escribieron estas cosas. Si algo simbolizan, no seré molesto al explicarlo como pueda. Ved qué podemos entender: *Hizo cuanto quiso en el cielo y en la tierra,* aplicándolo a los mismos hombres. Y así tomó el cielo etéreo por los espirituales, y la tierra por los carnales. De estas dos clases de hombres, como de cielo y de tierra, está formada la Iglesia. A los espirituales pertenece la predicación y a los carnales la sumisión, porque *los cielos anuncian la gloria de Dios, y el firmamento las obras de sus manos.* Si la tierra o Iglesia de Dios no fuese pueblo de Dios, no diría el Apóstol: *Edificación de Dios, agricultura de Dios sois. Como sabio arquitecto, puse el fundamento; otro edifica encima.* Luego somos edificios de Dios y campo de Dios. También dice: *¿Quién planta una viña y no come de su fruto?;* y asimismo: *Yo planté, Apolo regó, pero Dios dio el crecimiento.* Luego también en su Iglesia, y en sus predicadores, y en sus turbas, como en el cielo y la tierra, hizo todo lo que quiso. Poco hubiera sido obrar sólo en ellos; por eso *hizo también cuanto quiso en el mar y en todos los abismos.* El mar son todos los fieles, todos los aún no creyentes, y en ellos también *hizo cuanto quiso.* Pues no se ensañan los infieles si no se les permite; ni se les castiga, cuando son perversos, si ni lo hubiere ordenado Aquel que creó todas las gentes. Piensa que es mar y no tierra. Pero ¿acaso por esto

Superiorum versuum expositio mystica

16 [v.6]. Haec quidem ad litteram quomodo scripta sunt videmus, novimus, laudamus. Si autem aliquid significant, non sim onerosus, dum explico ut potero. Ecce in ipsis hominibus possum agnoscere quia *in caelo et in terra omnia quaecumque voluit, fecit.* Caelum enim aethereum, spirituales accipio; terram, carnales: ex his duobus tanquam caelo et terra constat Ecclesia Dei; et ad spirituales pertinet praedicatio, ad carnales pertinet obsecundatio. Nam et *caeli enarrant gloriam Dei, et facta manuum eius annuntiat firmamentum* (Ps 18,2). Si autem terra Dei non esset plebs Dei, non diceret Apostolus, *Dei aedificatio, Dei agricultura estis: sicut sapiens architectus fundamentum posui; alius superaedificat.* Ergo aedificium Dei sumus, et ager Dei sumus. *Quis,* inquit, *plantat vineam, et de fructu eius non percipit?* (1 Cor 9,7). *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit* (ib. 3,9.10.6). Ergo et in Ecclesia sua, et in praedicatoribus suis, et in plebibus suis, tanquam in caelo et in terra, omnia quaecumque voluit, fecit. Parum est in eis: *In mari et in omnibus abyssis omnia quaecumque voluit, fecit.* Mare sunt omnes infideles, omnes nondum credentes, et in eis *omnia quaecumque voluit, fecit.* Non enim saeviunt infideles, nisi permittantur; aut vindicatur in eos, quando perversi sunt, nisi iusserit ille qui fecit omnes gentes. Puta

está exento del poder de Dios omnipotente? *En el mar y en todos los abismos hizo cuanto quiso.* ¿Quiénes son los abismos? Los ocultos corazones de los mortales; los secretos pensamientos de los hombres. ¿Cómo hace allí Dios lo que quiere? *Porque el Señor pregunta al justo y al impío, pero el que ama la iniquidad odia su alma.* ¿En dónde le pregunta? En otro sitio se escribió: *La interrogación tendrá lugar en los pensamientos del impío.* Luego *en todos los abismos hizo lo que quiso.* Está oculto el corazón bueno, asimismo lo está el malo; hay abismo en el corazón bueno, e igualmente lo hay en el malo; pero los dos están patentes a Dios, a quien nada se le oculta. Consuela al corazón bueno y atormenta al malo. Luego *hizo todas las cosas que quiso en el cielo y en la tierra, en el mar y en todos los abismos.*

17 [v.7]. *Forma las nubes del confín de la tierra.* ¿Qué nubes? Los predicadores de la palabra de su verdad. De estas nubes, hallándose airado contra su viña, dice: *Mandaré a mis nubes que no dejen caer agua sobre ella.* Poco es haber suscitado nubes de Jerusalén o de Israel, a las que envió a predicar su Evangelio a todo el orbe de la tierra, y de las cuales se dijo: *Por toda la tierra se oyó su sonido, y en los confines de la tierra sus palabras.* Poco es esto. Pero como el mismo Señor dice: *Este Evangelio del reino se predicará por toda la tierra para testimonio de todas las gentes, y entonces vendrá el fin,* por eso suscita nubes del confín de la tierra. Porque al crecer el Evangelio, ¿de dónde saldrán predicadores del Evangelio para los confines de la tierra si no levanta allí nubes desde el confín de la tierra? ¿Qué hace de estas nubes?

quia mare est, et non terra; numquid ideo a potestate Dei omnipotentis alienum est? *Et in mari et in omnibus abyssis quae voluit, fecit.* Qui sunt abyssus? Latentia corda mortalium, profundae cogitationes hominum. Quomodo et ibi facit Deus quod vult? Quia *Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam* (Ps 10,6). Et ubi illum interrogat? Alibi scriptum est: *In cogitationibus impii interrogatio erit* (Sap 1,9). Ergo *et in omnibus abyssis omnia quaecumque voluit, fecit.* Latet cor bonum, latet cor malum; abyssus est et in corde bono, e in corde malo: sed haec nuda sunt Deo, quem nihil latet. Consolatur cor bonum, torquet cor malum. *Omnia* ergo *quae voluit, fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis.*

17 [v.7]. *Suscitans nubes ab extremo terrae.* Quas nubes? Praedicatores verbi veritatis suae. De quibus nubibus alio loco irascens vineae suae dicit, *Mandabo nubibus meis ne pluant super illam imbrem* (Is 5,6). Et parum est excitasse nubes de Ierusalem vel de Israel, quas misit praedicare Evangelium suum in toto orbe terrarum; de quibus nubibus dictum est, *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum* (Ps 18,5); parum est hoc: sed quia ipse Dominus ait, *Praedicabitur hoc Evangelium regni in toto orbe terrarum, in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet finis* (Mt 24,14); excitat nubes ab extremo terrae. Nam crescente Evangelio, unde erunt praedicatores

Convierte los relámpagos en lluvia. Convirtió las amenazas en misericordia. Del terror produjo el riego. ¿Cómo riega con el terror? Cuando Dios te amenaza por el profeta y por el Apóstol y temes, ¿por ventura no te atemoriza el relámpago? Pero, cuando arrepintiéndote te corriges y reconoces que se hizo esto por misericordia, el terror del relámpago se convierte en lluvia. *Quien saca los vientos de sus tesoros.* A los mismos predicadores los tengo por nubes y vientos: nubes por la carne, vientos por el espíritu, pues las nubes se ven, los vientos no, pero se sienten. En fin, como vemos que la carne procede de la tierra, dice: *Y suscita las nubes del confín de la tierra,* indica de dónde levantaba las nubes. Pero al llegar al viento, como no se sabe de dónde venga el espíritu del hombre, dice: *Saca los vientos de sus tesoros.* Atended un poco y veamos lo que resta.

18 [v.8]. *Hirió a los primogénitos de Egipto, desde el hombre hasta el ganado.* Nuestros primogénitos se salven para el Señor, porque El nos los dio. Es pena desagradable y plaga demasiado terrible la muerte de los primogénitos. ¿Cuáles son nuestros primogénitos? Nuestras costumbres, con las que ahora servimos a Dios, son nuestros primogénitos. Por primicia tenemos la fe, por la cual comenzamos. A la Iglesia se le dijo que *vienes y atraviesas por el comienzo de la fe,* pues nadie comienza a vivir si no es por la fe. Luego nuestra fe se halla entre nuestros primogénitos. Cuando se conserva nuestra fe, pueden seguir las demás virtudes. Porque el purificarse los hombres adelantando continuamente y viviendo mejor, renovándose de día en día el hombre interior, según dice

Evangelii in finibus terrae, nisi ibi excitet nubes ab extremo terrae? De ipsis autem nubibus quid operatur? *Fulgura in pluviam fecit:* minas ad misericordiam flexit, de terroribus irrigavit. Quomodo de terroribus irrigavit? Quando tibi minatur Deus per prophetam et per apostolum, et times; nonne coruscatio terruit te? Sed cum poenitendo corrigeris, et agnoscis hoc misericordia fieri, in pluviam vertitur fulguris terror. *Qui educit ventos de thesauris suis.* Eosdem puto praedicatores et nubes et ventos: nubes, propter carnem; ventos propter spiritum. Nubes enim videntur, venti sentiuntur et non videntur. Denique quoniam carnem videmus esse de terra. *Nubes,* inquit, *excitat ab extremo terrae.* Expresserat unde excitet nubes: venit ad ventos, quia spiritus hominis ignoratur unde veniat: *Producens,* inquit, *ventos de thesauris suis.* Paululum attendite, et caetera videamus.

18 [v.8]. *Qui percussit primogenita Aegypti, ab homine usque ad pecus.* Primogenita nostra salva sint Domino, quoniam ipse ea dedit nobis. Molesta autem poena est, et nimium terribilis plaga, mors primogenitorum. Quae sunt primogenita nostra? Mores isti nostri, quibus nunc servimus Deo, ipsa sunt primogenita nostra. Primitias enim habemus ipsam fidem, unde incipimus. Ecclesiae quippe dictum est, *Venies, et pertransies ab initio fidei* (Cant 4,8, sec. LXX): et nemo incipit bene vivere, nisi a fide. Fides ergo nostra in primogenitis nostris est. Quando custo-

el Apóstol: *Si bien se corrompe el hombre nuestro exterior, el interior se renueva de día en día,* se lleva a cabo porque vive la primogénita fe, de la cual también dice el Apóstol: ...*ni ello sólo, sino también nosotros mismos, que tenemos las primicias del espíritu,* es decir, que, habiendo dado a Dios las primicias de nuestro espíritu, esto es, la misma fe, como primogénitos nuestros, *con todo, gemimos dentro de nosotros mismos, esperando la adopción de hijos y la redención de nuestro cuerpo.* Si es una inmensa gracia de Dios que se conserve nuestra fe, es un gran castigo matar los primogénitos, lo que se hace cuando los hombres redimidos, colocados en la aflicción de la Iglesia, pierden la fe, pues afligen a la Iglesia cuando pierden la fe; y Egipto significa también aflicción. Luego todos los que afligen a la Iglesia, todos los que suscitan escándalos en la Iglesia, aunque se llamen cristianos, dan muerte a sus primogénitos. Por tanto, serán infieles, serán vanos, que tienen únicamente el nombre y el signo (de cristianos), pues sepultaron en su corazón a su primogénito; y hasta tal punto que, cuando reprendes en algo a un cristiano atendiendo a la buena vida, a la esperanza de la vida eterna, al temor del fuego eterno, se ríe dentro de sí: o si es tal que se atreve a hacerlo delante de ti, hace una mueca y dice: "¿Quién ha vuelto aquí de allí? Los hombres dicen lo que se les antoja". Con todo, es cristiano; pero como afligiendo dio muerte a su primogenitor, mató a su fe, y esto *desde el hombre hasta el ganado.* Hermanos, diré lo que siento. En los hombres entiendo que se hallan simbolizados espiritualmente los doctos,

ditur fides nostra, caetera subsequi possunt. Nam quod purgantur homines quotidie proficiendo in melius, meliusque vivendo, ipso interiore homine renovato de die in diem, sicut dicit Apostolus, *Et si exterior noster homo corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem* (2 Cor 4,16); ideo fit quia primogenita fides vivit, de qua primogenita fide et Apostolus ait, *Non solum autem, sed et nos ipsi primitias spiritus habentes;* id est, dantes iam Deo primitias spiritus nostri, hoc est, ipsam fidem tanquam primogenita nostra; *tamen in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri* (Rom 8,23). Si ergo magna Dei gratia est ut conservetur fides nostra; magna poena est occidere primogenita, quando homines in afflictione Ecclesiae constituti perdunt fidem. Affligunt enim Ecclesiam, ut perdant fidem: nam et ipsa Aegyptus afflictio interpretatur. Quicumque ergo affligunt Ecclesiam, quicumque scandala Ecclesiae immittunt, etsi christiani appellentur, moriuntur primogenita eorum. Erunt infideles, erunt inanes, habentes nomen tantum et signum: in corde autem primogenitum suum sepelierunt; usque adeo, ut quando ei aliquid dixeris, propter bonam vitam, propter spem vitae aeternae, et propter timorem ignis aeterni, apud se subsannet; aut si talis est ut audeat coram te, os torqueat et dicat: Quis huc inde reversus est? dicunt sibi homines quod volunt. Et christianus est; sed quia affligens, occisus est primogenitus eius, mortua est fides eius: et hoc *ab homine usque ad pecus.* Dicam, fratres, quod sentio. Homines intel-

debido al alma racional, por la cual es hombre; en el ganado, los indoctos, pero que tienen fe, porque, si no, carecerían de primogénitos. Hay doctos que afligen a la Iglesia suscitando cisma y herejías. Por tanto, no encontrarás fe en ellos, porque se hicieron Egipto, es decir, aflicción para el pueblo de Dios. Mataron a sus primogénitos, arrastrando en pos de sí a turbas indoctas; éstas son las bestias o ganados. En esta aflicción, con la que es torturada la Iglesia, muere la fe en los que la afligen, y mueren también los primogénitos; en los doctos e indoctos, porque Dios mató los primogénitos de los egipcios, *desde el hombre hasta el ganado o la bestia.*

19 [v.9]. *Obró señales y prodigios en ti, ¡oh Egipto!; contra Faraón y contra sus siervos.* Faraón era el rey de los egipcios. Atended al nombre. Ved de qué modo hace Dios estas cosas. El rey es el personaje más destacado de toda nación. Egipto significa aflicción, y Faraón dispersión. Luego la aflicción tiene por rey la dispersión, porque los que afligen a la Iglesia, la afligen dispersados. Es más, para afligirla se dispersan. Pero como el rey guía y el pueblo sigue, precede la dispersión y sigue la aflicción. Oíd, oíd estos nombres en significación típica y llena de sabiduría, y no encontraréis ni siquiera uno de ellos que indique algo bueno en los cuales Dios ejercitó su ira.

20 [v.10-11]. *Hirió a muchas naciones y mató a reyes poderosos.* Di a qué naciones y a qué reyes: *A Seón rey de los amorreos.* Oíd los nombres, cuajados de misterios. Dice que mató a Seón. Efectivamente le mató; y ojalá que le mate ahora en los corazones

ligo spiritualiter significari tamquam doctos, propter rationalem animam, quod est homo: pecora vero, indoctos; sed tamen habentes fidem, nam non haberent primogenita. Sunt docti qui affligunt Ecclesiam, schismata et haereses faciendo. Proinde nec in illis invenis fidem, quoniam facti sunt Aegyptus, id est afflictio populo Dei. Occisa sunt primogenita eorum: trahunt post se turbas indoctas; ipsa sunt pecora. In hac ergo afflictione qua Ecclesia affligitur, moritur in affligentibus fides: moriuntur primogenita et in ipsis doctis et indoctis; quia occidit Deus primogenita Aegyptiorum, *ab homine usque ad pecus.*

19 [v.9]. *Immisit signa et prodigia in medio tui, Aegypte, in Pharaone et in omnibus servis eius.* Pharao rex Aegytiorum. Nomen attendite, et videte quemadmodum ista faciat Deus. Rex in omni gente prior est; Aegyptus Afflictio est, Pharao Dissipatio. Afflictio ergo regem habet dissipationem; quia illi qui affligunt Ecclesiam, dissipati affligunt. Ut enim affligant, dissipantur: quoniam rex ducit, populus sequitur; praecedit dissipatio, sequitur afflictio. Audite, audite nomina haec, interpretatione typica et sapientia plena: nec unum inveni sex istis nominibus, quod boni aliquid interpretetur, ubi exercuit Deus iram suam.

20 [10-11]. *Percussit gentes multas, et occidit reges fortes.* Dic quos reges et quas gentes? *Seon regem Amorrhaeorum.* Audite nomina gravida sacramentis. *Seon regem,* inquit, *Amorrhaeorum* occidit. Occidit plane; et nunc occidat a cordibus servorum suorum, et a tentationibus

de sus siervos y en las tentaciones que soporta su Iglesia; no cese su mano de matar a tales reyes y a tales pueblos, pues Seón significa *tentación de los ojos,* y amorreos, *provocadores de la cólera.* Ved ya si podemos entender aquí cómo los provocadores de la ira tengan por rey la tentación de los ojos. La tentación o guiño de los ojos es la mentira; tiene apariencia de verdad, pero no la verdad. ¿Qué es de extrañar que los provocadores de la ira tengan por rey a un tal, a un rey mendaz? Si no precede la simulación y la mentira, no hay provocadores de la ira en la Iglesia, pues provocan a la ira porque fingen. Precede, pues, la tentación de los ojos y sigue la provocación de la ira. También precedió ésta en el diablo, porque la tentación de los ojos es *el transformarse en ángel de luz.* Mate la mano del Señor a éste y a aquéllos; a éste para que no induzca a aquéllos para que se corrijan. Efectivamente, cada hombre mata en sí mismo a este rey cuando condena la simulación y ama la verdad. La mano o el poder de Dios no cesa de hacer esto, pues como lo hizo entonces en la realidad histórica, así lo hace ahora espiritualmente para que se cumpla lo que anunció proféticamente. También mató a otro rey y a su pueblo: *A Og, rey de Basán.* Este, ¡qué malo era! Og significa *oclusión,* y Basán *confusión.* Perverso es el rey que intercepta el camino hacia Dios. Esto lo hace el diablo; pues, oponiendo siempre sus ficciones y engaños, oponiendo sus ídolos, oponiéndose él, como cosa necesaria por los posesos, por los sortílogos, por los agoreros, por los adivinos, por los encantadores, por los ritos de los demonios, cierra el camino. Así como por Cristo se abre el camino que había sido cerrado, pues por

Ecclesiae suae, nec cesset manus eius in occidendis talibus regibus et talibus populis: interpretatur enim Seon, Tentatio oculorum; Amorrhaei interpretantur, Amaricantes. Iam hic videte si intelligere possumus quomodo amaricantes regem habeant tentationem oculorum. Tentatio oculorum non est nisi mendacium: colorem habet, veritatem non habet. Iam quid mirum est si amaricantes talem habeant regem, mendacem regem? Nisi enim mendacium et simulatio praecedat, non sunt amaricantes in Ecclesia; inde enim amaricant, quia fingunt. Praecedit tentatio oculorum, amaricatio sequitur: et in ipso diabolo praecessit; nam tentatio oculorum est quod *transfigurat se velut angelum lucis* (2 Cor 9,14). Occidat manus Domini et illum et illos; illum, ne inducat; illos, ut corrigantur. Etenim in unoquoque homine occiditur ille rex, quando damnat simulationem, et diligit veritatem. Manus Dei non quiescit id agere. Nam quemadmodum egit ad litteram tunc, sic agit nunc spiritualiter, ut impleat quod tunc prophetice praenuntiavit. Occidit etiam alium regem et alium populum eius: *Et Og regem Basan.* Et hic quam malus! Og interpretatur Conclusio: Basan interpretatur, Confusio. Malus est rex ille qui intercludit viam ad Deum. Hoc enim agit diabolus; semper opponendo figmenta sua, opponendo idola sua, opponendo se necessarium per arreptitios, sortilegos, augures, aruspices, magos, sacra daemoniorum, concludit viam. Quomodo per Christum id agitur, ut pateat via, quae fuerat inter-

medio de El dice cierto redimido: *Y con mi Dios traspasaré la muralla,* así el diablo no hace más que cerrar el camino para que no se crea en Dios. Si se cree en Dios, está expedito el camino, pues el mismo Cristo es el camino. Si no se cree en El, está obstruido. Si, pues, hubiere sido obstruido porque no se cree, ¿qué resta? Que, cuando venga el que no fue creído, se confundan los que no creyeron. ¿Por qué? Porque precede la obstrucción y sigue la confusión. La obstrucción precede como rey, y sigue la confusión como pueblo. A los que ahora impide que crean en Cristo, cuando apareciere Cristo, todos se confundirán, y sus iniquidades los harán pasar a la parte contraria. Y entonces dirán confundidos los impíos: *¿De qué nos sirvió la soberbia?* Profundo misterio, hermanos míos: la dispersión es el rey de la aflicción; son dispersados para que sean afligidos. Profundo misterio: la tentación de los ojos, es decir, el engaño, es el rey de los que provocan a la cólera, engañan para provocarla. La oclusión es el rey de la confusión: se cierran para no creer, y, cuando viniere Aquel en quien creemos, se confundirán. *Y Dios mató a todos los reinos de Canaán.* Canaán significa *el aparejado para la humildad.* La humildad representa a un bien; pero la humildad provechosa, porque la perversa humildad es digna de pena. Si la humildad no fuese también penal, no se diría: *El que se ensalza será humillado,* pues no se da ninguna merced cuando se castiga con la humillación. Luego Canaán ahora significa soberbio. Todo impío y todo infiel ensalza su corazón, pues no quiere creer en Dios. Pero esta exaltación apareja a los

clusa; nam per eum redemptus quidam dicit, *Et in Deo meo transgrediar murum* (Ps 18,30): sic diabolus nihil aliud agit, nisi ut intercludat viam, ne credatur in Deum. Si enim creditur in Deum, patet via; et ipse Christus est via (Io 14,6): si autem non creditur in Deum, interclusa est via. Si autem interclusa fuerit, quia non creditur; quid restat, nisi ut cum venerit qui non credebatur, confundantur qui non crediderunt? Quare? Quia conclusio praecedit, et sequitur confusio: conclusio praecedit ut rex, sequitur confusio tanquam plebs. Quos modo concludit, ut non credant in Christum, quando apparuerit Christus, omnes confundentur, et traducent eos ex adverso iniquitates eorum. Tunc dicent impii confusi: *Quid nobis profuit superbia?* (Sap 5,8). Magna mysteria, fratres mei. Dissipatio rex afflictionis; dissipantur ut affligantur. Magna mysteria. Tentatio oculorum, id est fallacia, rex amaricantium; fallunt enim ut amaricent. Conclusio rex confusionis; concluduntur enim ne transeant ad fidem, et cum venerit in quem credimus, confundentur. *Et omnia regna Chanaan* occidit Deus. Chanaan interpretatur, Paratus humilitati. Humilitas quasi bonum aliquod significat, sed si sit utilis humilitas: nam mala humiliatio poenalis est. Si enim humiliatio ad poenam non pertineret, non diceretur, *Qui se exaltat humiliabitur* (Lc 14,11; et 18,14): non enim beneficium illi praestatur, quando punitur ut humilietur. Chanaan ergo modo superbus est. Omnis impius, omnis infidelis exaltat cor suum; non vult credere in Deum. Sed haec exaltatio parata est humilitati

incrédulos la humillación para el día del juicio, pues entonces será humillado cuando no quiera; ya que hay vasos de ira que están preparados para perdición. Engríanse ahora, charlen, se echen sobre los fieles, se rían de ellos, se mofen de los cristianos, digan: "Son cuentos de vieja las cosas que dicen del día del juicio". Este engreimiento de ellos prepara la humillación. Cuando viniere el juez del que ahora anunciado se ríen, entonces el que ahora se engríe será humillado, no con provecho, sino penalmente. Ahora no se humilla, pero se prepara para ser humillado; es decir, se prepara para la condenación, se prepara para ser víctima.

21 [v.13]. Dios ejecutó todo esto, materialmente, cuando nuestros padres fueron sacados de la tierra de Egipto; espiritualmente, ahora, y además no cesa su mano de obrar hasta el fin. Para que no pienses que, habiendo llevado a cabo entonces materialmente estas cosas, cesó el poder de Dios, dice: *Señor, tu nombre permanece para siempre.* Esto es, tu misericordia no cesa, no cesa tu mano o poder de hacer en este siglo estas cosas que entonces anunciaste prefigurando, *ya que todas las cosas les acontecían en figura a ellos, mas se escribieron para nuestra corrección sobre quienes ha venido a caer el fin de los siglos. Señor, tu misericordia perdurará de generación en generación.* La generación de esta vida y la generación de la otra, la generación por la cual nos hacemos fieles y renacemos por el bautismo, la generación por la que resucitaremos de entre los muertos y viviremos, junto con los ángeles, eternamente. Tu memoria, Señor, permanecerá sobre esta generación y sobre la otra, porque ni ahora se olvidó de nosotros para

in diem iudicii; tunc humiliabitur, quando non vult: sunt enim vasa irae, quae perfecta sunt ad perditionem (Rom 9,22). Modo extollant se, garriant, extendant se super fideles, irrideant fideles, blasphement Christianos; dicant, Anicularia sunt ista quae dicunt de die iudicii. Ista elatio eorum parata est humilitati. Quando venerit iudex, qui modo annuntiatus irridetur; tunc ille qui modo superbit, non utiliter, sed poenaliter humiliabitur. Modo autem non humiliatur, sed paratur humilitati, id est, paratur damnationi, paratur victimae.

21 [v.13]. Omnia ergo ista evertit Deus; corporaliter tunc, quando patres nostri educti sunt de terra Aegypti; evertit spiritualiter nunc, nec cessat manus eius usque in finem. Ideo ne istas potentias Dei tunc putes peractas cessasse: *Domine, nomen tuum,* inquit, *in saeculum.* Id est, non cessat misericordia tua, non cessat manus tua in saeculum facere ista, quae tunc praenuntiasti figurando: «Omnia enim illa in figura contingebant illis; scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos finis saeculorum obvenit» (1 Cor 10,11). «Domine memoriale tuum in generationem et generationem». Generatio ista et generatio altera: generatio qua fideles efficimur, et per Baptismum renascimur; generatio qua a mortuis resurgemus, et Angelis coniuncti vivemus in aeternum. Memoriale tuum, Domine, et super generationem istam, et super illam generationem: quia nec nunc nos oblitus est, ut vocaret; nec tunc oblivisce-

llamarnos ni entonces se olvidará para coronarnos. *Tu memoria, Señor, permanecerá de generación en generación.*

22 [v.14]. *El Señor juzgó a su pueblo.* El Señor completó todas aquellas cosas para con el pueblo judío. Pero ¿por ventura quedaron estancadas sus obras después que introdujo a su pueblo en la tierra prometida? Sin duda que aún juzgará, *pues el Señor juzgó a su pueblo y por sus siervos será llamado.* Ya juzgó a su pueblo. Dejando a un lado el juicio futuro, ya está juzgado el pueblo judío. ¿Qué quiere decir "ya está juzgado"? Que ya están separados los justos y han quedado los injustos. Si miento, o pensáis que miento porque dije que ya está juzgado, oye al Señor, que dice: *Para juicio vine yo a este mundo, a fin de que los que no ven, vean, y los que ven, se queden ciegos.* Fueron cegados los soberbios e iluminados los humildes. Luego *juzgó a su pueblo.* Isaías indicó este juicio (al decir): *Y ahora tú, casa de Jacob, ven; caminemos en la luz del Señor;* esto es poco. ¿Qué sigue? *Pues abandonó a su pueblo, a la casa de Israel.* La casa de Jacob es la misma de Israel, porque Jacob es Israel. Conocéis las santas Escrituras, y pienso que recordaréis que Jacob, cuando vio al ángel luchar contra él, recibió el nombre de Israel. Un solo hombre es Jacob e Israel, una sola persona. Así, pues, la casa de Jacob y la casa de Israel es una sola nación, un solo pueblo; por tanto, al mismo rechaza e invita. Ahora ya mataste a Cristo, ¡oh casa de Jacob!; ya mataste a Cristo, ya moviste la cabeza ante la cruz, ya te burlaste del pendiente de ella y le dijiste: *Si es*

tur, ut coronet. *Memoriale tuum, Domine, in generationem et generationem.*

22 [v.14]. *Quoniam iudicavit Dominus plebem suam.* Complevit certe omnia illa in populo Iudaeorum. Numquid iam remanserunt opera eius, postquam induxit plebem suam in terram repromissionis? Adhuc plane iudicabit: *Iudicavit Dominus plebem suam, et in servis suis advocabitur.* Iam iudicavit ipsam plebem; excepto iudicio futuro, iudicata est plebs Iudaeorum. Quid est, iudicata? Separati inde sunt iusti, et remanserunt iniusti. Si autem mentior aut mentiri existimor, quia dixi, Iam iudicata est; audi Dominum dicentem: *In iudicium veni in hunc mundum, ut qui non vident, videant; et qui vident caeci fiant* (Io 9,39). Excaecati sunt superbi, illuminati sunt humiles. *Iudicavit* ergo *plebem suam.* Ipsum iudicium dixit Isaias: *Et nunc tu domus Iacob, venite, ambulemus in lumine Domini.* Parum est hoc, sed quid sequitur? *Dimisit enim plebem suam, domum Israel* (Is 2,5.6). Ipsa est domus Iacob, quae est domus Israel; qui enim Iacob, ipse est Israel. Nostis sanctas Litteras, et puto quod vobis veniat in mentem quia ipse Iacob quando vidit angelum secum luctari, tunc accepit nomen ut appellaretur Israel (Gen 32,28). Unus homo est sive Iacob, sive Israel; una persona est: domus Iacob, et domus Israel, una gens, una plebs; hanc invitat, et hanc dimittit. Et nunc iam certe occidisti Christum, o domus Iacob; iam occidisti Christum, iam caput ante crucem agitasti, iam pendentem

el Hijo de Dios, baje de la cruz. Ya rogó el Médico por los frenéticos: *Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen.* Sin duda ya hicisteis todas estas cosas; ahora cree en Aquel que mataste; bebe la sangre que derramaste. Ahora, casa de Jacob, deseo exponer con el testimonio de Isaías lo que el salmista dijo: *El Señor juzgó a su pueblo y por sus siervos será llamado.* Se entiende que juzgó a su pueblo separando en el mismo pueblo los buenos de los malos, los creyentes de los incrédulos, los apóstoles de los judíos mentirosos. Esto lo indicó, conforme comencé a decir, por el profeta, ya que después de todas tus iniquidades habló y dijo: *¡Oh tú, casa de Jacob!, ven y caminemos en la luz del Señor.* ¿Por qué os digo: *Venid, caminemos en la luz del Señor?* Para que no suceda que, permaneciendo en el judaísmo, no vengáis a Cristo. ¿Por qué, pues? ¿No se profetizó allí continuamente a Cristo? Pero ahora *arrojó a su pueblo, casa de Israel.* Ven, casa de Jacob, porque arrojó a su pueblo, casa de Jacob; ven, casa de Israel, porque arrojó a su pueblo, casa de Israel. ¿Por qué vino y por qué fue arrojada? Porque éste es el juicio: *Que los que no ven, vean, y los que ven, queden ciegos.* Luego *juzgó el Señor a su pueblo.* Los separó. Entonces ¿no encontrará allí a quienes establecer en su reino? Los encontrará: *Y por sus siervos será llamado.* El Apóstol dice: *No desechó Dios a su pueblo, a quien preconoció.* ¿Cómo lo prueba? *Porque yo soy israelita.* Luego *el Señor juzgó a su pueblo,* separando los buenos de los malos; y esto es *por sus siervos será llamado.* ¿Por quiénes? Por los gentiles. ¡Cuántas naciones, creyendo, vinie-

irrisisti, iam dixisti: *Si filius Dei est, descendat de cruce.* Iam rogavit medicus pro phreneticis: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt* (Mt 27,39-43; et Lc 23,34-35). Certe iam fecisti ista omnia, et nunc crede in eum quem occidisti, bibe sanguinem quem fudisti. Et nunc tu domus Iacob, testimonio Isaiae exponere cupio quod hic dixit, *Quoniam iudicavit Dominus plebem suam, et in servis suis advocabitur.* Iudicasse enim intelligitur plebem suam, separando in ipsa plebe sua bonos a malis, fideles ab infidelibus, Apostolos a Iudaeis mendacibus. Hoc significavit, ut dicere coeperam, per Prophetam dicens: Iam post illa mala omnia tua, *o tu domus Iacob, venite, ambulemus in luce Domini.* Quare vobis dico, *Venite, ambulemus in luce Domini?* Ne remanendo in Iudaismo, non perveniatis ad Christum. Quare enim? Non semper ibi prophetatus est Christus? Sed nunc *dimisit plebem suam, domum Israel.* Veni domus Iacob, quia dimisit plebem suam domum Iacob; veni domus Israel, quia dimisit plebem suam domum Israel. Quae venit, et quae dimissa est, nisi quia hoc est iudicium, *ut qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant? Iudicavit* ergo *Dominus plebem suam.* Separavit ergo, et non ibi inveniet quos in regnum suum restituat? Plane inveniet: *Et in servis suis advocabitur. Non repulit,* ait Apostolus, *plebem suam, quam praescivit.* Et unde probat? *Nam et ego Israelita sum* (Rom 11,1-2). Ergo *Iudicavit Dominus plebem suam,* separando bonos a malis: hoc est, *Et in servis suis advocabitur.* A quibus? A Gentibus. Quantae enim gen-

ron! ¡Cuántos fundos, cuántas familias abandonadas, se acercan! No sé de dónde vienen tantos; quieren creer. Les decimos: "¿Qué queréis?" Y responden: "Conocer la gloria de Dios." Creed, hermanos; me admiro y me lleno de gozo ante esta voz de los plebeyos. No sé de dónde vienen, no sé por quién son movidos. Pero ¿por qué digo: "No sé por quién?" Lo sé. *Nadie viene* —dice el Señor—*a mí sino aquel a quien trajere el Padre.* Vienen inesperadamente del bosque, del desierto, de lejanas y escarpadas montañas, a la Iglesia, y muchos, por no decir casi todos, dicen esto: "Para que veamos en verdad a Dios, que enseña interiormente." Se cumple la profecía por la que se dijo: *Todos serán enseñados por Dios.* "¿Qué deseáis?", les decimos; y ellos responden: "Ver la gloria de Dios." *Todos pecaron, y necesitan la gloria de Dios.* Creen, se consagran, piden que se ordenen clérigos para ellos. ¿Por ventura no se cumple: *Y por sus siervos será llamado?*

23 [v.15-17]. Por último, después de todo este ordenamiento y administración, se dirige el Espíritu de Dios a reprochar y a mofarse de los ídolos, los cuales ya son mofados por sus adoradores, y dice: *Los ídolos de los gentiles son plata y oro.* Habiendo sido hechas todas estas cosas por Dios, que hizo cuanto quiso en el cielo y en la tierra, que juzgó a su pueblo y fue llamado por sus siervos, ¿qué resta si no es mofarse y no adorar la ficción? ¿Quizá debía haber dicho a secas: "Idolos de los gentiles", para que así los despreciásemos a todos ellos? ¿Quizá debía haber dicho: "Los ídolos de los gentiles son piedra, madera, yeso, barro?" No digo esto, porque es materia vil; digo lo que sobremanera aman los hombres o lo que tienen en gran estimación: *Los ídolos de los gentiles son plata y oro.* Ciertamente que son oro y plata. Pero ¿acaso porque el oro y la plata brillan, por lo mismo también tienen ojos y ven? El oro y la plata son quizá útiles para el avaro, pero no para el religioso. ¿Qué digo? Ni para el avaro son útiles, sino para el que usa bien de ellos y para el que consigue por su erogación un tesoro celeste. Con todo, faltándoles el sentido o la percepción, ¿por qué hacéis, ¡oh hombres!, dioses del oro y de la plata? ¿No advertís que los dioses que hacéis no ven? *Tienen ojos, y no verán; tienen oídos, y no oirán; tienen nariz, y no olerán; tienen boca, y no hablarán; tienen manos, y no obrarán; tienen pies, y no andarán.* Todas estas cosas las pudo hacer el artífice, el platero, el orífice o el orfebre; pudo hacer los ojos, los oídos, la nariz, la boca, las manos, los pies; pero no pudo dar luz a los ojos, percepción al oído, voz a la boca, sentido a la nariz, movimiento a las manos, agilidad a los pies.

24 [v.18]. ¡Oh hombre!, sin duda te ríes ya de lo que hiciste si conociste a Aquel por quien fuiste hecho. ¿Qué se dice de los que no le conocieron? *Todos los que hacen ídolos son semejantes a ellos, y, asimismo, todos los que confían en ellos.* Creed, pues, hermanos, que se reproduce en ellos cierta semejanza de los ídolos, no ciertamente en la carne, sino en su hombre interior, pues tienen oídos, y no oyen; por esto les dice el Señor: *El que tenga oídos para oír, que oiga.* Tienen ojos, y no

tes credendo venerunt! quanti fundi, quanta loca deserta modo veniunt! Veniunt inde nescio quanti, credere volunt, dicimus eis: Quid vultis? Respondent: Nosse gloriam Dei. Credite, fratres, mirari nos et gaudere ad talem vocem rusticanorum. Veniunt nescio unde, excitati a nescio quo: quid dicam, a nescio quo? Imo scio a quo; quia, *Nemo venit,* inquit, *ad me, nisi quem Pater attraxerit.* Veniunt subito de silva, de deserto, de remotissimis et arduis montibus ad Ecclesiam, et hanc vocem habent plerique et pene omnes eorum, ut videamus vere intus docentem Deum: impletur Scriptura prophetica qua dictum est, *Erunt omnes docibiles Deo* (Is 54,13; Io 6,44-45). Quid desideratis, dicimus illis? Et illi: Videre gloriam Dei. *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei* (Rom 3,23). Credunt, consecrantur, clericos sibi ordinari exigunt. Nonne impletur, *Et in servis suis advocabitur?*

23 [v.15-17]. Denique post istam totam dispositionem et dispensationem, convertit se Spiritus Dei ad exprobranda et irridenda idola, quae iam irridentur a cultoribus suis: *Idola Gentium argentum et aurum.* Ista omnia Deo faciente, qui in caelo et in terra omnia quaecumque voluit fecit, qui iudicavit plebem suam, et in servis suis advocabitur; quid restat figmentum, nisi ridendum, non adorandum? Idola Gentium dicturus erat fortasse, ut contemneremus ista omnia; dicturus erat idola Gentium, lapides et ligna, gypsum et testam? Non haec dico; vilis materia est: illud quod valde amant, vel quod valde honorant dico, *Idola Gentium argentum et aurum.* Certe aurum est, certe argentum est; numquid quia lucet argentum, lucet aurum, ideo oculos habent et vident? Sic, quomodo argentum est, quomodo aurum est, utile forte avaro, non religioso; imo vero nec avaro utile, sed utile bene utenti, et per eius erogationem caelestem thesaurum acquirenti: tamen nunc cum ista insensata sint, quid facitis homines de argento et auro deos? Quos deos facitis, nonne videtis quod non videant? (Sap 15,15) *Oculos habent, et non videbunt; aures habent, et non audient; nares habent, et non odorabunt; os habent, et non loquentur; manus habent, et non operabuntur; pedes habent, et non ambulabunt.* Omnia ista artifex, faber argentarius, aurifex facere potuit, et oculos, et aures, et nares, et os, et manus, et pedes; sed nec lucem oculis, nec auditum auribus, nec vocem ori, nec sensum naribus, nec motum manibus, nec iter pedibus dare potuit.

24 [v.18]. O homo, rides iam procul dubio quod fecisti, si a quo factus es agnovisti. De illis autem qui non agnoverunt, quid dicitur? *Similes illis sint omnes qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in illis.* Et creditis, fratres, exprimi in eis quamdam similitudinem idolorum, non quidem in carne eorum, sed in interiore homine eorum. Nam aures habent, et non audiunt: ad illos quippe clamat Deus, *Qui habet aures audiendi, audiat* (Mt 11,15). Oculos habent, et non vident: habent enim

ven: tienen los ojos del cuerpo, pero no tienen los de la fe. En fin, esta profecía se cumple en todas las gentes. Observad de qué modo se dijo por el profeta. No conmemora nada alegórico, nada en figura; oíd la profecía anunciada en sentido propio, preciso, simple, claro, y vedla cumplida. *El Señor prevaleció contra ellos,* dice el profeta Sofonías. Contra los opositores, contra los rebeldes, contra los que sin saberlo hacían mártires con la matanza de los fieles, *prevaleció el Señor.* ¿Y cómo prevaleció? Veamos que prevaleció en su Iglesia contra ellos. Querían, matando, extinguir a los pocos cristianos. Derramaron la sangre; y de la sangre de los inmolados se levantaron tantos, que vencieron a los sacrificadores de los mártires; y de tal modo los vencieron, que ahora buscan en dónde esconder sus ídolos los que primeramente por los ídolos daban muerte a los cristianos. ¿Por ventura no prevaleció contra ellos el Señor? Ve si, haciendo lo que sigue, *no prevaleció contra ellos el Señor.* ¿Qué hizo? *Exterminó*—dice Sofonías—*a todos los dioses gentílicos de la tierra; y le adorarán, cada uno en su lugar, todas las islas de las gentes.* ¿Qué es esto? ¿No se profetizó? ¿No se cumplió? ¿No se ve conforme se lee? Y los que quedaron tienen ojos, y no ven; nariz, y no huelen. No perciben aquel olor del cual dice el Apóstol: *En todo lugar somos el buen olor de Cristo.* ¿De qué les aprovecha tener nariz, si no perciben el suave olor de Cristo? Ciertamente se dijo de ellos y se cumplió en ellos: *Todos los que hacen ídolos son semejantes a ellos, y, asimismo, todos los que confían en ellos.*

oculos corporis, sed non habent oculos fidei. Denique impletur haec prophetia per omnes gentes: videte quomodo dictum sit per prophetam. Nihil allegoricum, nihil figuratum commemoro: propriam, expressam, simplicem, manifestam audite prophetiam praedictam, videte completam. *Praevaluit,* inquit, *Dominus adversus eos;* propheta dicit Sophonias. Adversus repugnantes, adversus rebellantes, et de occisione fidelium martyres facientes, sed tamen nescientes; *Praevaluit Dominus adversus eos.* Et quomodo praevaluit? In Ecclesia sua videmus quia praevaluit adversus eos. Volebant paucos Christianos exstinguere, occidere; sanguinem fuderunt: de sanguine occisorum tanti exsurrexerunt, a quibus illi interfectores martyrum superarentur. Tamen et modo quaerunt ubi abscondant idola sua, qui primo Christianos propter idola trucidabant. Nonne praevaluit adversus eos Dominus? Vide si facit quod sequitur, *Praevaluit Dominus adversus eos.* Et quid fecit? *Exterminavit omnes deos Gentium terrae; et adorabunt eum unusquisque de loco suo, omnes insulae Gentium* (Soph 2,11). Quid est hoc? Nonne praedictum erat? nonne completum est? nonne ut legitur, sic videtur? Et illi qui remanserunt, oculos habent, et non vident; nares habent, et non odorant. Non sentiunt illum odorem: *Christi bonus odor sumus,* sicut dicit Apostolus, *in omni loco* (2 Cor 2,15). Quid prodest, quia nares habent, et non odorant tam suavem odorem Christi? Vere in illis factum est, et vere de illis dictum est, *Similes illis sint omnes qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis.*

25 [v.19-20]. Todos los días hay hombres que creen por los milagros de Cristo; todos los días se abren los ojos de los ciegos, y los oídos de los sordos, y percibe la nariz de los insensatos, y se desata la lengua de los mudos, y se afianzan las manos de los paralíticos, y se consolidan los pies de los cojos, y se levantan de estas piedras hijos de Abrahán. A todos éstos se les diga ya: *Bendecid al Señor, casa de Israel.* Todos son hijos de Abrahán; y si de estas piedras se levantan hijos de Abrahán, es evidente que son más bien casa de Israel los que pertenecen a la casa de Israel, al linaje de Abrahán, no por la carne, sino por la fe. *Casa de Israel, bendecid al Señor.* Procura pertenecer a esta casa y ser llamado pueblo de Israel. Así lo creyeron los apóstoles y miles de circuncisos. *Casa de Israel, bendecid al Señor; casa de Aarón, bendecid al Señor; casa de Leví, bendecid al Señor.* "Bendecid, pueblos, al Señor" quiere decir *casa de Israel* en general; "bendecid, prepósitos", significa, *casa de Aarón,* y "bendecid, ministros", *casa de Leví.* Y de las demás naciones, ¿qué se dice? *Los que teméis al Señor, bendecid al Señor.*

26 [v.21]. Luego todos digamos a una voz lo que sigue: *Sea bendito desde Sión el Señor, que habita en Jerusalén.* Desde Sión hasta Jerusalén. Sión significa contemplación, y Jerusalén visión de paz. ¿En qué Jerusalén ha de morar ahora? ¿En la que pereció? No, sino en aquella madre nuestra que está en los cielos, de la cual se dijo: *Muchos más son los hijos de la abandonada que los de la que tiene varón.* Luego ahora el Señor es bendecido desde Sión, porque espiamos, es decir, contempla-

25 [v.19.20]. Sed quotidie credunt per miracula Christi Domini, quotidie aperiuntur oculi caecorum et aures surdorum, inspirantur nares insensatorum, dissolvuntur ora mutorum, constringuntur manus paralyticorum, corriguntur pedes claudorum, de lapidibus istis excitantur filii Abrahae (Mt 3,9): quibus omnibus iam dicatur, *Domus Israel, benedicite Dominum.* Omnes filii Abrahae; et si de lapidibus istis suscitantur filii Abrahae, manifestum est quia illi sunt magis domus Israel, qui pertinent ad domum Israel, qui pertinent ad semen Abrahae, non carne, sed fide: *Domus Israel, benedicite Dominum.* Sed fac de domo illa dici, et populum Israel vocari; crediderunt inde Apostoli et millia circumcisorum. *Domus Israel, benedicite Dominum; Domus Aaron, benedicite Dominum; Domus Levi, benedicite Dominum.* Benedicite populi Dominum, hoc est, *domus Israel* generaliter; benedicite praepositi, hoc est, *domus Aaron;* benedicite ministri, hoc est, *domus Levi.* Quid de caeteris nationibus? *Qui timetis Dominum, benedicite Dominum.*

26 [v.21]. Omnes ergo una voce dicamus quod sequitur: *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.* Ex Sion et Ierusalem. Sion Speculatio, Ierusalem Visio pacis. In qua Ierusalem nunc habitaturus est? In illa quae cecidit? Non, sed in illa matre nostra, quae est in caelis, de qua dictum est, *Multi filii desertae, magis quam eius quae habet virum* (Is 54,1; Gal 4,26-27). Nunc ergo Dominus ex Sion, quia speculamur quoad veniat: nunc tamen quamdiu in spe vivimus, in Sion

mos, hasta que venga, pues ahora, mientras vivimos en la fe, nos hallamos en Sión. Terminado el viaje, habitaremos en aquella ciudad que jamás ha de perecer, porque el Señor habita en ella y la guarda; en aquella ciudad, eterna Jerusalén, que es visión de paz; de la paz de Aquel, hermanos míos, a quien no puede suficientemente alabar la lengua y en donde no sentiremos ya enemigo alguno ni en la Iglesia, ni fuera de la Iglesia, ni en nuestra carne, ni en nuestro pensamiento, pues será sumida la muerte en victoria y nos dedicaremos a ver a Dios en paz eterna, hechos ya ciudadanos de la Jerusalén, ciudad de Dios.

SALMO 135

[CANTO DE ACCIÓN DE GRACIAS]

1 [v.1]. *Alabad al Señor, porque es bueno, porque su misericordia es eterna.* Este salmo contiene la alabanza de Dios y termina todos sus versillos de la misma manera, es decir, con las mismas palabras. Por tanto, aun cuando se digan aquí muchas cosas en alabanza de Dios, especialmente se recomienda su misericordia, la cual no quiso dejar de conmemorar al final de ninguno de los versillos aquel por quien el Espíritu Santo compuso este salmo. Recuerdo que en el salmo 105, que comienza lo mismo que éste, el códice que tenía a la mano no consignaba *in aeternum,* sino *in saeculum misericordia eius.* Allí indagué qué debíamos entender en realidad de verdad, pues en el texto griego se escribió: *eis ton aiona,* lo cual puede traducirse por *in saeculum,* y también por *in aeternum.* Lo que allí discutí como

sumus. Finita vita habitabimus in illa civitate, quae nunquam ruitura est; quia et Dominus habitat in ea, et custodit eam: quae est visio pacis aeterna Ierusalem, pacis illius, fratres mei, cui laudandae lingua non sufficit, ubi nullum hostem iam sentiemus nec in Ecclesia, nec extra Ecclesiam, nec in carne nostra, nec in cogitatione nostra. Absorbebitur mors in victoriam (1 Cor 15,54), et vacabimus ad videndum Deum in pace aeterna, cives Ierusalem facti civitatis Dei.

PSALMUS 135

1 [v.1]. *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius.* Psalmus iste laudem continet Dei, et eodem modo in omnibus suis versibus terminatur. Proinde, quamvis hic in laudem Dei multa dicantur, maxime tamen eius misericordia commendatur, sine cuius commendatione apertissima nullum versum claudi voluit, per quem Spiritus sanctus condidit Psalmum. Memini autem me in psalmo centesimo quinto, qui similiter incipit, quoniam codex quem intuebar, non habet, *in aeternum,* sed, *in saeculum misericordia eius;* quaesisse quid potius intelligere deberemus: in graeco enim sermone scriptum est, εἰς τὸν αἰῶνα quod et *in saeculum,* et *in aeternum* interpretari potest. Sed quid

pude, es prolijo repetirlo aquí. En este salmo, el mismo códice no escribe *in saeculum,* sino *in aeternum misericordia eius.* Aun cuando se entienda que después del juicio, en el que al fin del mundo han de ser juzgados los vivos y los muertos, y enviados los justos a la vida eterna, y los inicuos al fuego eterno, no habrá ya en adelante hombres de quienes Dios se apiade, con todo, rectamente puede entenderse que permanecerá *eternamente* su misericordia, la cual dará a sus santos fieles, no porque han de ser desgraciados eternamente, y, por lo mismo, necesitarían de su misericordia eternamente, sino porque la misma bienaventuranza que da misericordiosamente a los desgraciados para que dejen de serlo y comiencen a ser bienaventurados, no tiene fin; y, por tanto, *in aeternum misericordia eius,* su misericordia es eterna. El ser justos de injustos, sanos de enfermos, vivos de muertos, inmortales de mortales, bienaventurados de desdichados, es fruto de su misericordia. Y como lo que seremos permanecerá eternamente, *su misericordia es eterna.* Por tanto, *confitemini Domino,* confesad al Señor, es decir, confesando, alabad al Señor, *porque es bueno.* Tampoco habéis de recibir por esta confesión algún bien temporal, *puesto que su misericordia es para siempre;* es decir, el beneficio que misericordiosamente os da es eterno. Lo que en este salmo consigna el códice latino: *quoniam bonus,* porque es bueno, en griego se dice *agazos;* no lo que en el salmo 105; pues lo que se dijo allí en latín *quoniam bonus,* se dijo en griego *jrestos;* de aquí que muchos tradujeron *quoniam suavis est,* porque es suave. *Agazos* no significa un bien cualquiera, sino un bien excelentísimo.

illic, ut potui, disseruerim, etiam hic retexere longum est. In isto autem psalmo etiam idem ipse codex non habet, *in saeculum,* quod plerique habent; sed, *in aeternum misericordia eius.* Quod etsi post iudicium, quo in fine saeculi vivi et mortui iudicandi sunt, missis iustis in vitam aeternam, iniquis autem in combustionem aeternam, non sint deinceps futuri quorum adhuc misereatur Deus; recte tamen intelligi potest in aeternum futura misericordia eius, quam suis sanctis fidelibusque largitur: non quia in aeternum miseri erunt, et ideo in aeternum misericordia eius indigebunt; sed quia ipsa beatitudo quam misericorditer miseris praestat, ut esse miseri desinant, et beati esse incipiant, non habebit finem, ideo *in aeternum misericordia eius.* Quod enim iusti erimus ex iniquis, sani ex infirmis, vivi ex mortuis, immortales ex mortalibus, beati ex miseris, misericordia eius est. Hoc autem quod ita erimus, in aeternum erit: ergo *in aeternum misericordia eius.* Proinde, *Confitemini Domino,* id est, confitendo laudate Dominum; *quoniam bonus.* Nec pro hac confessione aliquid estis temporale sumpturi; *quoniam in aeternum misericordia eius,* id est, beneficium quod vobis misericorditer praestat, aeternum est. Quod autem habet, *Quoniam bonus,* graecus habet ἀγαθὸς: non sicut in psalmo centesimo et quinto; quod ibi est, *Quoniam bonus,* graecus habet χρηστός. Ideo nonnulli illud interpretati sunt. Quoniam suavis est. Ἀγαθὸς autem non utcumque bonus, sed excellentissime bonus est.

2 [v.2-3]. A continuación prosigue: *Confesad, alabad al Dios de los dioses, porque su misericordia es eterna.* Puede con razón preguntarse quiénes son los dioses y señores de los que es Dios y Señor el que es verdadero Dios. También hallamos escrito en otro salmo que se denominaron dioses los hombres, pues se consignó: *Dios estuvo en la congregación de los dioses; en medio de los dioses juzga;* y poco después se añade: *Yo dije: "Sois dioses, y todos hijos del Altísimo"; pero vosotros, como hombres que sois, moriréis y caeréis como uno de los príncipes.* Conmemorando el Señor este testimonio, dice en el Evangelio: *¿Por ventura no está escrito en vuestra ley: "Yo dije: Dioses sois?" Si llamó dioses a los que se dirigía la palabra de Dios, y la Escritura no puede anularse, ¿por qué a quien santificó el Padre y envió al mundo decís vosotros que blasfema porque dijo: "Soy Hijo de Dios"?* Luego no fueron llamados dioses porque todos eran buenos, sino porque se dirigía a ellos la palabra de Dios. Pues, si hubieran sido todos buenos, no les hubiera distinguido de este modo. Cuando dijo: *Dios estuvo en la congregación de los dioses,* no dijo, distinguiendo, "en medio de los dioses y de los hombres", como dando a conocer la diferencia que hay entre los dioses y los hombres, sino *en medio de los dioses juzga.* Después prosigue en el salmo 81 diciendo: *¿Hasta cuándo juzgáis inicuamente?,* y lo restante. Lo cual ciertamente no se dice a todos, sino a algunos, porque habla discerniendo; y, sin embargo, *juzga en medio de los dioses.*

3. Pero se pregunta: Si los hombres a quienes se dirigió

2 [v.2-3]. Deinde sequitur: *Confitemini Deo deorum; quoniam in aeternum misericordia eius. Confitemini Domino dominorum; quoniam in aeternum misericordia eius.* Quinam sint dii et domini, quorum deorum et dominorum sit Deus et Dominus, qui est verus Deus; merito quaeri solet. Et scriptum invenimus in alio psalmo, deos etiam homines appellatos, sicuti est, *Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem deos discernit;* et paulo post, *Ego dixi: Dii estis et filii Excelsi omnes; vos autem ut homines moriemini, et sicut unus ex principibus cadetis.* Quod testimonium etiam Dominus in Evangelio commemorat dicens: *Nonne scriptum est in Lege vestra, quia: Ego dixi, Dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit, et misit in mundum, vos dicitis quia Blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum?* (Io 10,34-36). Non ergo quia boni sunt omnes, sed quia sermo Dei ad illos factus est, appellati sunt dii. Nam si propterea quia boni essent omnes, non sic eos diiudicaret. Cum enim dixisset, *Deus stetit in synagoga deorum;* non ait, In medio deos et homines discernit, tanquam ostendens quid intersit inter deos et homines: sed, *In medio* inquit, *deos discernit.* Deinde sequitur, *Usquequo iudicatis iniquitatem?* (Ps 81,1.2.6.7) et caetera: quae utique non omnibus sed quibusdam dicit, quia discernens dicit; et tamen *in medio deos discernit.*

3. Sed quaeritur, si homines ad quos sermo Dei factus est, dii vo-

la palabra del Señor se llaman dioses, ¿por ventura también los ángeles deben ser llamados dioses, puesto que a los hombres justos y santos se les promete el gran premio de ser iguales a los ángeles? Dudo que se halle o que fácilmente pueda hallarse en la Escritura algún testimonio que claramente llame dioses a los ángeles. No obstante, cuando se dijo al Señor Dios que *es terrible sobre todos los dioses,* a continuación, como declarando a qué dioses se refería, añadió: *porque los dioses de las gentes son demonios.* Sobre estos dioses dijo que el Señor era terrible en sus santos, a los cuales hizo cielos y por quienes son atemorizados los demonios, pues el salmo prosigue, diciendo: *mas el Señor los hizo cielos.* Luego no son dioses sin aditamento, es decir, de cualquier modo, sino dioses de gentiles, los cuales son demonios. Anteriormente dijo Dios: *Es terrible sobre todos los dioses, y no* "sobre todos los dioses de los gentiles", aunque quizá hubiera querido que se entendiera esto al añadir lo que sigue: *porque los dioses de los gentiles son demonios.* En el texto hebreo no se escribió de este modo, sino: *Los dioses de los gentiles son simulacros.* Lo cual, si es cierto, mucho mejor debe creerse a los Setenta, que interpretaron con espíritu divino; con el cual se escribieron también aquellas cosas que se hallan consignadas en el texto hebreo. Obrando el mismo Espíritu, convino también que se dijese lo que aquí se consignó: *Los dioses de los gentiles son demonios;* para que entendiésemos que de tal suerte se escribió en hebreo: *Los dioses de los gentiles son simulacros,* que preferentemente personificasen a los demonios que existen en los simulacros. Pues por lo que toca a los mismos simulacros, que en griego se denominan ídolos, cuya palabra se usa ya como la-

cantur, utrum et Angeli vocandi sunt dii; cum hominibus iustis et sanctis maximum praemium promittatur aequalitas Angelorum. Et in Scripturis quidem nescio utrum vel possit, vel facile possit reperiri, aperte dictos Angelos deos; sed cum de Domino Deo dictum esset, *Terribilis super omnes deos,* cur hoc dixerit, continuo velut exponendo coniunxit, *Quoniam dii Gentium daemonia* (Ps 95,4-5). Super tales deos dixit Dominum terribilem in sanctis suis, quos caelos fecit, a quibus daemonia terrerentur. Sic enim sequitur, *Dominus autem caelos fecit.* Non ergo, Dii sine additamento; sed, Dii Gentium daemonia: superius tamen, *Terribilis,* inquit, *super omnes deos;* non ait, super omnes deos Gentium, quamvis intelligi hoc voluerit, addendo quod sequitur, *Quoniam dii Gentium daemonia.* Quod quidem in hebraeo dicitur non ita esse scriptum; sed, *Dii Gentium simulacra.* Quod si verum est, multo magis credendi sunt Septuaginta divino Spiritu interpretati, quo Spiritu et illa dicta sunt quae in hebraeis litteris sunt. Eodem namque operante Spiritu, etiam hoc dici oportuit quod dictum est, *Dii Gentium daemonia:* ut intelligeremus sic etiam in hebraeo positum, *Dii Gentium simulacra;* ut daemonia potius quae sunt in simulacris, significarentur. Nam quod attinet ad ipsa simulacra, quae graece appellantur idola, quo nomine iam utimur pro latino,

tina, tienen ojos, y no ven, y todas las demás cosas que sobre ellos se dicen atendiendo a que carecen de sentido, por lo cual no pueden ser atemorizados, puesto que únicamente pueden serlo las cosas que sienten. Luego ¿cómo se dijo del Señor: *Es terrible sobre todos los dioses, porque los dioses de los gentiles son simulacros?* Porque se entiende por simulacros los demonios, que pueden ser atemorizados. De aquí que también dice el Apóstol: *Sabemos que nada es el ídolo o simulacro,* aunque esto lo decía por la materia terrena, que carece de sentido; mas para que nadie pensase que no era alguna naturaleza que sentía y vivía la que se deleitaba con los sacrificios de los gentiles, añadió: *Lo que los gentiles inmolan, a los demonios lo inmolan, no a Dios. No quiero que os hagáis socios de los demonios.* Luego si nunca se encuentra en la palabra divina haber sido llamados dioses los ángeles, se me ocurre que fue por un motivo especialísimo: a fin de que los hombres no tomasen pie de este nombre para dar culto o adorar, que en griego se dice *liturgia* o *latría,* a los santos ángeles; el cual ni los mismos ángeles quieren que se les tribute por los hombres, sino sólo a Dios, que es Dios de ellos y de los hombres. Luego mucho más útilmente se llaman sólo ángeles, los cuales en latín se denominan *nuntii,* nuncios o mensajeros; para que por el nombre, no de la sustancia, sino del oficio, entendamos perfectamente que ellos quieren sea adorado por nosotros aquel Dios a quien anuncian. Toda esta cuestión la resuelve el Apóstol brevísimamente en donde dice: *Aun cuando haya quienes se dicen dioses, ya en el cielo, ya en la tierra, conforme hay muchos dioses y muchos señores; sin embargo,*

oculos habent et non vident; et caetera quae de his ideo dicuntur, quia omni sensu carent: quocirca nec terreri possunt, quia nisi ea quae sentiunt, terreri utique non possunt. Quomodo ergo dictum est de Domino, *Terribilis est super omnes deos, quoniam dii Gentium simulacra,* nisi per simulacra intelligantur daemonia, quae terreri possunt? Unde ait et Apostolus, *Scimus quia nihil est idolum:* hoc enim retulit ad materiam terrenam sensu carentem. Item ne quisquam putaret non esse aliquam viventem sentientemque naturam, quae Gentium sacrificiis delectetur, adiunxit: *Sed quae immolant Gentes, daemoniis immolant, et non Deo. Nolo vos socios fieri daemoniorum* (1 Cor 10,20). Si ergo nusquam in eloquiis divinis reperitur sanctos Angelos appellatos deos, ea mihi causa potissimum occurrit, ne isto nomine homines ad hoc aedificarentur, ut ministerium vel servitum religionis, quae graece liturgia, vel latria dicitur, sanctis Angelis exhiberent; quod nec ipsi exhiberi ab hominibus volunt, nisi illi Deo qui et ipsorum et hominum Deus est. Unde multo utilius Angeli vocantur, qui latine nuntii nuncupantur; ut per nomen non substantiae, sed officii, satis intelligamus illum Deum a nobis eos coli velle, quem nuntiant. Totam ergo istam quaestionem breviter Apostolus solvit, ubi ait: *Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in caelo, sive in terra; quemadmodum sunt dii multi et domini multi; sed nobis unus*

para nosotros hay un solo Dios, el Padre; de quien tienen ser todas las cosas, y nosotros en El; y un solo Señor, Jesucristo, por quien son todas las cosas, y nosotros también por El.

4 [v.4]. Luego *alabemos al Dios de los dioses y al Señor de los señores, porque su misericordia es eterna. Que hizo grandes maravillas solo.* Como se consignó en las últimas palabras de todos los versillos *porque su misericordia es eterna,* así en el comienzo de todos se sobrentiende, aunque no se consigne, *alabad.* Esto se ve clarísimamente en el texto griego. Se notaría también en el latino si hubiesen podido nuestros intérpretes traducir la misma locución. Lo cual ciertamente hubieran podido hacer en este versillo si hubieran dicho *facienti mirabilia.* Lo que consignan nuestros códices *qui fecit mirabilia,* escriben los griegos *to poiesanti, facienti mirabilia,* en donde necesariamente se sobrentiende *confitemini,* alabad. ¡Ojalá hubieran traducido así, o a lo menos hubieran añadido el pronombre *ei,* de suerte que dijesen: *Ei qui facit, vel ei qui fecit, vel ei qui firmavit,* al que hace, o al que hizo, o al que estableció, porque de este modo fácilmente se comprendería que debía sobrentenderse *confitemini,* alabad! Pero estando como está escrito, de tal modo se halla oscuro, que quien no puede ver o descuide cotejar el códice griego, podrá pensar que lo consignado: *que hizo los cielos, que afianzó la tierra, que hizo los luminares, porque su misericordia es eterna,* se dijo como si hubiera hecho estas cosas *porque su misericordia es eterna;* siendo así que a su misericordia pertenecen aquellos a los cuales libra de la miseria; y, por tanto, no es propio de

Deus, Pater, ex quo omnia, et nos in ipso, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum (1 Cor 8,4-6).

4 [v.4]. Confiteamur ergo *Deo deorum, et Domino dominorum; quoniam in aeternum misericordia eius. Qui fecit mirabilia magna solus.* Sicut in omnium versuum novissimis partibus positum est, *Quoniam in aeternum misericordia eius;* sic in omnium capitibus quamvis non sit positum, subaudiendum est, *Confitemini.* Quod in graeco evidentius apparet. Appareret autem et in latino, si eamdem locutionem transferre potuissent interpretes nostri. Quod quidem in isto versu possent, si dicerent, *facienti mirabilia:* quod enim nos habemus, *Qui fecit mirabilia;* graecus habet, *facienti mirabilia;* ubi necessario *Confitemini* subauditur. Atque utinam vel pronomen adderent, ut dicerent, Ei *qui facit;* vel, ei *qui fecit;* vel, ei *qui firmavit:* quia etiam sic facile intelligeretur *Confitemini* esse subaudiendum. Nunc vero ita obscurum factum est, ut qui codicem graecum sive nescierit inspicere, sive neglexerit, possit putare, *Qui fecit caelos, Qui firmavit terram, Qui fecit luminaria, quoniam in aeternum misericordia eius,* ideo dictum, quasi propterea ista fecerit, *Quoniam in aeternum misericordia eius:* cum ad eius misericordiam illi pertineant, quos de miseria liberat; non autem ut eius misericordiae fuisse intelligamus facere caelum et terram et luminaria, cum illud sit bonitatis eius qui creavit omnia bona valde (Gen 1,31). Creavit autem,

su misericordia hacer el cielo, y la tierra, y los luminares, pues esto pertenece a la bondad de Aquel que creó todas las cosas sobremanera buenas. Creó todas las cosas para que existiesen; pero ejerció la misericordia para limpiarnos del pecado y para librarnos eternamente de la miseria. Luego así nos habla el salmo: *Alabad al Dios de los dioses, alabad al Señor de los señores;* alabad al *que hace grandes maravillas solo,* alabad al *que hizo los cielos en entendimiento,* alabad al *que afianzó la tierra sobre las aguas,* alabad al *que hizo los grandes luminares solo.* La razón de por qué alabamos la pone al final de cada versillo, diciendo: *Porque su misericordia es eterna.*

5 [v.5-10]. Pero ¿qué significa *que hizo grandes maravillas solo?* ¿Acaso (dice esto) porque hizo muchas maravillas por los ángeles, y también por los hombres? Hay algunas grandes que las hace sólo Dios, y éstas se consignan, diciendo *que hizo los cielos con entendimiento, que afianzó la tierra sobre las aguas, que hizo los grandes luminares solo.* Aquí se añadió *solo* porque las restantes maravillas, de las cuales ha de hablar, las hizo por los hombres. Después de haber dicho *que hizo los grandes luminares solo,* declaró a seguida cuáles son estos luminares, diciendo: *El sol, para presidir el día, y la luna y las estrellas, para presidir la noche.* A continuación comienza a decir las cosas que hizo por los ángeles o por los hombres: *que hirió a Egipto con sus primogénitos,* etc. Dios no hizo ciertamente por una criatura la creación, sino sólo por El. De la creación conmemoró ciertas partes, las más sobresalientes: los cielos *inteligibles* y la tierra *visible,* para que por ellas pensásemos en la creación universal. Pero como también existen cielos *visibles,* habiendo conmemorado los luminares de ellos, llama nuestra atención para que también entendamos que todo cuerpo celeste fue hecho por El.

ut essent omnia (Sap 1,14); hoc vero misericordiae, ut a peccatis nostris mundet nos, et a miseria liberet in aeternum. Ita ergo nos alloquitur Psalmus: *Confitemini Deo deorum, confitemini Domino dominorum;* confitemini ei *qui facit mirabilia magna solus;* confitemini ei *qui fecit caelos in intellectu;* confitemini ei *qui firmavit terram super aquas;* confitemini ei *qui fecit luminaria magna solus.* Cur autem confiteamur, in omnium versuum finibus ponit, *Quoniam in aeternum misericordia eius.*

5 [v.5-10]. Sed quid est, *Qui fecit mirabilia magna solus?* an quia multa mirabilia per Angelos et per homines fecit? Sunt quaedam magna quae solus Deus facit, et ipsa exsequitur dicens, *Qui fecit caelos in intellectu, Qui firmavit terram super aquas, Qui fecit luminaria magna solus:* ideo et hic addidit, *solus,* quia caetera mirabilia quae dicturus est, per homines fecit. Cum enim dixisset, *Qui fecit luminaria magna solus;* quae sint eadem luminaria, secutus aperuit, *Solem in potestatem diei, lunam et stellas in potestatem noctis.* Deinde incipit dicere quae per Angelos vel per homines fecerit: *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum;* et caetera. Universam igitur creaturam, non utique Deus per aliquam creaturam, sed solus fecit. Cuius creaturae quasdam partes excellentiores commemoravit, ex quibus universa cogitaremus, intelligibiles caelos et visibilem terram: et quoniam sunt etiam caeli visibiles, commemoratis eorum luminaribus totum caeleste corpus ut ab eo factum acciperemus, admonuit.

6. Atendiendo a lo que dice: *que hizo los cielos "in intellectu",* con entendimiento, o como otros tradujeron, *in intelligentia,* con inteligencia, puede preguntarse si quiso designar por esta manera de hablar los cielos inteligibles o si hizo estos cielos en su entendimiento o en su inteligencia, es decir, en su Sabiduría, conforme se escribió en otro lugar: *Hiciste todas las cosas en sabiduría,* insinuando de este modo al Verbo unigénito. Pero si es así, de suerte que hemos de entender que Dios hizo los cielos en su entendimiento, ¿por qué dijo esto únicamente de los cielos, siendo así que hizo todas las cosas en la misma sabiduría? ¿O es que sólo debió decirse aquí claramente, con el fin de que se entendiese tácitamente dicho en las demás cosas, de suerte que el sentido sea éste: *que hizo los cielos en entendimiento, que afianzó la tierra sobre las aguas,* sobrentendiendo aquí *en entendimiento. Que hizo los grandes luminares solo: el sol, para presidir el día; la luna y las estrellas, para presidir la noche,* sobrentendiendo también *en entendimiento?* Pero ¿cómo lo hizo solo, si *en entendimiento* o *en inteligencia* es lo mismo que *en la Sabiduría,* es decir, en el Verbo unigénito? ¿O es que, como la Trinidad no son tres Dioses, sino un solo Dios, quiere indicarse que sólo Dios lo hizo, puesto que la creación no la hizo por criatura?

7. Pero ¿qué significa *afianzó la tierra sobre las aguas?* Esta es una cuestión oscura, pues la tierra se presenta más pesada, y

6. Quanquam id quod ait, *Qui fecit caelos in intellectu,* vel, sicut alii interpretati sunt, *in intelligentia,* utrum caelos intelligibiles significare hoc modo voluerit, an in suo intellectu, vel in sua intelligentia fecisse caelos, hoc est in sua Sapientia, sicut alibi scriptum est, *Omnia in Sapientia fecisti* (Ps 103,24), eo modo insinuans unigenitum Verbum, quaeri potest. Sed si ita est, ut in suo intellectu fecisse accipiamus Deum caelos, cur tantum de caelis hoc ait, cum omnia in eadem Sapientia fecerit? An ibi tantum exprimendum fuit, ut in caeteris etiam tacitum posset intelligi: ut iste sit sensus, *Qui fecit caelos in intellectu, Qui fundavit terram super aquas;* ut et hic subaudias, *in intellectu: Qui fecit luminaria magna solus, solem in potestatem diei, lunam et stellas in potestatem noctis;* utique, *in intellectu?* Quomodo ergo *solus,* si hoc est *in intellectu,* vel *in intelligentia,* quod est *in Sapientia,* id est, in Verbo unigenito? An quia Trinitas non sunt tres dii, sed unus Deus, ad id refertur quod solus Deus fecit, quia non creaturam per creaturam fecit?

7. Sed quid est, *Qui firmavit terram super aquas?* Obscura enim quaestio est; quia terra gravior videtur, ut non portari aquis, sed aquas

más bien se cree que ella soporta las aguas que no las aguas la soporten a ella. Sobre este asunto, para que no nos veamos forzados a defender contenciosamente nuestra Escritura contra los que piensan que Dios encubrió estas cosas por ciertas razones o causas, tenemos algo que de momento podemos entender, a saber, que la tierra, que habitan los hombres y que contiene los animales terrestres, la cual se llama en la Escritura, por otro nombre, *árida,* conforme se escribió: *Aparezca la árida, y llamó Dios a la árida tierra,* se halla afianzada sobre las aguas, porque sobresale de las aguas que la circundan. La que se llama ciudad ribereña fundada sobre el mar, no está de tal modo colocada que el mar se halle debajo de ella, como lo están las aguas que se hallan debajo de las bóvedas de las cavernas o debajo de las naves que surcan las aguas, sino que se dice que está colocada sobre el mar porque sobresale del mar, que está más abajo. Así se dice también que salió Faraón *sobre las aguas, "super aquam,* pues esto dice el texto griego, aunque algunos códices latinos escriben *ad aquam,* salió al agua, y que el Señor *se sentó sobre el pozo.* Se dijo así porque ambos se hallaban en lugares más elevados que el río y el pozo: el uno estaba junto al río, y el otro junto al pozo.

8. Si lo dicho significa algo que principalmente se refiera a nosotros, entonces las palabras *Dios hizo los cielos en entendimiento* quieren decir: Dios hizo a sus santos espirituales, a quienes no sólo dio el creer, sino también el entender las cosas divinas. Los que no pueden entender estas cosas y retienen sólo la firmísima fe, se hallan como representados por el nombre de

1. Había preparado un salmo breve, que mandé entonar al lector; pero a la hora de la hora, por lo que parece, confundido, leyó uno por otro. Por tanto, preferí seguir la voluntad de Dios, manifestada en la equivocación del lector antes que la mía, conforme era mi intención. Por lo mismo, si os detengo algún tanto debido a la abundancia de materia, no me lo imputéis a mí, sino creed que Dios quiso que trabajase y no sin fruto, pues no en vano recibimos por el primer pecado la pena de comer el pan con el sudor de nuestro rostro. Por tanto, si es pan lo que nos ofrece el salmo, atended. Es pan si es Cristo, pues El dijo: *Yo soy el pan vivo que descendí del cielo.* El pan que tan evidentemente nos ofrece el Evangelio, lo busquemos también en los profetas. Este pan no lo ven allí los que tienen interpuesto en su corazón un velo, conforme lo oyó vuestra caridad ayer. Sin embargo, nosotros, como el sacrificio de la cruz del Señor rasgó el velo, quedando descubiertos los secretos del templo, debemos, cuando se nos predica a Cristo, comer el pan aunque sea con trabajo y con sudor.

2. Nuestro Señor Jesucristo habla en los profetas algunas veces en persona de nuestra Cabeza, la cual es el mismo Salvador, que está sentado a la derecha del Padre, que nació por nos-

PSALMUS 138

SERMO AD PLEBEM

1. Psalmum nobis brevem paraveramus, quem mandaveramus cantari a Lectore; sed ad horam, quantum videtur, perturbatus, alterum pro altero legit. Maluimus nos in errore Lectoris sequi voluntatem Dei, quam nostram in nostro proposito. Si ergo vos in eius prolixitate aliquandiu tenuerimus, nobis non imputetis; sed credatis Deum nos non infructuose laborare voluisse. Neque enim frustra in primo peccato nostro poenam accepimus, ut in sudore vultus nostri panem manducemus (Gen 3,19). Tantum si panis est, attendite. Panis autem est, si Christus est: *Ego sum,* inquit, *panis vivus qui de caelo descendi* (Io 6,41). Quem manifestatum habemus in Evangelio, ipsum quaeramus et in Prophetis. Hunc ibi non vident super quorum cor adhuc velamen positum est (2 Cor 3,14), unde audivit Charitas vestra hesterno die. Nobis autem quia sacrificium vespertinum crucis Domini conscidit velum (Mt 27,51), ut pateant iam templi secreta; quamdiu nobis Christus praedicatur, etsi cum labore et sudore, manducandus est panis.

2. Loquitur autem Dominus noster Iesus Christus in Prophetis aliquando ex persona capitis nostri, qui est ipse Christus salvator, sedens

otros de la Virgen, y padeció, como sabéis, bajo el poder de Poncio Pilato; y, derramando la sangre inocente, que es nuestro precio, redimió a los pecadores de la cautividad, en la cual nos hallábamos retenidos por el diablo, perdonándonos nuestros delitos; y además, con el mismo precio que dio por nosotros, su sangre destruyó el documento que nos acreditaba deudores. El mismo Señor, Cabeza nuestra, es director, esposo y redentor de la Iglesia. Si es Cabeza, tiene Cuerpo. Su Cuerpo es la Iglesia, la cual también es su esposa; a ella dice el Apóstol: *Vosotros sois Cuerpo de Cristo y miembros.* El Cristo total, Cabeza y Cuerpo, es como un varón completo; y, puesto que la mujer fue hecha del varón y le pertenece, por eso se dijo del primer matrimonio: *Serán dos en una carne.* Interpretando esto el Apóstol como un gran misterio, dice que no en vano se dijo esto de aquellos dos hombres, puesto que ya se prefiguraba en ellos Cristo y la Iglesia. Así expone esto el Apóstol: *Serán dos en una carne; este misterio es grande, mas yo digo en orden a Cristo y a la Iglesia.* También dijo el Apóstol que Adán fue figura del que había de venir. *Es*—dice—*figura del futuro.* Luego si Adán era figura del que había de venir, como del costado del que dormía fue hecha la mujer, así del costado del Señor que dormía, es decir, del que moría en la pasión, al ser herido con la lanza estando en la cruz, brotaron los sacramentos con los que formó la Iglesia. De su futura pasión dice así en otro salmo: *Yo me dormí y tomé el sueño; y me levanté, porque el Señor me sustentó.* Luego por el dormir se entiende la pasión. Eva fue formada del costado

ad dexteram Patris; qui etiam propter nos natus de virgine, et sub Pontio Pilato, qualia nostis, passus est; fuso innocente sanguine, quod est pretium nostrum, redemit nocentes a captivitate, in qua detinebamur a diabolo, donans nobis delicta, et ipso pretio nostro sanguine suo delens chirographum quo debitores tenebamur (Col 2,13-14). Ipse est rector et sponsus et redemptor Ecclesiae, caput nostrum. Et utique si caput est, habet corpus. Corpus autem eius sancta Ecclesia, quae etiam coniux eius; cui dicit Apostolus, *Vos autem estis corpus Christi et membra* (1 Cor 12,27). Totus itaque Christus caput et corpus, tanquam integer vir: quia et femina de viro facta est, et ad virum pertinet; et dictum est de primo coniugio, *Erunt duo in carne una* (Gen 2,24). Hoc autem ad mysterium interpretatur Apostolus non frustra esse dictum de illis duobus hominibus, nisi quia in eis iam figurabatur Christus et Ecclesia. Nam hoc sic exponit Apostolus: *Erunt duo in carne,* inquit, *una: sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo et Ecclesia* (Eph 5,31 et 32). Dicit etiam ipsum Adam formam futuri: *Qui est,* inquit, *forma futuri* (Rom 5,14). Si ergo Adam forma futuri; quomodo de latere dormientis Eva facta est (Gen 2,21-22), sic ex latere Domini dormientis, id est, in passione morientis, et in cruce percusso de lancea (Io 19,34), manaverunt Sacramenta, quibus formaretur Ecclesia. Nam de futura eadem passione sua sic dicit in alio psalmo: *Ego dormivi, et som-*

del que dormía, y la Iglesia, del costado del que padecía. Por tanto, nuestro Señor Jesucristo habla algunas veces en los profetas por sí, otras en representación nuestra, porque se hizo uno con nosotros; y así se dijo: *Serán dos en una carne.* De aquí que también dijo el Señor en el Evangelio hablando del matrimonio: *Luego ya no son dos, sino una carne.* Son una carne porque tomó la carne de nuestra mortalidad; mas no son una divinidad, porque El es Creador, y nosotros criatura. Todo lo que habla el Señor en persona de la carne tomada, o pertenece a la Cabeza, que ya subió al cielo, o a estos miembros, que aún sufren en esta peregrinación terrena; por los cuales, encontrándose en sufrimientos en ella cuando Saulo los perseguía, clamó desde el cielo, diciendo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* Luego oigamos al Señor Jesucristo en la profecía. Estos salmos se cantaron mucho antes que naciese el Señor de María, mas no antes de existir el Señor, pues eternamente existió el Creador de todas las cosas y en el tiempo nació de la criatura. Creamos en su divinidad y, en cuanto podamos, entendamos su igualdad con el Padre. Pues la divinidad igual al Padre participó de nuestra mortalidad, no con arreglo a lo suyo, sino a lo nuestro, para que nosotros participásemos de su divinidad, no de la nuestra de la cual carecíamos, sino de la suya.

3 [v.1]. *¡Oh Señor!, me examinaste y me conociste.* Diga esto nuestro Señor Jesucristo. Llame El también *Señor* al Padre, pues únicamente es Señor de El el Padre en cuanto se dignó na-

num cepi; et exsurrexi, quoniam Dominus suscipiet me (Ps 3,6). Ergo dormitio intelligitur passio. Eva de latere dormientis, Ecclesia de latere patientis. Loquitur ergo Dominus noster Iesus Christus in Prophetis aliquando ex voce sua, aliquando ex voce nostra, quia unum se facit nobiscum; sicut dictum est, *Erunt duo in carne una.* Unde dicit et ipse Dominus in Evangelio, cum de coniugio loqueretur: *Igitur iam non sunt duo, sed una caro* (Mt 19,6). Una caro, quia de nostra mortalitate carnem suscepit: non autem una divinitas; quia ille Creator, nos creatura. Quidquid igitur Dominus loquitur ex persona susceptae carnis, et ad illud caput pertinet quod iam ascendit in caelum, et ad ista membra quae adhuc in terrena peregrinatione laborant: pro quibus laborantibus membris, cum ea Saulus insequeretur, clamavit de caelo, *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,4). Audiamus ergo loquentem Dominum Iesum Christum in prophetia. Cantati enim sunt ipsi Psalmi longe antequam Dominus de Maria nasceretur, non antequam Dominus esset: semper enim Creator omnium; aliquando autem et natus ex creatura. Divinitatem illam credamus, et quantum possumus, intelligamus aequalem Patri. Sed illa divinitas Patri aequalis, facta est particeps nostrae mortalitatis, non de suo, sed de nostro; ut et nos efficeremur participes divinitatis eius, non de nostro, sed de ipsius.

3 [v.1]. *Domine, probasti me, et cognovisti me.* Dicat hoc ipse Dominus Iesus Christus, dicat et ipse, *Domine,* Patri. Non enim Dominus

cer según la carne. El Padre es Padre de Dios, y Señor del hombre. ¿Quieres saber a quién tiene igual el Padre? A su Hijo. El Apóstol dice del Hijo: *El cual, teniendo la forma de Dios, no juzgó rapiña ser igual a Dios.* El Padre es Dios en cuanto a esta forma o esencia; e igual a su forma tiene a su Hijo unigénito, engendrado de su sustancia. ¿Qué consigna el Apóstol de él atendiendo a restaurarnos y a hacernos participantes de su divinidad una vez renovados en orden a la vida eterna, puesto que, como dije, se hizo participante de nuestra mortalidad? Que *se anonadó a sí mismo, tomando la forma de siervo, y que se hizo a semejanza de los hombres, y que fue hallado en hábito como hombre.* En cuanto a la forma que tenía como Dios, era igual al Padre; pero tomó la forma de siervo, por la que es menor que el Padre. De aquí que en el Evangelio dice ambas cosas El de sí mismo: *Yo y el Padre somos uno;* y también: *El Padre es mayor que yo. Yo y el Padre somos uno* lo afirmó en cuanto a la forma de Dios. *El Padre es mayor que yo* lo dijo en cuanto a la forma de siervo. Luego como es Padre y Señor: Padre por la forma de Dios, y Señor por la de siervo, diga también Jesucristo, y no nos maravillemos ni nos escandalicemos, puesto que lo dice el Hijo unigénito de Dios: *Señor, me probaste y me conociste.* Examinaste y conociste; no porque ignorase, sino porque hizo conocer a otros. *Me examinaste*—dice—*y me conociste.*

4 [v.2] *Tú conociste mi sentarme y mi levantarme.* ¿Qué significa esta sesión y este levantamiento? El que se sienta se

eius Pater eius, nisi quia dignatus est nasci secundum carnem. Pater est Dei, Dominus hominis. Vis nosse cui Pater est? Aequali sibi Filio. Apostolus dicit: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo.* Huic formae Pater est Deus, aequali sibi formae, unigenito Filio nato de substantia sua. Propter nos autem, ut reficeremur, et efficeremur participes divinitatis eius, reparati ad vitam aeternam, quia ipse, ut dixi, factus est particeps mortalitatis nostrae; quid de illo ait Apostolus ibi, ubi dixerat, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis Deo? Sed semetipsum,* inquit, *exinanivit, formam servi accipiens; in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo* (Phil 2,6-7). Erat autem in forma Dei aequalis Patri; et accepit formam servi, qua minor esset Patre. Unde utrumque dicit in Evangelio, et, *Ego et Pater unum sumus* (Io 10,30); et, *Quoniam Pater maior me est* (ib. 14,28). *Ego et Pater unum sumus,* secundum formam Dei; *Pater maior me est,* secundum formam servi. Ergo quia et Pater et Dominus est, Pater formae Dei, Dominus formae servi; dicat ergo ipse, nec miremur, nec scandalizemur, quia Filius Dei unicus dicit: *Domine, probasti me, et cognovisti me. Probasti, et cognovisti:* non quia non noverat, sed quia notum aliis fecerat. *Probasti me,* inquit, *et cognovisti me.*

4 [v.2]. *Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.* Quid hic sessio? quid hic resurrectio? Qui sedet, humiliat se. Sedit ergo

humilla. Luego el Señor se sentó en la pasión y se levantó en la resurrección. *Tú*—dice—*conociste* esto; es decir, tú lo quisiste, tú lo aprobaste; conforme a tu voluntad se llevó a cabo. Si queréis tomar aquí la voz de la Cabeza representando al Cuerpo, digamos también nosotros: *Tú conociste mi sesión y mi levantamiento.* El hombre se sienta cuando se humilla arrepintiéndose, pero se levanta, una vez perdonados los pecados, cuando se eleva en esperanza a la vida eterna. Por eso se dice también en otro salmo: *Levantaos después de haberos sentado los que coméis el pan del dolor.* Comen el pan del dolor los penitentes que cantan en otro salmo: *Mis lágrimas han sido para mí pan día y noche.* Luego ¿qué significa: *Levantaos después de haberos sentado?* No te ensalces si antes no te hubieres humillado. Muchos pretenden levantarse antes de sentarse; quieren aparecer justos antes de haberse confesado pecadores. Luego si tomáis como dicho por nuestra Cabeza: *Tú conociste mi sesión y mi levantamiento,* entendedlo como si hubiera dicho: "Tú conociste mi pasión y mi resurrección." Si lo tomas como consignado en representación de su Cuerpo, entiéndelo como si hubiera dicho: "Delante de ti confesaré mis pecados y por tu gracia fui justificado."

5 [v.3]. *Entendiste mis pensamientos de lejos, investigaste mi senda y mi término y previste todos mis caminos.* ¿Qué significa *de lejos?* Hallándome aún en la peregrinación, antes de llegar a la patria, tú conociste mi pensamiento. Atiende al hijo menor, puesto que también se hizo él Cuerpo de Cristo, es decir, Iglesia, que vino de los gentiles. El hijo menor había marchado

Dominus in passione, surrexit in resurrectione. *Tu,* inquit, hoc *cognovisti:* id est, tu voluisti, tu approbasti; secundum voluntatem tuam factum est. Si autem volueris accipere vocem capitis ex persona corporis, dicamus et nos, *Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.* Sedet enim homo, quando humiliat se in poenitentia; surgit autem remissis peccatis, quando erigitur in spem vitae aeternae. Propterea et in alio psalmo dicitur: *Surgite posteaquam sedistis, qui manducatis panem doloris* (Ps 126,2). Panem doloris poenitentes manducant, qui cantant in alio psalmo, et dicunt: *Factae sunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte* (Ps 41,4). Quid est ergo, *Surgite posteaquam sedistis?* Nolite exaltari, nisi humiliati fueritis. Multi enim volunt surgere, antequam sederint; volunt se iustos videri, antequam peccatores se esse confessi sint. Ergo si ex persona capitis nostri accipis, sic intellige: *Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam,* passionem meam et resurrectionem meam. Si ex persona corporis: *Tu cognovisti sessionem meam et ressurrectionem meam;* coram oculis tuis et peccata confessus sum, et tua gratia iustificatus sum.

5 [v.3]. *Intellexisti cogitationes meas de longinquo: semitam meam et limitem meum investigasti, et omnes vias meas praevidisti.* Quid est, *de longinquo?* Cum adhuc in peregrinatione sum, antequam ad illam patriam veniam, tu cognovisti cogitationem meam. Attende illum filium minorem; quia ipse etiam factus est corpus Christi, Ecclesia de Gentibus

a región lejana. Cierto padre de familia tenía dos hijos; el mayor estaba cerca, trabajaba en el campo, y simbolizaba a los santos, que ejecutan dentro de la ley los preceptos y las ordenanzas de ella. Por el contrario, el género humano, que se había inclinado al culto de los ídolos, se hallaba peregrinando lejos. ¿Qué cosa más lejos de Aquel que te hizo que el simulacro que te hiciste para ti? Marchó, pues, el hijo menor a región lejana, llevando consigo su hacienda; pero, como sabéis por el Evangelio, la malgastó viviendo licenciosamente con las meretrices; entonces, padeciendo hambre, se entregó al servicio de cierto príncipe de aquella región, el cual le dedicó a pastorear cerdos; en este oficio deseaba saciarse, y sin poder, de las bellotas que comían los cerdos. Después de tanto trabajo, quebranto, tribulación y miseria, se acordó de su padre y quiso volver, y dijo así: *Me levantaré e iré a mi padre. Me levantaré,* dijo; luego se había sentado. Reconoce aquí la voz del que dice: *Tú conociste mi sentarme y mi levantarme.* Se sentó en la indigencia, se levantó por el deseo de tu pan. *Entendiste de lejos mis pensamientos.* Había marchado lejos; pero ¿en dónde no se halla Aquel a quien había abandonado? *Entendiste mis pensamientos de lejos.* Por eso dice el Señor en el Evangelio que *salió el padre al encuentro del que venía,* y esto porque había entendido sus pensamientos de lejos. *Investigaste mi senda y mi término. Mi senda,* dice. ¿Cuál? La mala; la que anduvo aquél para apartarse del padre, como si pudiera ocultarse a los ojos del vengador; siendo así que, o no

veniens. Ierat quippe in longinquum filius minor. Duos enim filios habebat quidam paterfamilias: maior non longe ierat, sed in agro operabatur, et significat sanctos in Lege facientes opera et praecepta Legis. Genus autem humanum quod deflexerat in idolorum culturam, in longinquo fuerat peregrinatum. Quid tam longe ab eo qui fecit te, quam figmentum quod tibi ipse fecisti? Profectus est ergo filius minor in regionem longinquam, portans secum substantiam suam, et sicut novimus in Evangelio, dissipavit eam vivens prodige cum meretricibus; et famem passus applicuit se cuidam principi regionis illius; et ille cum porcis pascendis praeposuit, de quorum siliquis cupiebat saturari, nec poterat. Post laborem, et trituram, et tribulationem, et egestatem, venit illi in mentem pater, et voluit redire; et sic ait: *Surgam, et ibo ad patrem meum. Surgam,* dixit; sederat enim. Eius ergo vocem hic agnosce dicentis. *Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.* Sedi in egestate, surrexi in desiderio panis tui. *Intellexisti cogitationes meas de longinquo.* Longe enim eram profectus; sed ubi non est quem deserueram? *Intellexisti cogitationes meas de longinquo.* Propterea sic dicit Dominus in Evangelio, quia *occurrit illi pater venienti* (Lc 15,11-20). Vere, quia intellexerat cogitationes eius de longinquo. *Semitam meam et limitem meum investigasti. Semitam,* inquit, *meam:* quam, nisi malam, quam ille ambulaverat, ut patrem desereret, quasi occultus esse posset ab oculis vindicantis; aut vero in illa egestate contereretur, aut porcos pascere poneretur, nisi pater vellet flagellare longinquum, ut reciperat propinquum? Ergo tanquam

hubiera sido doblegado en aquella indigencia o no hubiera apacentado los puercos si el padre no hubiera querido castigarle de lejos para recibirle de cerca. Luego como fugitivo apresado, a quien sigue el legítimo castigo de Dios, que venga en nuestras inclinaciones por cualquier sitio que vayamos y a cualquier lugar que hubiéramos llegado, habla y dice: *Averiguaste mi senda y mi término.* ¿Cuál es mi senda? Aquella por la que anduve. ¿Cuál es mi término? Aquel adonde llegué. *Averiguaste mi senda y mi término.* Mi término lejano no fue lejano a tus ojos. Me aparté mucho, pero tú estabas allí. *Averiguaste mi senda y mi término.*

6 [v.4]. *Y previste todos mis caminos.* No dijo "viste", sino *previste.* Antes de andarlos, antes de caminar, los previste, y me permitiste que los anduviese en trabajos para que, si no quisiera sufrir, volviese a tus caminos. *Porque no hay dolo en mi lengua.* ¿Por qué dijo esto? Porque he aquí que te confieso que anduve mi camino alejándome de ti; me aparté de ti, con quien me iba bien, y mi propio bien fue un mal para mí sin ti. Pero, si me hubiera ido bien sin ti, quizá no hubiera querido volver a ti. Luego, confesando éste sus pecados y declarando que forma parte del Cuerpo justificado de Cristo, no por sí, sino por la gracia de Cristo, dijo: *No hay dolo en mi lengua.*

7 [v.5]. *He aquí, Señor, que tú conociste todas las cosas últimas y las antiguas.* Conociste mis cosas últimas cuando apacenté puercos, conociste mis cosas antiguas cuando recabé de ti la parte de mi herencia. Las cosas antiguas fueron para mí principio de los males últimos. Lo antiguo es el pecado que cometi-

deprehensus fugitivus, sequente se vindicta legitima Dei, vindicantis in affectiones nostras, quacumque ierimus et quocumque progressi fuerimus; tanquam ergo deprehensus fugitivus loquitur: *Semitam meam, et limitem meum investigasti.* Quid est, *semitam meam?* Qua profectus sum. Quid est, *limitem meum?* Quo usque perveni. *Semitam meam et limitem meum investigasti.* Limes meus ille longinquus non fuit longe ab oculis tuis: multum ieram, et tu ibi eras. *Semitam meam et limitem meum investigasti.*

6 [v.4]. *Et omnes vias meas praevidisti.* Non dixit, vidisti; sed, *praevidisti.* Antequam eas irem, antequam eas ambularem, praevidisti eas; et permisisti me in labore ire vias meas, ut si nollem laborare, redirem in vias tuas. *Quoniam non est dolus in lingua mea.* Quare hoc dixit? Quia ecce fateor tibi; ambulavi semitam meam, factus sum longinquus a te; discessi a te, cum quo mihi bene erat, et bono meo male mihi fuit sine te. Nam si mihi bene esset sine te, nollem forsitan redire ad te. Ergo iste confitens peccata sua, dicens corpus Christi iustificatum, non in se, sed in illius gratia, dixit, *Non est dolus in lingua mea.*

7 [v.5]. *Ecce tu, Domine, cognovisti omnia novissima et antiqua.* Cognovisti novissima mea, quando porcos pavi; cognovisti antiqua mea, quando a te partem substantiae meae expetivi. Antiqua mihi fuerunt exordia malorum novissimorum. Antiquum peccatum, quando lapsi su-

mos al caer, lo último es el castigo que se nos impuso al venir a parar a esta mortalidad desgraciada y dolorosa. ¡Y ojalá que sea ésta la última! Será la última si queremos volver. Pues hay otra última para los impíos, a quienes se dirá: *Id al fuego eterno, que se preparó para el diablo y sus ángeles.* Nosotros, hermanos, hasta aquí hemos abandonado a Dios. Nos baste ya el sufrimiento de la mortalidad de esta vida. Nos acordemos del pan de nuestro Padre, recordemos la felicidad de la casa solariega; no nos deleitemos con las bellotas de los puercos, con la doctrina del demonio. *He aquí, Señor, que tú conociste todas las cosas últimas y las antiguas: Las últimas,* adonde llegué; *las antiguas,* por las que te ofendí. *Tú me formaste y colocaste tu mano sobre mí.* Me formaste, ¿en qué? En esta mortalidad; para el dolor, para el cual todos nacemos. Nadie nace si Dios no le forma en el vientre de su madre. No existe criatura alguna de la cual no sea El Creador. Pero *me formaste* en este dolor *y colocaste tu mano sobre mí:* la mano vengadora que abruma al soberbio. Pues saludablemente echaste por tierra al engreído y levantaste al humilde. *Tú me formaste y colocaste tu mano sobre mí.*

8 [v.6]. *Se encumbró tu ciencia, (alejándose) de mí; se robusteció, y no podré acercarme a ella.* Esto es un tanto oscuro; pero se entenderá con sumo agrado; oíd atentos. El santo siervo de Dios Moisés, con quien Dios hablaba mediante la nube, puesto que, hablando temporalmente, hablaba con su siervo valiéndose de una criatura, es decir, no por su sustancia, sino sirviéndose

mus; novissima poena, quando in istam mortalitatem laboriosam periculosamque pervenimus. Atque utinam nobis ista sit novissima! Erit ista novissima, si iam redire voluerimus. Est enim alia quibusdam impiis novissima, quibus dicetur: *Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius* (Mt 25,41). Nos autem, fratres, huc usque deseruimus Deum: usque ad huius vitae mortalitatem sufficiat labor noster. Recordemur panem Patris nostri, recolamus beatitudinem domus patris nostri; non nos delectent siliquae porcorum, doctrinae daemoniorum. *Ecce tu, Domine, cognovisti omnia novissima et antiqua: novissima,* quo perveni; *antiqua,* ubi te offendi. *Tu finxisti me, et posuisti super me manum tuam. Finxisti me:* ubi? In ista mortalitate; iam ad labores, ad quos omnes nati sumus. Non enim quisquam nascitur, nisi quem Deus finxerit in utero matris suae; aut ulla creatura est cuius non est ille plasmator. Sed *finxisti me* in isto labore: *et posuisti super me manum tuam;* vindicem manum, gravantem superbum. Ita enim salubriter deiecit elatum, ut erigat humilem. *Tu finxisti me, et posuisti super me manum tuam.*

8 [v.6]. *Mirificata est scientia tua ex me: invaluit; non potero ad illam.* Aliquid quod obscurum quidem est, sed cum non parva dulcedine intelligitur, advertentes audite. Moyses sanctus Dei famulus, cum quo loquebatur Deus per nubem, quia temporaliter loquens utique per assumptam creaturam loquebatur servo suo; id est, non per substantiam

de alguna criatura corporal por la cual formase las voces que hieren los mortales y humanos oídos (conoció este modo de hablar de Dios). Pues así hablaba Dios entonces, no como habla en su sustancia. ¿Cómo habla en su sustancia? El habla de Dios es el Verbo de Dios, y el Verbo es Cristo. Este Verbo no suena ni pasa, sino que inmutablemente permanece Verbo, por el cual fueron hechas todas las cosas. A este Verbo, puesto que es la Sabiduría de Dios, se le dice: *Cambiarás todas las cosas y se cambiarán, mas tú siempre eres el mismo;* y en otro sitio, hablando la Escritura de la Sabiduría, dice: *Permaneciendo en sí misma, renueva todas las cosas.* Luego subsistiendo la Sabiduría, si es que debe decirse subsistiendo, ya que se dice atendiendo a la inmutabilidad, no a la inmovilidad, y hallándose siempre del mismo modo, sin variar de lugar ni de tiempo, pues en ninguna parte se halla de un modo aquí y de otro allí, en ningún lugar se encuentra de un modo ahora y de otro antes, ella es el habla de Dios. La locuela que se hacía a Moisés, se hacía a un hombre mediante sílabas, mediante sonidos que pasaban. No se hubieran hecho estas cosas si Dios no se hubiera servido de una criatura, por la cual emitiese de este modo la locución y las voces. El santo Moisés conocía que esta locución de Dios se hacía mediante algunas criaturas corpóreas, y por eso deseó y anheló ver el rostro de Dios; y, hablando con El, le dijo: *Si hallé gracia delante de ti, muéstrame a ti mismo.* Deseando esto ardientemente, con cierta, si puede decirse, amiga familiaridad, con la

suam, sed per assumptam aliquam corporalem creaturam, per quam voces illae fierent, et humanis atque mortalibus auribus personarent (Sic enim loquebatur tunc Deus, non quomodo loquitur in substantia sua). Quomodo enim loquitur in substantia sua? Locutio Dei, Verbum Dei est; Verbum Dei Christus est: Verbum illud non sonat et transit, sed semper incommutabiliter manet Verbum, per quod facta sunt omnia (Io 1,3). Cui Verbo dicitur (ipsa est enim et Sapientia Dei); *Mutabis ea, et mutabuntur; tu autem idem ipse es* (Ps 101,27-28): et alio loco de Sapientia cum Scriptura diceret: *In seipsa manens,* ait, *innovat omnia* (Sap 7,27). Illa ergo Sapientia stans (si dici debet vel stans: dicitur autem propter incommutabilitatem, non propter immobilitatem) et eodem modo se semper habens, nullo loco, nullo tempore variata, nusquam aliter quam hic aut ibi, nunquam aliter quam nunc aut antea, ipsa est locutio Dei. Locutio vero illa quae fiebat ad Moysen, ad hominem fiebat per syllabas, per transeuntes sonos. Non autem fierent ista, nisi Deus assumeret talem creaturam, per quam huiusmodi sermonem et voces emitteret): Moyses sanctus noverat istam locutionem Dei assumptis quibusdam corporeis creaturis fieri; et desideravit et concupivit videre ipsam speciem Dei, et loquenti secum Deo dixit: *Si inveni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum.* Cum hoc vehementer concupisceret, et hoc quadam, si dicendum est, amica familiaritate, qua ipse dignatus est, extorquere vellet Deo, ut videret eius maiestatem et faciem, quomodo dici

que él se dignó hablarle, quisiera forzar a Dios, a fin de ver su rostro y majestad, si es que puede decirse que Dios tiene rostro. Entonces Dios le contesta: *No puedes ver mi rostro, porque nadie ve mi rostro y vive después. Pero te colocaré en la cueva de piedra, y pasaré, y pondré delante de ti mi mano, y al pasar verás mis espaldas.* De estas palabras se origina otro enigma, es decir, cierto simbolismo oculto de cosas. *Al pasar verás mis espaldas,* dice Dios, como si por un lado tuviese rostro y por otro espaldas. Lejos de nosotros pensar algo semejante de aquella majestad. Porque quien piensa esto de Dios, ¿de qué le sirve que estén cerrados los templos de los paganos? Ya fabrica en su corazón un ídolo. Luego en estas palabras se encierran grandes misterios. Hablaba el Señor, como dije, mediante una criatura, como quería hablar a su siervo. En esta ocasión se percibe ya la persona del mismo Señor y Salvador nuestro Jesucristo. El cual, atendiendo a la forma de Dios, por la que es igual al Padre, del mismo modo es invisible a los ojos humanos que el Padre. Si la sabiduría humana no puede verse con los ojos humanos, la Virtud y la Sabiduría de Dios, ¿podrá verse con los ojos de la carne? Pero como era Señor que había de tomar a su debido tiempo la carne para que asimismo apareciese, cuando fuese necesario que apareciese, a los ojos carnales con el fin de curar interiormente la salud de la mente, prediciendo esto, dice figuradamente a Moisés: *No puedes ver mi rostro; verás mis espaldas,* pero cuando *pase.* Sin embargo, para que no veas mi rostro pondré mi mano delante de ti. ¿Qué fue el pasar del Señor? Lo que dice el evangelista: *Habiendo llegado la hora, Jesús pasa de este mundo al Padre.* Este paso o tránsito lo expresa la palabra *Pascha.* Lo que en hebreo se dice *Pascha,* en latín se dice *Transitus.* ¿Qué significa: *No verás mi rostro, pero verás mis espaldas?* ¿A quién personificaba Moisés cuando se le dijo: *No verás mi rostro,* sino: *Verás mis espaldas,* y esto *cuando pase;* mas, para que no veas mi rostro, *pondré delante de ti mi mano?* Llamó su rostro a sus principios, y en cierto modo sus espaldas, al tránsito de este mundo por su pasión. Se manifestó a los judíos; no le conocieron. Moisés los personificaba cuando se le decía: *No puedes ver mi rostro.* ¿Por qué no vieron a Dios presentado en carne? Porque sintieron sobre ellos el peso de la mano del Señor. De ellos dijo Isaías: *(Dios) entorpece el corazón de este pueblo y enturbia sus ojos.* También es la voz de ellos la que se oye en otro salmo: *Sentí el peso de tu mano sobre mí.* Luego para que no conociesen entonces la divinidad de Cristo, ya que, si la hubiesen conocido, jamás hubieran crucificado al Señor de la gloria, y si no le hubieran crucificado no hubiese redimido con su sangre el orbe terráqueo, ¿qué hizo Dios? Lo que dice el Apóstol: (ocultar) la sublimidad de las riquezas, de la sabiduría y ciencia de Dios en donde exclama: *¡Oh profundidad de las riquezas de la sabiduría y de la ciencia de Dios! ¡Cuán incomprensibles son sus juicios e investigables sus caminos! ¿Quién conoció la mente del Señor? ¿O quién fue su consejero? ¿O quién le dio primero y se le dará el pago? Porque de El, y por El, y en El son todas las cosas; a El la*

potest facies Dei; ait illi: *Non potes videre faciem meam: nemo enim vidit faciem meam, et vixit. Sed ponam te in spelunca petrae, et transibo, et ponam super te manum meam; cum autem transiero, posteriora mea videbis* (Ex 33,9-23). Et ex his verbis natum est alterum aenigma, id est obscura quaedam figura rerum. *Cum transiero, posteriora mea videbis,* dicit Deus; quasi ex alia parte habeat faciem, ex alia dorsum. Absit a nobis tale aliquid de illa Maiestate sentire. Nam qui hoc sentit de Deo, quid ei prodest quod templa clausa sunt? Idolum in corde suo fabricat. Sunt ergo in illis verbis magna mysteria. Loquebatur Dominus, ut dixi, per creaturam, quomodo vellet famulo suo. Intellecta est illic persona ipsius Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi. Qui quidem secundum formam Dei, qua aequalis est Patri, similiter oculis humanis invisibilis est, sicut et Pater. Si enim sapientia humana videri oculis non potest, Virtus et Sapientia Dei videri oculis carneis potest? Sed quia erat Dominus opportuno tempore carnem suscepturus, ut oculis etiam carneis propter salubritatem curandae intus mentis appareret, quando ita apparere opus esset; hoc praedicens Moysi figurate ait, *Faciem meam videre non potes; posteriora mea videbis,* sed *cum transiero:* ut autem non videas faciem meam, manus mea erit super te. Transire quid fuit Domino, nisi quod evangelista dicit, *Cum autem venisset hora, ut transiret Iesus de hoc mundo ad Patrem?* (Io 13,1). Nam ipsum transitum significat Pascha. Quod enim hebraico verbo dicitur Pascha, latine Transitus interpretatur. Quid est, *Faciem meam non videbis,* sed *posteriora mea videbis?* Cuius personam gerebat ille Moyses, quando ei dictum est, *Faciem meam non videbis,* sed *posteriora mea videbis,* et hoc *cum transiero:* ut autem non videas faciem meam, *ponam super te manum meam?* Faciem suam dixit, prima sua? et quodam modo posteriora sua, transitum de hoc mundo passionis suae. Apparuit Iudaeis; non eum cognoverunt. Eorum personam gerebat Moyses, quando ei dicebatur, *Faciem meam non potes videre.* Unde autem non viderunt Deum in carne positum? Quia gravata erat super eos manus Domini. De illis enim dixerat Isaias, *Incrassa cor populi huius, et oculos eius grava* (Is 4,10): et eorum vox est in alio psalmo, *Quoniam gravata est super me manus tua* (Ps 31,4). Ut ergo non cognoscerent tunc divinitatem Christi (si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriae crucifixissent [1 Cor 2,8] non crucifixo autem Domino, sanguis illius non redimeret orbem terrarum), quid egit Deus, nisi quod ait Apostolus, altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, ubi exclamat: *O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viae eius! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia; ipsi gloria in saecula saeculorum.*

gloria por los siglos de los siglos. El Apóstol dice esto porque anteriormente había dicho: *La ceguedad avino en parte a Israel hasta que entrase la plenitud de las gentes, y así se salvase todo Israel.* Luego en parte se cegaron los judíos debido a su soberbia, puesto que se creían justos; y, cegados, crucificaron al Señor. Colocó delante de ellos su mano para que no le conociesen mientras pasaba, es decir, mientras que iba de este mundo al Padre. Veamos si después de haber pasado vieron sus espaldas. El Señor resucitó; apareció a sus discípulos y a todos los que creían ya en El, pero no a aquellos por quienes fue crucificado, porque había puesto su mano delante de ellos hasta que pasase. Después de haber tratado por espacio de cuarenta días con sus discípulos, subió al cielo; y, cumplido el día cincuenta, el día de Pentecostés, les envió su santo Espíritu, y, llenos del Espíritu Santo, comenzaron a hablar las lenguas de todas las naciones los que habían nacido en una y una sola habían aprendido. Ante milagro tan estupendo, temieron y se estremecieron miles de aquellos que crucificaron al Señor. Compungidos por milagro tan grande, después que les fue anunciado Cristo, al ver que hombres ignorantes hablaban las lenguas de todos, pidieron consejo a los apóstoles sobre lo que debían hacer. Al anunciarles el apóstol San Pedro a Cristo, a quien desprecieron en la cruz y de quien se mofaron como de hombre mortal, a quien ultrajaron porque no bajaba de la cruz, siendo así que fue mayor portento levantarse del sepulcro que bajar de la luz, dijeron, anunciado Cristo: *¿Qué haremos?* Los que se ensañaron en Cristo,

Apostolus hoc dicit; quia superius dixerat: *Caecitas ex parte Israel facta est, ut plenitudo Gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret* (Rom 11,33-36.25-26). Excaecati sunt ergo ex parte Iudaei, merito superbiae suae, quia se iustos dicebant; et excaecati crucifixerunt Dominum. Posuit super eos manum suam, ne viderent eum, donec transiret, scilicet de hoc mundo ad Patrem. Videamus si posteaquam transiit, viderunt posteriora eius. Resurrexit Dominus, apparuit discipulis suis (Io 20,21) et omnibus qui in eum iam crediderant; non eis a quibus crucifixus erat, quia super illos manum posuerat, donec transiret. Ascendit autem in caelum, quadraginta diebus factis cum discipulis suis. Impleto autem die Pentecostes, misit eis Spiritum sanctum. Repleti Spiritu sancto, coeperunt omnium linguis loqui, qui in una nati erant, et unam solam didicerant. Expaverunt, et exhorruerunt tantum miraculum, millia eorum qui crucifixerant Dominum: compuncti corde de tanto miraculo, quaesierunt consilium ab Apostolis, quid facerent, posteaquam eis praedicatus est Christus, mirantibus unde idiotae homines linguis omnibus loquerentur. Per Petrum igitur apostolum annuntiato eis Christo, quem in cruce contempserant, quem tanquam mortalem hominem irriserant; cui propterea insultabant, quia de cruce non descendebat, cum utique maius multo fuerit quod fecit, de sepulcro resurgere, quam de cruce descendere: annuntiato ergo sibi Christo dixerunt, *Quid faciemus?* Illi

a quien veían, piden ahora consejo de salud; y se les dice: *Haced penitencia y se bautice cada uno de vosotros en el nombre de nuestro Señor Jesucristo, y se os perdonarán vuestros pecados.* He aquí que vieron las espaldas de Aquel de quien no pudieron ver el rostro, pues su mano se puso delante de sus ojos, no por siempre, sino hasta que pasó. Después de haber pasado, retiró la mano que tenía delante de sus ojos; y, apartada la mano de sus ojos, dicen a sus discípulos: *¿Qué haremos?* Primeramente fueron inhumanos, después piadosos; primeramente coléricos, después tímidos; primeramente duros, después flexibles; primeramente ciegos, después iluminados.

9. Pienso que reconoceremos en este salmo voces semejantes de gentiles que recuerdan su infidelidad, puesto que el Apóstol dice: *Dios encerró a todos en la incredulidad a fin de compadecerse de todos. Tú me formaste y colocaste tu mano sobre mí. Tu ciencia se encumbró, (alejándose) de mí; se robusteció, y no podré acercarme a ella.* Esto viene a ser el haber colocado tu mano delante de mí. Te hiciste maravilloso para mí; no te comprendo a ti, con quien estaba. ¡Qué afable me era el rostro del padre cuando dije: *Dame la herencia que me pertenece!* Pero ved que, habiendo marchado a región lejana y consumido por el hambre, dice: "Padezco demasiado; el dolor está ante mí; no puedo comprender lo que abandoné." *Tu ciencia se encumbró, (alejándose) de mí,* dice. Debido a mi pecado, aconteció que se encumbró, y fue incomprensible para mí, pues me era asequible contemplarte cuando por la soberbia no te había abandonado.

qui saevierunt in Dominum, quem videbant, iam consilium petunt salutis; et dictum est eis: *Agite poenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi; es dimittentur vobis peccata vestra* (Act 1,2). Ecce viderunt posteriora eius, cuius faciem videre non potuerunt. Manus enim eius erat super oculos eorum; non semper, sed donec transiret. Posteaquam transiit, abstulit manum ab oculis eorum: ablata manu ab oculis suis, dicunt discipulis, *Quid faciemus?* Primo saevi, postea pii; primo irati, postea timidi; primo duri, postea flexi; primo caeci, postea illuminati.

9. Puto quod agnoscamus et in hoc psalmo voces huiusmodi etiam Gentium recordantium infidelitatem suam. *Conclusit enim Deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur* (Rom 11,32). *Tu finxisti me, et posuisti super me manum tuam. Mirificata est scientia tua ex me: invaluit; non potero ad illam.* Veluti posuisti super me manum tuam: mirus mihi factus es; non te comprehendo cum quo eram. Quam facilis mihi erat vultus patris, quando dixi, *Da mihi substantiam meam, quae me contingit.* Ecce profecto in regionem longinquam et fame contrito (Lc 35, 12-17), multum mihi est, et labor est ante me; non possum percipere quod dimisi. *Mirificata est* enim, inquit, *scientia tua ex me.* Ex peccato meo factum est ut mirificata mihi esset, et incomprehensibilis mihi existeret. Nam erat mihi facilitas contemplandi te, quando non superbia

Tu ciencia se encumbró, (alejándose) de mí; se robusteció, y no podré acercarme a ella, pero sobrentiendes *por mí mismo.* No podré acercarme a ella por mí, ya que, cuando pudiere, no lo podré sino por ti.

10 [v.7]. Ve que hallas en la lejanía al fugitivo, que no puede ocultarse de la vista del que se alejó. ¿Y adónde irá aquel de quien se conoce el término? Oye lo que dice: *¿Adónde irá lejos de tu Espíritu?* El Espíritu del Señor llena toda la tierra. ¿Quién puede huir en el mundo de aquel Espíritu del que está lleno el mundo? *¿Adónde iré lejos de tu Espíritu y adónde huiré de tu rostro?* Busca un lugar adonde huir de la ira de Dios. ¿Qué lugar ha de recibir al que huye de Dios? Los hombres que reciben a los fugitivos, les preguntan de dónde han huido. Y, cuando ven que es un siervo de un señor poco potente, le reciben sin temor alguno, diciendo en su corazón: "Este no tiene un señor que pueda seguirle la pista." Sin embargo, cuando oyen que pertenece a un señor poderoso, o no le reciben o le reciben con gran temor, y hacen esto porque el hombre poderoso puede ser engañado. Pero ¿en dónde no está Dios? ¿Quién puede engañarle? ¿A quién no conoce? ¿De qué lugar no hace volver Dios a su fugitivo? ¿Luego adónde huirá este fugitivo de la presencia de Dios? Por eso se vuelve a un lado y a otro como buscando el lugar adonde huir.

11 [v.8]. *Si subiere al cielo*—dice—, *allí estás; si bajare al infierno, estás presente.* Por fin has conocido, ¡oh perverso fugitivo!, que de ninguna manera puedes apartarte del que intentaste alejarte. Ve que El está en todos los sitios. ¿Adónde has de huir (lejos de El)? Encontró, pues, el consejo, pero inspirado por aquel que se dignó volverle a llamar. *Si subiere al cielo, allí estás; Si bajare al infierno, estás presente.* Si me engrío, te hallo reprensor; si me oculto en el abismo, te encuentro inquisidor; y no sólo inquisidor, sino investigador. Si me ensoberbezco por mi justicia, allí estás tú, de quien procede la verdadera justicia. Si pecando caigo en el profundo de los males y desprecio arrepentirme, diciendo: "¿Quién me ve? ¿Quién se arrepintió estando en el infierno?", allí te hallas presente para vengarte. ¿Adónde iré que huya de tu rostro, es decir, que no te sienta airado?

12 [v.9]. "Hallé este consejo: huiré de tu rostro; huiré lejos de tu Espíritu; huiré del Espíritu castigador, del rostro vengador de este modo." ¿Cómo? *Si tomare mis alas hacia lo derecho y habitare en los confines del mar.* Así puedo huir de tu rostro. Si quiere huir del rostro de Dios yéndose a los confines del mar, ¿no estará allí Aquel del que huyó y del que dijo: *Si bajare al infierno, allí estás presente?* Es de extrañar que no esté en los confines del mar el que ni aun falta de los infiernos. "Pero conocí—dice—cómo he de huir de tu rostro. Tomaré mis alas y las dirigiré hacia el bien, no hacia el mal; de suerte que no me envaneceré presumiendo ni me sumergiré desesperándome." ¿Qué alas pretende tomar? Dos: los dos preceptos de la caridad, en los que se encierra toda la ley y los profetas. Si tomo estas alas y habito en los confines del mar, puedo huir de tu

reliqueram te. *Mirificata est scientia tua ex me: invaluit; non potero ad illam:* sed subaudis, *ex me. Non potero ad illam ex me.* Cum ergo potero, non potero nisi ex te.

10 [v.7]. Ecce invenis in longinquo fugitivum non latere oculos eius a quo fugit. Et quo iturus est iam, cuius limes est investigatus? Videte quid dicit: *Quo ibo a Spiritu tuo?* Spiritus enim Domini replevit orbem terrarum (Sap 1,7): quis potest fugere in mundo ab illo Spiritu, quo plenus est mundus? *Qua ibo a Spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam?* Locum quaerit quo fugiat ab ira Dei. Quis est locus recepturus fugitivum Dei? Homines qui suspiciunt fugitivos, quaerunt ab eis, a quo fugerint; et quem servum invenerint alicuius domini minus potentis, tanquam sine ullo timore suscipiunt, dicentes in corde suo: Non habet iste talem dominum a quo possit investigari. Cum autem audierint dominum potentem, aut non suscipiunt, aut cum magno timore suscipiunt: quia et homo potens falli potest. Ubi non est Deus? quis fallit Deum? quem non videt Deus? a quo fugitivum suum non repetit Deus? Quo ergo ibit fugitivus iste a facie Dei? Vertit se hac atque illac, quasi quaerens locum fugae suae.

11 [v.8]. *Si ascendero,* inquit, *in caelum, tu ibi es; si descendero in infernum, ades.* Tandem cognovisti, male fugitive, nullo pacto te posse fieri longe ab eo, a quo longinquare voluisti. Ecce ille ubique est: tu, quo iturus es? Invenit consilium, et hoc ab illo qui eum iam revocare dignatur inspiratum. *Si ascendero in caelum, tu ibi es; si descendero in infernum, ades.* Si me extulero, te invenio repressorem; si me abscondero, te invenio inquisitorem; et non inquisitorem tantum, sed et investigatorem. Si enim superbiero de iustitia mea, tu ibi es, cuius est vera iustitia. Si peccando venero in profundum malorum, et confiteri contempsero (Prov 18,3), dicens, *Quis me videt?* (Eccli 23,25) *in inferno* enim *quis confitebitur tibi?* (Ps 6,6) etiam illic ades, ut vindices. Quo ergo iturus sum, ut a facie tua fugiam, id est, iratum te non sentiam?

12 [v.9]. Hoc consilium invenit: Sic fugiam, inquit, a facie tua, sic fugiam a Spiritu tuo; ab ultore Spiritu, a vindice facie, sic fugiam. Quomodo? *Si recipiam pennas meas in directum, et habitabo in extrema maris:* sic possum fugere a facie tua. Si in extrema maris vult fugere a facie Dei, ibi non erit ille a quo fugit, de quo dixit, *Si descendero in infernum, ades?* Mirum si in extremis maris non est, qui nec apud inferos deest. Sed novi, inquit, quomodo fugiam ab ira tua. Recipiendae sunt pennae meae non in pravum, sed in directum, ut nec in superbam erigar praesumptionem, nec in perditam mergar desperationem. Quas pennas vult assumere, nisi duas alas, duo praecepta charitatis? In quibus duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae (Mt 22,40). Has, inquit, alas, has pennas si recipiam sic, et habitabo in extrema maris, possum

rostro a tu rostro: de tu rostro airado a tu rostro aplacado. ¿Cuál es el confín del mar? El fin del mundo. Poseyendo las dos alas de la caridad, volemos con la esperanza y el deseo hacia allí; no descansemos sino en el confín del mar. Porque, si anhelásemos en otra parte el descanso, nos precipitaríamos en el mar. Volemos hasta el confín del mar; nos sustentemos en el aire con las dos alas de la caridad. Volemos entre tanto con la esperanza hacia Dios y con esperanza constante reflexionemos en aquel confín del mar.

13 [v.10]. Ved quién nos conduce. El mismo de cuyo rostro airado intentamos huir. ¿Pues qué sigue? *Si bajare al infierno, allí estás presente. Si volviese a tomar mis alas hacia lo derecho. Si volviere a tomar,* dice; luego las había perdido. *Si volviere a tomar mis alas hacia lo derecho, habitaré en los confines del mar, pues allí me conducirá tu mano y me sostendrá tu derecha.* Meditemos esto, carísimos hermanos; nuestra esperanza sea nuestro consuelo. Volvamos a tomar, por el amor, las alas que habíamos perdido por la codicia. La codicia se convirtió en liga de nuestras alas; ella nos privó de la libertad de volar, es decir, de aquellas auras de libertad del Espíritu de Dios. De aquí que, anulados, perdimos las alas y en cierto modo caímos cautivos en poder de los cazadores. De aquí que nos redimió con su sangre Aquel de quien huimos al ser cogidos. El nos robustece las alas de sus preceptos, y así las extendemos ya sin la liga. No amemos el mar, sino volemos a los confines del mar. Nadie tiemble, pero nadie presuma de sus alas; porque, aun hallándo-

fugere a facie tua ad faciem tuam, a facie irati ad faciem placati. Quid enim est extremum maris, nisi finis saeculi? Illuc iam volemus spe et desiderio, habentes alas geminae charitatis: non sit nobis requies, nisi in extremo maris. Nam si alibi requiem voluerimus, in mare praecipitabimur. Volemus quo usque finiatur mare, suspendamus nos pennis geminae dilectionis: ad Deum interim spe volemus, et illum finem maris spe fideli praemeditemur.

13 [v.10]. Quis autem nos perducat, attendite: ille ipse cuius faciem irati volumus fugere. Quid enim sequitur? *Si descendero in infernum, ades. Si recipiam pennas meas in directum. Recipiam,* inquit: ergo amiserat. *Si recipiam pennas meas in directum, et habitabo in novissima maris. Etenim illuc manus tua deducet me, et adducet me dextera tua.* Hoc meditemur, fratres charissimi; haec sit spes nostra, haec sit consolatio nostra. Recipiamus pennas per charitatem, quas amissimus per cupiditatem. Cupiditas enim viscum facta est pennarum nostrarum; elisit nos de libertate aeris nostri, id est aurarum illarum liberarum Spiritus Dei. Inde elisi perdidimus pennas, et fuimus quodammodo captivati in aucupis potestate: inde nos sanguine suo redemit, quem fugimus ut caperemur. Nutrit nobis pennas de praeceptis sui; erigimus eas iam sine visco. Non amemus mare, sed volemus in extrema maris. Nemo trepidet; sed nemo de pennis suis praesumat: quia et pennatos nisi ipse erigat,

nos con las alas, si El no extiende, si El no conduce, nos precipitaremos en el mar cansados y fatigados por haber presumido de nuestras fuerzas. Es necesario que tengamos alas; y también lo es que El nos conduzca, pues es nuestro ayudador. Tenemos libre albedrío, pero con el mismo libre albedrío, ¿qué podemos si no nos ayuda el que manda? *Pues allí me conducirá tu mano y me sostendrá tu derecha.*

9. Illi autem *superbi absconderunt muscipulam:* quaesierunt supplantare gressus meos. Et quid fecerunt? *Et restes extenderunt muscipulas pedibus meis.* Quas restes? Notum est hoc verbum in Scripturis, et invenimus alibi quid significent restes. Dominus flagellum de resticulis fecit, unde expulit eos de templo, qui ibi male versabantur (Io 2,15); et significavit nobis quomodo intelligamus restes: quia: *Criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur* (Prov 5,22), dicit alia Scriptura; et aparte Isaias, *Vae iis qui trahunt peccata sicut restem longam!* (Is 5,18). Quare autem dicitur restis? Quia omnis peccator perseverans in peccatis suis, addit peccata peccatis, et cum deberet accusatione peccati sui corrigi, defensione duplicat quod confessione posset auferri, et plerumque aliis peccatis vult munitus esse propter illa quae commisit. Fecit adulterium, et ne occidatur, parat homicidium; addit peccato peccatum. Rursum si ei contigerit facere homicidium, iam qui unum crimen timebat, duo timet: et utique cum videat se plura timere, quam antea timebat, non cogitat minuere quod fecit, sed addere quod nondum fecit; quaerit forte et maleficium. Tria ecce habet. Inde iam quis cogitet? quis finiat restem peccatorum? Et optime dicitur restis: ut enim torqueatur restis, additur; et non adduntur recta fila, sed torta. Pravitas sibi connexa ducitur in longum, et non cogitat praecidere quod male texuit; sed addere, producere, in longum protendere: ut habeat in fine unde illi ligentur manus et pedes, et proiiciatur in tenebras exteriores (Mt 22,13). Haec autem peccata sua tendunt iustis, quando eis suadent facere mala quae ipsi faciunt. Ideo dixit, *Restes extenderunt muscipulas pedibus meis;* id est, de peccatis suis me deicere voluerunt. Et ubi hoc? *Iuxta semitas scandalum posuerunt mihi:* non in semitis, sed *iuxta semitas.* Semitae tuae, praecepta Dei sunt. Illi scandala iuxta semitas posuerunt; tu, noli recedere a semitis, et non irrues in scandala. Nec volo dicas: Et prohiberet illos Deus ponere mihi scandala iuxta semitas, et non ibi ponerent. Imo permisit Deus ponere scandala illos iuxta semitas, et tu non recedas a semitis. *Iuxta semitas scandala posuerunt mihi.*

10 [v.7]. Et quid restat? quod remedium inter tanta mala, in istis tentationibus, in istis periculis? *Dixi Domino, Deus meus es tu.* Illi homines sunt, et non mei; tu et Deus, et meus es. *Dixi Domino, Deus meus es tu.* Magna vox orationis; movet fiduciam. Numquid illorum non

oración; ella excita la confianza. ¿Por ventura no es Dios de ellos también? ¿De quién no es Dios el que es verdadero Dios? Sin embargo, propiamente es Dios de aquellos que gozan de El; que le sirven, que están sometidos a El de buen grado; pues los malos, aunque forzados, también le están sometidos. Los primeros se acercan a Dios, que los corona; los segundos huyen, estando sometidos a aquel que los condena. El inicuo, que no quiere tener al Señor por su Dios, ¿adónde huirá del Dios que es Dios de todos? Le es un bien convertirse al Dios de todos y hacerle suyo por la conversión, de suerte que, colocado entre los pecadores, seductores, hipócritas y soberbios, diga a Dios, a quien por su conversión le hizo su Dios: *Dije al Señor: "Tú eres mi Dios. Percibe con tus oídos, Señor, la voz de mi oración."* Esta es una sentencia sencilla y fácil de entender. Pero, con todo, agrada pensar por qué no dijo: "Percibe con tus oídos *mi oración*", sino que, manifestando más evidentemente el afecto de su ánimo, dice: *La voz de mi oración,* la vida de mi oración, el alma de mi oración; no lo que suena en mis palabras, sino aquello por lo que ellas viven. Los demás ruidos sin alma pueden llamarse sonidos, pero no voces. La voz es propia de los seres animados, de los seres vivos. ¡Cuántos oran a Dios que no perciben a Dios ni piensan bien de El! Estos pueden tener el sonido de la oración, mas no la voz, porque allí no hay vida. La voz de su oración era la de éste que vivía, que conocía a su Dios y veía por quién era librado y de quiénes.

11 [v.8]. Dirigiendo a los oídos de Dios la voz de su oración, diga: *Señor, Señor.* Tú, *Señor, Señor,* es decir, tú que eres verdaderísimo Señor; no como los señores hombres, no como los señores que compran con dinero, sino como Señor que compra con sangre. *Señor, Señor, fortaleza de mi salud,* esto es, que das fuerzas a mi salud. ¿Qué quiere decir *fortaleza de mi salud?* Que se lamentaba de los escándalos y de las insidias de los pecadores, de los hombres malignos, instrumentos del diablo, que ladraban y acechaban alrededor, entre los cuales forzosamente ha de pasarse la vida mientras vivimos aquí en esta peregrinación. La abundancia de estos futuros escándalos la predijo el Señor cuando dijo: *Abundará la iniquidad, y porque abundará se enfriará la caridad de muchos.* Pero a continuación declaró el consuelo: *El que perseverare hasta el fin se salvará.* Considerando el salmista en espíritu esta sentencia, temió, y, conturbado por la abundancia de la iniquidad, dirigió la mirada a la esperanza, porque el que *perseverare hasta el fin se salvará.* Se entregó en manos de la perseverancia y vio una vida larga; y como el perseverar es cosa grande y difícil, rogó, para conseguir la perfección de su perseverancia, al mismo que le mandó perseverar. Ciertamente que me salvaré si perseverare hasta el fin; pero la perseverancia, en cuanto a merecer la salud, pertenece a la fortaleza; mas tú eres la fortaleza de mi salud, tú me das la perseverancia para que llegue a la salud. *Señor, Señor, fortaleza de mi salud.* ¿Por qué confío que tú eres la fortaleza de mi salud? Porque *hiciste sombra sobre mi cabeza en el día de la lucha.* Ved que ahora lucho;

est Deus? Cuius enim non est Deus, qui est verus Deus? Sed tamen proprie eorum est, qui eo fruuntur, qui ei serviunt, qui libenter sub ipso sunt. Nam et mali quamvis inviti, sub ipso sunt. Illi appellant Deum, a quo coronentur; sub illo illi fugiunt, a quo damnentur. Et iniquus qui non vult habere Dominum Deum suum, quo fugiet Deum omnium? Bonum est illi ergo ut convertatur ad Deum omnium, faciatque illum conversione suum; et positus inter tales peccatores, seductores, hypocritas, superbos, dicat ad Deum, quem sui conversione sibi fecit Deum suum: *Dixi Domino, Deus meus es tu. Percipe auribus, Domine, vocem deprecationis meae.* Simplex quidem sententia est, et facilis ad intelligendum: sed tamen delectat forte cogitare quare non dixerit, Percipe auribus deprecationem meam; sed velut evidentius exprimens affectum animi sui, ait, *vocem deprecationis meae,* vitam deprecationis meae, animam deprecationis meae, non quod sonat in verbis meis, sed unde vivunt verba mea. Caeteri enim strepitus sine anima, soni dici possunt, voces non possunt: vox proprie animatorum est, vivorum est. Quam multi autem deprecantur Deum, et non sentiunt Deum, nec bene cogitant de Deo? Sonum deprecationis habere possunt, vocem non possunt; quia vita ibi non est. Huius qui vivebat, quia Deum suum intelligebat, et a quo liberaretur videbat, et a quibus liberaretur sentiebat, ipsa erat vox deprecationis eius.

11 [v.8]. Ipsam commendans auribus Dei dicat, *Domine, Domine.* Tu *Domine, Domine,* id est, tu verissime Domine, non quales domini homines, non quales domini qui emunt saccello; sed qualis Dominus qui emit sanguine. *Domine, Domine, virtus salutis meae:* id est, qui das vires saluti meae. Quid sibi vult, *virtus salutis meae?* Conquerebatur de scandalis et insidiis peccatorum, de circumlatrantibus et circuminsidiantibus malignis hominibus vasis diaboli, de superbis invidentibus iustis, inter quales necesse est vitam ducere, cum hic vivimus in peregrinatione nostra hac. Talia vero scandala abundantia futura Dominus praedixit, et ait: *Abundabit iniquitas, et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Sed adiunxit statim solatium: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Mt 24,12-13). Attendit iste, et timuit; et abundantia iniquitatum turbatus respexit spem: quia *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Extendit se perseverare, et vidit longam viam; et quia perseverare magnum est et difficile, ipsum oravit ad perfectionem perseverantiae suae, a quo illi iussum est ut perseveraret. Certe salvus ero, si perseveravero usque in finem; sed perseverantia ad virtutem pertinet, ut merear salutem: tu es virtus salutis meae, tu me facis perseverare, ut perveniam ad salutem. *Domine, Domine, virtus salutis meae.* Et unde spero quia tu es virtus salutis meae? *Obumbrasti super caput meum in die belli.* Ecce modo adhuc pugno: pugno foris contra fictos bonos, pugno intus contra concupiscentias meas; quoniam *video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me*

externamente combato contra los falsos buenos, e internamente contra mis concupiscencias, porque *veo una ley en mis miembros que milita contra la ley de mi mente y me tiene cautivo en la ley del pecado que se halla en mis miembros. ¡Miserable hombre yo!, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte? La gracia de Dios por Jesucristo, Señor nuestro.* Luego, esforzándose en esta batalla, echó una mirada a la gracia de Dios; y, como ya comenzaba a quemarse y secarse, encontró la sombra sobre la cual viviera: *Hiciste sombra sobre mi cabeza en el día del combate,* es decir, en el calor, para que no me fatigase ni me secase.

12 [v.9]. *No me entregues, Señor, al pecador atendiendo a mi deseo.* He aquí para qué me sirve tu sombra: para que no soporte el calor por mí mismo. Pero ¿qué me hará el pecador por mucho que se ensañe contra mí? Los inicuos se ensañaron en los mártires; los arrastraron, los encadenaron, los encarcelaron, los mataron a espada, los arrojaron a las bestias, los entregaron al fuego; todas estas cosas hicieron con ellos, pero no los entregó el Señor a los pecadores, porque no los entregó atendiendo a su deseo. Luego pide cuanto puedas que no te entregue el Señor al pecador atendiendo a tu deseo, pues tú por tu deseo das un puesto al diablo. Ve que el diablo te propuso el lucro y te invita al fraude. No puedes conseguir el lucro a no ser que cometas el fraude. El lucro es el cebo, el fraude el lazo. Mira el cebo de modo que veas también el lazo. No puedes conseguir el lucro si no cometes fraude; pero, si cometes fraude, eres atrapado. No digo que fuiste cogido porque has sido encon-

ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum (Rom 7,23-25). Igitur laborans in hoc bello, respexit ad gratiam Dei; et quia iam coeperat aestuare et arescere, tanquam umbram invenit, sub qua viveret: *Obrumbrasti super caput meum in die belli;* id est, in aestu, ne fatigarer, ne arescerem.

12 [v.9]. *Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori.* Ecce quo mihi valebit umbraculum tuum, ut aestum non patiar a meipso. Et quid mihi peccator faceret ille, quantumlibet saeviret? Saevierunt enim in martyres iniqui; traxerunt eos, catenis ligaverunt, carceribus incluserunt, gladio ferierunt, bestiis subrexerunt, ignibus consumpserunt: haec omnia fecerunt; sed non eos tradidit Deus peccatoribus, quia non sunt traditi a desiderio suo. Illud ergo ora, quantum potes, ut a desiderio tuo non te tradat Deus peccatori. Tu enim desiderio tuo locum diabolo das. Ecce enim diabolus proposuit lucrum, et invitavit ad fraudem: lucrum habere non potes, nisi fraudem feceris. Sed lucrum esca est, fraus laqueus. Sic attende escam, ut videas et laqueum: quia lucrum non potes adipisci, nisi fraudem feceris; fraudem autem si feceris, capieris. Non ideo dico, capieris, quia invenieris: aliquando enim non invenieris, sed ab hominibus; nunquid a Deo? Capieris, et traheris, et occideris. Omnis enim qui talia facit, perimit seipsum. Ibi est ergo esca, ibi est

trado. Algunas veces no eres encontrado, pero por los hombres. ¿Y por Dios? Por Dios eres encontrado, arrastrado y matado. Todo el que comete tales hechos se da muerte a sí mismo. Luego aquí está el cebo, aquí el lazo. Refrena el deseo, y no caerás en el lazo; porque, si te vence el deseo del cebo, te mete el cuello en el lazo y te atrapa el cazador de las almas. *No me entregues al pecador debido a mi deseo.* Por eso se sombrea el día de la lucha. El deseo engendra ardor, pero la sombra del Señor atempera el deseo para que podamos contenernos a donde éramos llevados; para no enardecernos de tal modo, que caigamos en el lazo. *Maquinaron contra mí; no me desampares, no sea que se ensoberbezcan.* En otro salmo lees: *Los que me oprimen se regocijarán si fuere conmovido.* Así también son éstos, porque así es también el diablo. Cuando seduce al hombre, se alegra, triunfa de él; se ensoberbece, porque te humilló. ¿Por qué fue humillado el hombre? Porque malamente se ensalzó. Con todo, aquel que triunfó del hombre será humillado. Así acontece a todos los que se regocijan en el mal; les parece que se glorían, se ensoberbecen, levantan la cerviz temporalmente. No os deleite su ensoberbecimiento; tienen el cebo y el anzuelo en la boca; en ella está aquello por lo que se deleitan y por lo que son arrastrados. *No me desampares, no sea que se ensoberbezcan,* es decir, no triunfen de mí, no se gocen de mí.

13 [v.10]. *La cabeza de su rodeo, el trabajo de sus labios, los cubrirá.* "A mí me cubrirá—dice—la sombra de tus alas; me hiciste sombra en el día del combate." A ellos, ¿qué les cubrirá? *La cabeza de su rodeo,* esto es, la soberbia. ¿Qué significa *de su*

et laqueus; frena desiderium, et non cades in laqueum: si autem vicerit te desiderium escae, mittit tibi collum in laqueum, et capiet te auceps animarum. *Ne tradas me a desiderio meo peccatori.* Inde inumbratur in dei belli. Desiderium enim aestus facit; umbraculum autem Domini temperat desiderium, ut possimus refrenare quo rapiebamur, ut non ita exaestuemus, ut ad laqueum perducamur. *Cogitaverunt adversum me; ne derelinquas me, ne forte exaltentur.* Habes alio loco: *Qui me premunt exsultabunt si motus fuero* (Ps 12,5). Tales sunt et isti, quia talis est et ipse diabolus. Quando seduxerit hominem, gaudet, triumphat de illo; exaltatur ipse, quia ille humiliatus est. Quare autem ille humiliatus est? Qui male exaltatus fuit: et ille qui de illo triumphat, humiliabitur. Tales sunt enim omnes qui gaudent de malo; videntur sibi ad tempus gloriari, superbire, cervicem erigere. Non vos delectet exaltatio eorum; escam habent in faucibus et hamum: ibi est quo delectantur, ibi est quo trahuntur. *Ne derelinquas me, ne forte exaltentur:* id est, non de me triumphent, non de me gaudeant.

13 [v.10]. *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum teget eos.* Me, inquit, umbra alarum tuarum teget: obumbrasti enim mihi in die belli. Ipsos quid teget? *Caput circuitus eorum:* ipsa est superbia. Quid est, *circuitus ipsorum?* Ut circumeant, et non stent; in gyrum eant erro-

rodeo? Que darán vueltas y no permanecerán, caminarán en el giro del error; en él el camino no tiene fin. El que camina en línea recta, comienza en un sitio y termina en otro; el que camina en círculo, jamás termina. Y éste es el trabajo de los impíos, el cual se declara evidentemente en otro salmo: *Los impíos andan en círculo.* Pero la cabeza de su círculo es la soberbia, *porque el comienzo de todo pecado es la soberbia.* ¿Cómo es también la soberbia *el trabajo de sus labios?* Porque todo soberbio finge, y el que finge es mendaz. Los hombres trabajan o se esfuerzan al hablar mentira; sin embargo, expresarían con suma facilidad la verdad. El que finge al hablar, trabaja. El que quiere decir la verdad, no se esfuerza, pues la misma verdad se declara sin esfuerzo. Luego el salmista dijo esto del hombre a Dios: *A mí me cubrirá tu sombra, a ellos les cubrirá su mentira;* y su misma mentira es el trabajo de sus labios. *Ved que parió injusticia; concibió dolor y parió iniquidad.* En toda obra mala hay trabajo. Toda obra mala que se piensa tiene por guía a la mentira, pues no hay verdad sino en la buena obra. Y como en la mentira trabajan todos, ¿qué clama la Verdad? *Venid a mí todos los que estáis trabajados y sobrecargados, y yo os aliviaré.* Esta es la voz que clama en otro salmo a los que trabajan: *Hijos de los hombres, ¿hasta cuándo seréis de corazón pesado? ¿Por qué amáis la vanidad y buscáis la mentira?* Oye claramente en otro sitio el trabajo que hay en la mentira: *Enseñaron a sus lenguas a hablar mentira y trabajaron para obrar inicuamente. La cabeza de su rodeo (que es) el trabajo de sus labios, los cubrirá.*

ris, ubi iter est sine fine. Qui enim in longum it, alicunde incipit, alicubi finit: qui in gyrum it, nusquam finit. Ipse est labor impiorum, qui demonstratur in alio psalmo evidentius: *In circuitu impii ambulant* (Ps 11,9). Sed circuitus eorum caput, superbia est; quia initium omnis peccati superbia (Eccl 10,15). Unde autem superbia *labor labiorum ipsorum?* Omnis enim superbus fictus est, omnis fictus mendax. Laborant homines loqui mendacium: nam veritatem tota facilitate loquerentur. Ille enim laborat qui fingit quod dicit. Nam qui verum vult dicere, non laborat: ipsa enim veritas sine labore loquitur. De homine ergo hoc dixit Deo: Me proteget umbraculum tuum; ipsos teget mendacium ipsorum: sed ipsum mendacium ipsorum, labor est labiorum ipsorum. *Ecce parturivit iniustitiam, concepit dolorem, et peperit iniquitatem* (Ps 7,15). In omni enim opere malo labor est, et omne opus malum cogitatum, mendacium ducem habet. Non enim est veritas, nisi in opere bono. Et propterea quia omnes laborant in mendacio, Veritas quid clamavit? *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (Mt 11,28). Ipsa est vox clamans ad laborantes in alio psalmo: *Filii hominum usquequo gravi corde? utquid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?* (Ps 4,3). Aperte audi alio loco laborem in mendacio: *Docuerunt linguas suas loqui mendacium; ut inique agerent laboraverunt* (Ier 9,5). *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum teget eos.*

14 [v.11]. *Caerán sobre ellos en la tierra carbones de fuego, y los echarás por tierra.* ¿Qué significa *en la tierra?* Aquí, aún en esta vida. Aquí *caerán sobre ellos carbones de fuego, y los derrumbarás.* ¿Cuáles son estos carbones de fuego? Conocemos los carbones terrenos. ¿Acaso son éstos unos, y otros distintos aquellos sobre los que he de hablar? Veo que éstos sirven de castigo, y aquellos que he de recomendar, de salud. Cuando el hombre pedía socorro contra la lengua engañosa, se dijo de ciertos carbones: *¿Qué se te dará o qué se te añadirá por la lengua engañosa? Saetas agudas de valiente con carbones devastadores,* es decir, palabras de Dios que atraviesan el corazón, que destruyen la vejez y engendran el amor; prototipos de hombres que habían muerto y revivieron, que eran negros y se convirtieron en fulgor. Los carbones son oscuros, lo indica su color. Pero, al acercarse a ellos la llama de la caridad y al revivir estando muertos, oigan al Apóstol, que les dice: *Fuisteis en algún tiempo tinieblas, mas ahora luz en el Señor.* Estos son, hermanos, los carbones que contemplamos cuando, al ser atravesados por la saeta (por la palabra) de Dios, intentamos mudar de vida y nos lo impiden las malas lenguas de los hombres, de las cuales se quejaba ahora aquí, pretendiendo apartarnos del camino de la verdad e inducirnos más bien a sus errores y decirnos que, si lo hemos prometido, no lo cumpliremos. Ponemos la mirada en aquellos carbones, y vemos que quien ayer era borracho, hoy es sobrio; quien ayer era adúltero, hoy es casto; quien ayer era ladrón, hoy es dadivoso. Todos éstos son carbones de fuego. Se acerca el

14 [v.11]. *Decident supra eos carbones ignis in terra, et deiicies eos.* Quid est, *in terra?* Hic, adhuc in hac vita; hic *supra illos decident carbones ignis, et deiicies eos.* Qui sunt *carbones ignis?* Novimus istos carbones. An alii sunt isti, et alii illi de quibus dicturi sumus? Istos enim video ad poenam valere; illos autem quos commemoraturus sum, ad salutem. Dictum est enim de quibusdam carbonibus, cum homo peteret adversum linguam subdolam auxilium: *Quid detur tibi, aut quid adiicietur tibi ad linguam subdolam? Sagittae potentis acutae, cum carbonibus vastatoriis* (Ps 119,3-4): id est, verba Dei cor transfigentia, et vetustatem perimentia, amoremque gignentia; et exempla hominum qui mortui erant et revixerunt, et nigri erant, et fulgentes effecti sunt. Carbones enim tenebrae sunt; color indicat. Sed cum ad eos accesserit flamma charitatis, et ex mortuis revixerint, audiant ab Apostolo: *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino* (Eph 5,8). Ipsi sunt carbones, fratres, quos intuemur, quando volumus mutare vitam transfixi sagitta Dei, et impediunt nos malae linguae hominum, de qualibus hic modo querebatur; et volunt seducere a via veritatis, potiusque inducere ad errores suos, et dicere nobis quia si professi fuerimus, non implebimus. Attendimus carbones illos. Qui erat heri ebriosus, hodie sobrius est; qui erat heri adulter, hodie castus est; qui erat heri raptor, hodie largitor: omnes isti carbones ignis sunt. Accedunt exempla carbo-

ejemplar del carbón a las heridas producidas por las saetas, pues no temeré hablar de heridas, siendo así que exclama la esposa: *Estoy herida por la caridad,* y allí tiene lugar la devastación del heno, por lo cual se llaman devastadores los carbones. Se consume el heno, pero se purifica el oro; y el hombre cambia la muerte en vida, y comienza él mismo a ser también carbón ardiente. El Apóstol, que primeramente fue perseguidor, y blasfemo, y malhechor, era carbón negro y apagado; pero, al conseguir la misericordia, fue encendido desde el cielo, ya que le encendió la voz de Cristo, y así desapareció de él toda negrura y comenzó a encenderse inflamado por el espíritu con que fue encendido. Luego ¿hemos de entender aquí que se trata de los carbones de fuego que caen sobre los malos y los derriban? Sin duda, nada nos impide entenderlo así. Veo que comienza aquí a vislumbrarse una sentencia probable y aceptable. Entiendo que estos carbones caen sobre éstos para derribarlos. Caen sobre unos para encenderlos, y sobre otros para derribarlos, pues el mismo carbón decía: *Para unos somos olor de muerte en muerte, y para otros, olor de vida en vida.* Pues ven a los justos inflamados en el espíritu, brillantes por la luz, y envidiándolos caen; esto es el caer sobre ellos los carbones de fuego en la tierra y ser derribados. ¿Qué significa *en la tierra?* Que aún se hallan en esta vida y que, exceptuando la pena que se reserva para los impíos, estos carbones los derriban antes que llegue el fuego eterno, pues *caerán sobre ellos en la tierra carbones de fuego, y los derribarán. En las desgracias no subsistirán.* Se les presenta la desgracia, y no

num ad vulnus sagittarum (non enim timeam dicere vulnus, cum clamet ipsa sponsa: *Vulnerata charitate ego sum* [Cant 2,5, sec. LXX], et fit ibi vastatio feni; propter quod et dicuntur carbones vastatorii. Vastatur fenum, sed purgatur aurum; et mutat homo ex morte vitam, et incipit esse etiam ipse carbo flagrans: qualis carbo erat Apostolus, qui prius fuit persecutor et blasphemus et iniuriosus, niger et exstinctus; misericordiam vero consecutus (1 Tim 1,13), accensus est de caelo: vox Christi accendit illum; periit in eo tota nigritudo, coepit fervens spiritu quo accendebatur, accendere. Tales ergo et hic intellecturi sumus carbones ignis, qui cadunt super istos malos, et deiiciunt illos? Plane non prohibemur hunc habere intellectum. Video hic nobis elucescere non improbabilem et irreprehensibilem sententiam: intelligo illos carbones cadere super istos, ut deiiciantur. In alios enim veniunt, ut accendantur; in alios, ut deiiciantur: ipse enim carbo dicebat, *Quibusdam sumus odor mortis in mortem, quibusdam sumus odor vitae in vitam* (2 Cor 2,16). Vident enim iustos flammantes spiritu, candentes luce, et eis invidendo cadunt; hoc est quod supervenient illis carbones ignis in terra, et deiicientur. Quid est, *in terra?* Adhuc hic sunt in hac vita; excepta illa poena quae servatur impiis, carbones isti illos deiiciunt, antequam veniat ignis aeternus: *Decident super eos carbones ignis in terra, et deiicient eos. In miseriis non subsistent.* Venit illis miseria et non tolerant: iustus

la soportan; por el contrario, el justo subsiste, permanece impertérrito, como permaneció el que dijo: *...pero aún más nos gloriamos en las tribulaciones, sabiendo que la tribulación labra paciencia; la paciencia, prueba; la prueba, esperanza; la esperanza no sonroja, porque la caridad de Dios se difundió en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado.* Por el contrario, cuando les sobreviene a aquéllos alguna desdicha, alguna desgracia, no subsisten, caen. Pues, cuando soportan tribulaciones de esta clase, no pueden tolerarlas, y caen en perversas iniquidades, porque se entrega al pecador a su inicuo deseo.

15 [v.12]. *El varón hablador no será encauzado en la tierra.* El hombre locuaz ama la mentira. Todo su placer es hablar; y, cuando habla, no atiende a lo que dice. Por eso no puede ser encauzado. ¿Cuál debe ser el siervo de Dios encendido con estos carbones y hecho él carbón saludable? ¿Cuál debe ser? Varón que prefiera más oír que hablar, según se escribió: *Sea el hombre pronto para oír y tardo para hablar,* y, si pudiera suceder, desee no tener necesidad de hablar, de exponer y de enseñar. Ved, hermanos míos, lo que digo a vuestra caridad; os hablo ahora para enseñaros. ¡Cuánto mejor sería que todos supiésemos y nadie enseñase a otro, de suerte que no hubiese algunos que hablasen y otros que oyesen, sino que todos oyesen al único a quien se dice: *Alegrarás y regocijarás a mi oído!* De aquí que San Juan Bautista no se alegraba tanto porque predicaba y hablaba, sino más bien porque oía, pues dice: *El amigo del esposo está atento, y le oye y se regocija en gran manera por la voz del*

autem subsistit; quomodo ille subsistit, qui dicit, *Sed etiam gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem; spes autem non confundit: quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (Rom 5,3-5). At vero super illos cum ceciderit aliqua pressura, aliqua miseria, non subsistunt; cadunt. Quando enim tales patiuntur huiusmondi pressuras, non valent tolerare, decidunt in iniquitates malas; quia traduntur a desiderio suo peccatori.

15 [v.12]. *Vir linguosus non dirigetur super terram.* Vir linguosus amat mendacia. Quid enim illi est voluptas, nisi loqui? Non enim attendit quid loquatur, dum loquatur. Non potest fieri ut iste dirigatur. Qualis ergo esse debet servus Dei, accensus illis carbonibus, et ipse carbo salutaris effectus? qualis esse debet? Ut magis optet audire quam dicere, sicut scriptum est, *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum* (Iac 1,19): et, si fieri potest, hoc cupiat, non habere necessitatem loquendi, et dicendi, et docendi. Ecce enim dico Charitari vestrae: fratres mei, loquimur nos modo ad vos, ut aliquid doceamus vos: quanto melius, omnes sciremus, et nemo doceret alterum; ut non esset alius loquens, alius audiens, sed omnes audientes unum illum cui dicitur, *Auditui meo dabis exsultationem et laetitiam?* (Ps 50,10) Unde et ille Ioannes, non tam gaudebat quia praedicabat, et quia loquebatur;

esposo. Por tanto, hermanos míos, brevemente he dicho a vuestra caridad en qué debe probarse cada uno de vosotros; no en no hablar, sino en que cada uno hable en razón de la exigencia del oficio. Por propia voluntad se goce en el silencio, por necesidad exponga la palabra de enseñanza. ¿Cuándo es necesaria la palabra de enseñanza? Cuando tienes delante a un ignorante, cuando está ante ti un indocto. Si te agrada enseñar siempre, siempre quieres tener ante ti a un indocto; por el contrario, si eres amigo de hacer bien y quieres que todos sean doctos, no querrás tener a quién enseñar siempre, y, por tanto, no querrás ejercitarte en la declaración de tu doctrina sino cuando seas acosado por la necesidad. Regocíjate oyendo a Dios; que la necesidad te impela a hablar, y de este modo no serás varón locuaz, para que seas encauzado. ¿Por qué quieres hablar y no oír? Siempre quieres estar fuera y rehúsas estar dentro. El que te enseña está dentro. Cuando tú enseñas, sales fuera a los que están afuera. En el interior oímos la verdad, pero hablamos a los que están fuera de nuestro corazón. Lo que a ellos les decimos de ciertas cosas que pensamos y que tenemos en el corazón, se lo declaramos según cierta imagen que tenemos impresa de estas cosas. Si ellos estuviesen por completo en el interior, sabrían en verdad qué había en nuestro corazón, y, por tanto, no tendríamos necesidad de hablarles. Si te deleita hablar, ve no te hinches externamente, no suceda que no puedas entrar por la puerta angosta y no te pueda decir tu Dios: *Entra en el gozo de tu Señor,* sino que te diga, puesto que se hallaba fuera lo que amaste: *Ligadle de pies*

sed gaudebat quia audiebat: ait enim, *Amicus autem sponsi stat, et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi* (Io 3,29). Itaque, fratres, cito dixerim Charitati vestrae, ubi unusquisque probet se: non ut non loquatur, sed ut de illo locutionis officium exigat; gaudium autem taciturnitatis habeat in voluntate, vocem doctrinae in necessitate. Quando enim opus est voce doctrinae? Quando pateris imperitum, quando pateris indoctum. Si semper te delectat docere, semper vis habere imperitum quem doceas: si autem benevolus es, et vis omnes doctos esse, non vis semper habere quos doceas; et non erit in voluntate exercitatio vel probatio doctrinae tuae, sed in necessitate. Gaudium tibi sit in auditione Dei, necessitas tibi sit in locutione tua; et non eris vir linguosus, ne non dirigaris. Quare vis loqui, audire non vis? Semper foras exis, intro redire detrectas. Qui enim te docet, intus est: quando tu doces, tanquam foras exis ad eos qui foris sunt. Ab interiore enim audimus veritatem, et ad eos qui foris a nostro corde sunt, loquimur. Quod enim dicimur eos in corde habere de quibus cogitamus, secundum quamdam imaginem dicimur, quam de illis habemus impressam. Nam si omnino intus ipsi essent, scirent utique quid in corde nostro esset; atque ita ut eis loqueremur, opus non esset. Si autem hoc te delectat quod foris agis; vide ne tumescas foris, et non possis redire per angustam, et non possit tibi dicere Deus tuus, *Intra in gaudium Domini tui:* sed dicat tibi, quia forin-

y manos y arrojadle a las tinieblas exteriores. Al declarar que es malo ser arrojado al exterior, manifiesta que es bueno entrar al interior. Porque ¿qué dijo al siervo bueno? *Entra en el gozo de tu Señor.* ¿Y al malo? *Arrojadle a las tinieblas exteriores.* Luego amemos más las cosas interiores que las exteriores. Nos regocijemos de las cosas internas y no nos entreguemos por voluntad, sino por necesidad, a las externas. *El varón locuaz no será encauzado en la tierra.*

16. *Al varón injusto le atraparán los males para su perdición.* Le sobrevendrán males, y no resistirá; por eso dijo: *Le atraparán para su perdición.* A muchos buenos, a muchos justos, les sobrevienen males, aconteciendo entonces como si los atrapasen los males. Por esto dijo: *Le atraparán o cazarán,* ya que todo hombre procura esquivar el mal; pero, cuando es encontrado por el mal, viene a ser como cazado. ¿Por ventura solamente los malos huyen de los malos cuando son buscados por los malos? ¿No se dijo también a los buenos: *Si os persiguieren en una ciudad, huid a otra?* Luego cuando los malos persiguen a los buenos, esto es, a nuestros mártires; cuando llegaron a apresarlos, los cazaron, pero no para perdición. Se apresó la carne y se coronó el alma; se arrojó al alma de la carne; pero, con todo, nada aconteció a la carne que la perjudicase en adelante. La carne fue herida, despedazada, quemada. ¿Por ventura fue arrebatada al Creador porque se entregó a manos del perseguidor? El que la creó no siendo nada, ¿no la restablecerá con más facilidad de lo que era? Luego siempre que los justos son cogidos, ciertamente son

secus erat quod amasti, *Ligate ei manus et pedes, et mittite eum in tenebras exteriores* (Mt 22,13). Ubi enim ostendit malum esse mitti exterius, ibi ostendit bonum esse intrare interius. Nam servo bono quid dixit? *Intra in gaudium Domini tui.* Malo autem servo, *Proiicite illum in tenebras exteriores* (ib. 25,21.23.30). Non ergo amemus magis exteriora, sed interiora: de interioribus gaudeamus; in exterioribus autem necessitatem habeamus, non voluntatem. *Vir linguosus non dirigetur super terram.*

16. *Virum iniustum mala venabuntur in interitum.* Veniunt mala, et non subsistit; ideo dixit, *Venabuntur in interitum.* Multis enim bonis, multis iustis evenerunt mala; et tanquam invenerunt eos mala. Nam ideo dixit, *Venabuntur,* quia unusquisque abscondere se vult a malo: sed cum invenitur a malo, quasi factus est in venationem. Numquid autem soli mali fugiunt a malis, quando quaeruntur a malis? Nonne et bonis dictum est: *Si vos persecuti fuerint in hac civitate, fugite in aliam?* (ib. 10,23). Ergo quando mali persequebantur bonos, id est martyres nostros, cum eos comprehenderunt, venati sunt eos; sed non ad interitum. Pressa est enim caro, coronata est anima; et eiecta est anima de carne, nec carni aliquid factum est quod obesset in posterum. Incensa sit caro, percussa sit caro, laniata sit caro; numquid ideo subtracta est Creatori, quia data est in manus persecutoris? Ille qui creavit ex eo quod

cazados por los malos, pero no para perdición. Por el contrario, los que no son encauzados y son locuaces, son cazados por los malos para perdición. ¿Por qué? Porque *no resistirán en las desgracias.*

17 [v.13]. *Conocí que el Señor hará justicia al indigente.* Este menesteroso no es locuaz. El locuaz es rico en deseos, desconoce el hambre. Son menesterosos aquellos a quienes se dice: *Llamad, y se os abrirá; buscad, y encontraréis; pedid, y se os dará.* Es menesteroso aquel de quien se dice: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.* Estos gimen entre los escándalos de los malos, y piden a su Cabeza que los libre del hombre maligno, que los saque de las manos de los injustos. Luego éstos son aquellos de quienes el Señor no descuida su causa; y, si ahora soportan angustias, aparecerá su gloria cuando se manifieste su Cabeza. A estos establecidos aquí se les dice: *Estáis muertos, pero vuestra vida se halla escondida con Cristo en Dios.* Luego somos pobres, nuestra vida se halla escondida en Dios; pidamos, pues, el pan. Cristo es el pan vivo que descendió del cielo. El que nos restaura y sustenta en el camino, nos saciará en la patria. Ahora, pues, para que continuemos subsistiendo, somos reparados. Se necesita que tengamos hambre hasta que seamos saciados. *Conocí que el Señor hará justicia al indigente.* El salmista está seguro que el Señor hará justicia al indigente y que atenderá la causa de los pobres. Por esto, muestra

non erat, non reparabit melius quam erat? Ergo quandocumque capti sunt iusti, venati sunt illos quidem mali, sed non ad interitum. At vero illi qui non dirigentur et linguosi sunt, mala eos venabuntur ad interitum. Quare? Quia *in miseriis non subsistent.*

17 [v.13]. *Cognovi quia faciet Dominus iudicium egentis.* Egens iste non est linguosus: qui enim linguosus est, abundare vult, esurire nescit. Illi autem egentes sunt, quibus dicitur, *Pulsate, et aperietur vobis; quaerite, et invenietis; petite, et dabitur vobis* (Mt 7,7): ille egens est, de quo dicitur, *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (ib. 5,6). Gemunt inter scandala malorum, ipsi precantur ad caput suum, ut eruantur ab homine malo, et ab homine maligno liberentur, et de manibus iniustorum eruantur. Ipsi ergo sunt quorum causam Dominus non negliget: et si modo pressuras patiuntur, apparebit gloria ipsorum, cum apparuerit caput ipsorum. Talibus enim hic constitutis dicitur, *Mortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (Col 3,3). Ergo pauperes sumus, abscondita est vita nostra; clamemus ad panem: est enim panis vivus qui de caelo descendit (Io 6,41); et qui in via reficit nos, in patria saturabit nos. Modo enim, ut duremus, reficimur: nam necesse est esuriamus, quoadusque satiemur. *Cognovi quia faciet Dominus iudicium egentis.* Certus erat iste *quoniam faciet Dominus iudicium egentis, et causam pauperum.* Ostendet iniquis quo-

a los inicuos de qué modo ama Dios a sus justos y declara a los ricos cómo ama a sus pobres. Llamó ricos a los soberbios, llamó pobres a los humildes; llamó ricos a los que no buscan pensando en su abundancia, llamó pobres a los que suspiran debido a su deseo. El Señor mira por el bien de éstos.

18 [v.14]. *Mas los justos alabarán tu nombre.* Cuando atiendes a su causa y miras por su justicia, alabarán tu nombre, no atribuyendo nada a sus méritos, sino todo a tu misericordia. *Mas los justos alabarán tu nombre.* Y como alabarán tu nombre, ¿qué ha de hacerse para que encaucen el corazón, puesto que, por muy justos que sean, no han de tomar para sí nada de lo suyo, no han de atribuirse nada de lo suyo, ya que, cuando se dirigen hacia sí, tuercen el corazón; pero, cuando ponen la mirada en el Señor, lo enderezan? ¿Y en dónde se hallará el placer, el descanso, el gozo, la felicidad? ¿Acaso en sí? No, sino en Aquel en quien son luz. *Ahora sois luz en el Señor,* dijo el Apóstol. Por tanto, atiende a lo que sigue, ve cómo concluye: *Los rectos habitarán en tu presencia.* Les fue mal al recrearse en sí; al recrearse en ti les irá bien. Cuando amaron su ser, comieron el pan con el sudor de su rostro. Retrocedan, y, enjugando el sudor, terminados los trabajos, desaparecido el llanto, se les presentará tu rostro, colmando sus anhelos. Ya no buscarán más, porque no tendrán cosa mejor; ya no te abandonarán ni les abandonarás. En efecto, ¿qué se dijo del Señor después de la resurrección? *Me llenarás de alegría con tu rostro.* Sin su rostro o su presencia,

modo diligit iustos suos; ostendet divitibus quomodo diligat pauperes suos. Divites dixit, superbos; pauperes dixit, humiles: divites dixit, per abundantiam non quaerentes; pauperes dixit, per desiderium suspirantes. Faciet Dominus causam ipsorum.

18 [v.14]. *Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo.* Et quando ages causam ipsorum, et quando facies iudicium ipsorum, tuo nomini confitebuntur: meritis suis nihil tribuent, non tribuent totum nisi misericordiae tuae. *Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo.* Et quia confitebuntur nomini tuo, ut quantumcumque iusti fuerint, nihil sibi assumant de suo, nihil sibi tribuant de suo; quid fiet, ut dirigant cor? Quia quando ad se flectunt, torquent cor; quando autem in Dominum intendunt, dirigunt cor. Et ubi erit voluptas, ubi requies, ubi gaudium, ubi beatitudo? Numquid in se? Non; sed in quo sunt lux. *Nunc autem lux in Domino* (Eph 5,8), dixit. Ideo vide quid sequitur, vide quo concludit: *Inhabitabunt recti cum vultu tuo.* Male enim illis fuit in vultu suo; bene illis erit cum vultu tuo. Quando vultum suum amaverunt, in sudore vultus sui panem manducaverunt (Gen 3,19). Redeant, et deterso sudore, finitis laboribus, pereunte gemitu, veniet illis facies tua abundans sufficientia. Nihil quaerent amplius, quia melius non habent; amplius non te deserent, nec deserentur a te. Etenim post resurrectionem de Domino quid dictum est? *Adimplebis me laetitia cum vultu tuo* (Ps 15,11).

no tendríamos alegría. Purificamos nuestra imagen para alegrarnos ante la suya. Pues *somos hijos de Dios y todavía no se mostró lo que seremos, puesto que sabemos que, cuando se muestre, seremos semejantes a El, porque le veremos como es,* ya que *los rectos habitarán en tu presencia.* ¿Por ventura pensamos que hemos de habitar ante el rostro o en la presencia del Padre y no en la del Hijo? ¿O en la del Hijo y no en la del Padre? ¿O que no es uno, en cierto modo, el rostro o la presencia del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo? Veamos si el mismo Hijo no nos promete su rostro por el que nos regocijará. Ahora el Señor Dios inspiró que se leyese el capítulo del evangelio que testimonia a este salmo: *El que oye mis preceptos y los guarda, éste es el que me ama; y el que me ama será amado de mi Padre, y yo también le amaré y le mostraré a mí mismo.* ¿Qué premio prometió con esto, carísimos? ¿Por ventura no le veían aquellos a quienes prometía manifestarse? ¿No estaba ante ellos? ¿No veían sus ojos su rostro carnal? ¿Qué es lo que deseaba manifestar a quienes decía que le habían de ver? Los discípulos veían a Aquel a quien crucificaron los judíos, pero en la carne se hallaba oculto Dios. Los hombres podían ver al hombre; a Dios, aun cuando se encontraba en el hombre, no podían verle, porque *bienaventurados los limpios de corazón, puesto que ellos verán a Dios.* Por tanto, entregó la forma de hombre a los piadosos y a los impíos y se reservó la forma de Dios para los limpios y los piadosos, a fin de que nos gocemos en El y seamos eternamente felices con la presencia de su rostro.

Sine vultu suo non nobis daret laetitiam. Ad hoc purgamus vultum nostrum, ut gaudeamus ad vultum ipsius. *Filii* enim *Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* (1 Io 3,2); quia *inhabitabunt recti cum vultu tuo.* Putamusne cum vultu Patris, et non cum vultu Filii? an cum vultu Filii, et non cum vultu Patris? an unus quodammodo vultus Patris et Filii et Spiritus sancti? Videamus si non nobis ipse Filius promittit vultum suum, unde nos laetos faciet. Modo hoc capitulum in Evangelio, quod huic psalmo attestaretur, Dominus Deus inspiravit ut legeretur. Ait enim ipse Dominus, *Qui audit praecepta mea, et custodit ea, ipse est qui diligit me: et qui diligit me, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et ostendam illi meipsum* (Io 14,21). Quale promisit praemium, dilectissimi? Numquid eum non videbant, quibus se ostendere promittebat? nonne ante illos erat? nonne facies carnis illius adiacebat oculis eorum? Quid est quod volebat ostendere videntibus se? Sed quia talem videbant discipuli, qualem crucifixerunt Iudaei; erat autem Deus in carne illa occultus; hominem autem possent videre homines, Deum vero non possent, quamvis in homine; quia *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (Mt 5,8): dedit formam hominis, et piis et impiis; servavit formam Dei mundatis et piis, ut iucundemur in illo, et bene nobis in aeternum sit cum vultu ipsius.

SALMO 140

[ORACIÓN EN UN MORTAL PELIGRO]

SERMÓN AL PUEBLO

1. Oísteis, hermanos, de la boca del Apóstol mi amonestación y súplica cuando ahora se leía su epístola, pues dice: *Sed constantes en la oración, velad en ella; orad al mismo tiempo también por nosotros, para que Dios nos abra la puerta de la palabra a fin de tratar el misterio de Cristo, y así le dé a conocer conforme me conviene hablar.* Dignaos atribuirme como mías estas palabras. Hay en las santas Escrituras profundos misterios, que se ocultan para que no envilezcan, que se investigan para ejercitarnos, que se declaran para que nos sirvan de alimento. El salmo que ahora hemos cantado es un tanto oscuro en no pocas sentencias. Pero, cuando hubiesen comenzado, ayudándome el Señor, a ponerse en claro y descubrirse, observaréis que oís lo que ya conocíais. Pero se dijeron de muy diferentes maneras para que la variedad de la locución hiciese agradable la verdad.

2. ¿Qué otra cosa más excelsa y saludable habéis de oír y conocer, hermanos, que *amarás al Señor, Dios tuyo, con todo tu corazón, con toda tu alma y con toda tu mente;* y: *Amarás a tu prójimo como a ti mismo?* Pero para que no penséis que estos dos preceptos son de poca importancia, se añade: *En estos dos mandamientos se encierra toda la ley y los profetas.* Todo lo que de saludable concibe la mente, o profiere la boca, o se arranca de

PSALMUS 140

SERMO AD POPULUM

1. Audistis, fratres, admonitionem et petitionem nostram ex ore Apostoli, cum eius modo Epistola legeretur. Ait enim: *Orationi instantes, vigilantes in illa; orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium eius, ut manifestem illud, sicut oportet me loqui* (Col 4,2-4). Haec verba etiam mea deputare dignemini. Sunt enim in Scripturis sanctis profunda mysteria, quae ad hoc absconduntur, ne vilescant; ad hoc quaeruntur, ut exerceant; ad hoc aperiuntur, ut pascant. Psalmus quem modo cantavimus, in multis sententiis subobscurus est. Cum, adiuvante Domino, ea quae dicta sunt, erui et exponi coeperint, videbitis hoc vos audire quod iam noveratis. Sed ideo multipliciter dicta sunt, ut varietas locutionis fastidium tolleret veritatis.

2. Quid enim amplius, fratres, vel salubrius audituri et cognituri estis, quam, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua;* et, *Diliges proximum tuum tanquam teipsum?* Sed ne putetis haec duo praecepta parva esse: *In his duobus praeceptis tota Lex pendet et Prophetae* (Mt 22,37-40). Quidquid ergo salubriter mente concipitur, vel ore profertur, vel de qualibet divina

cualquier página de la Escritura, sólo tiene por fin la caridad. Pero esta caridad no pertenece a cualquiera, pues los que viven mal se estorban mutuamente en la sociedad de la depravada complicidad, y, sin embargo, dicen que se aman, que no quieren separarse unos de otros, que desean conciliar sus disputas, que anhelan estar siempre juntos, que quieren gozarse con su vista. Este amor es infernal, es lazo que arrastra al abismo, mas no alas que elevan hacia el cielo. ¿Qué caridad es esta que se distingue y diferencia de todas las otras que se llaman caridades? La que se llama verdadera caridad de los cristianos fue definida por San Pablo, y, por tanto, circunscrita con límites propios, aun cuando sea infinita por la divinidad; de suerte que se distingue por completo de las otras, pues dice: *El fin del precepto es la caridad.* Hasta aquí pudo decir esto. Porque en otros sitios, en los que hablaba como a conocedores, dijo: *El cumplimiento perfecto de la ley es la caridad,* y no explicó qué caridad. No indicó allí de qué caridad trataba porque lo indicó en otros lugares, puesto que no pueden o deben explicarse en todos los lugares todas las cosas. Luego aquí dijo: *El cumplimiento de la ley es la caridad.* Quizá preguntabas qué caridad es ésta, de qué caridad hablaba, y, por lo mismo, oyes en otro sitio: *El fin del precepto es la caridad que procede de un corazón puro.* Ved si los ladrones tienen entre sí la caridad que dimana de un corazón puro. Existe un corazón puro en el amor cuando amas al hombre según Dios; porque de tal modo debes amarte a ti mismo, que no se quebrante la norma: *Amarás a tu prójimo como a ti mismo.* Si te

pagina exsculpitur, non habet finem nisi charitatem. Haec autem charitas non qualiscumque est. Nam et male viventes irretiuntur sibi societate perditae conscientiae, et dicuntur amare se, nolle discedere ab invicem, suis collocutionibus conciliari, desiderare se absentes, gaudere ad praesentiam suam. Amor iste tartareus est: viscum habet, quo deiiciat in profundum; non pennas, quibus levet in caelum. Quae est autem charitas, ut a caeteris quae appellantur charitates, segregetur et distinguatur? Ea quae charitas dicitur vera Christianorum, a Paulo definita est, atque ita suis quibusdam terminis circumscripta, cum sit divinitate infinita, ut omnino discernatur a caeteris. *Finis* enim, inquit, *praecepti est charitas.* Posset hucusque dicere. Nam aliis locis ubi tanquam scientibus loquebatur, hucusque dixit: *Plenitudo,* inquit, *legis charitas* (Rom 13,10); et non dixit qualis charitas. Ideo ibi non dixit, quia dixit alibi: non enim ubique omnia dici aut possunt, aut debent. Ergo hic, *Plenitudo legis charitas.* Quaerebas forte, quae charitas? qualis charitas? Audis alio loco: *Finis praecepti est charitas de corde puro.* Iam videte utrum inter se latrones habeant charitatem de puro corde. Purum cor in charitate hoc est, quando diligis hominem secundum Deum; quia et teipsum sic debes diligere, ut non erret regula, *Diliges proximum tuum tanquam teipsum.* Si enim male te diligis et inutiliter; ita et proximum diligendo, quid ei consulis? Quomodo autem te male diligis? Quomodo innuit Scriptura,

amas mal e inútilmente, amando así al prójimo, ¿de qué le aprovechas? ¿Cuándo te amas mal? Cuando amas conforme consigna la Escritura, que no adula a nadie, y que demuestra que no te amas; es más, que te pone de manifiesto que te odiaste, pues dice así: *El que ama la iniquidad, odia su alma.* Luego si amas la iniquidad, ¿has de pensar que te amas a ti mismo? Te equivocas. Amando así, arrastrarás al prójimo a la iniquidad, y tu amor será lazo para el amado. *Luego la caridad que procede de un corazón puro* es la que se ajusta a la norma de Dios *y dimana de una conciencia buena y de una fe no fingida.* Esta caridad definida por el Apóstol contiene en sí dos preceptos: el amor de Dios y el del prójimo. Ninguna otra cosa busquéis en la Escritura; nadie os mande otra cosa. En todo lo que en la Escritura está oculto, está oculto este amor, y en todo lo que en ella es patente, se halla patente este amor. Si en ninguna parte apareciese patente, no te alimentaría; si en ninguna apareciese oculto, no te ejercitaría. Esta caridad clama del corazón puro, del corazón de aquellos que oran estas palabras con que ahora ora éste aquí. Al instante diré quién es éste: éste es Cristo.

26. Ergo solus erat, antequam esset mortificatus. Propterea et Petrus nondum habebat tales vires: accepturus erat vires sequendi, non habebat praecedendi. Propter Christum enim, id est, propter confessionem nominis Christi, quo christiani sumus, nemo mortuus est ante Christum: ne forte occurrat vobis. Multi enim mortui sunt et martyres sunt, multi Prophetae talia passi sunt; non tamen ideo moriebantur, quia praenuntiabant Christum, sed quia peccato hominum dicebant in eos, et eorum iniquitatibus liberius resistebant; et habentur inter martyres. Iuste etenim si non pro nominis Christi confessione, tamen pro veritate occisi sunt. Usque adeo autem pro ipso nomine, id est, pro confessione nominis Christi nemo mortuus est, antequam granum illud caderet in terram, cuius ex persona dictum est, *Singularis ego sum, donec transeam,* ut et ipse Ioannes, qui recens interfectus erat, ab iniquo rege donatus puellae saltatrici, non propter hoc occisus sit, quia confessus est Christum. Potuit utique et inde occidi, et hoc a multis. Si propter aliud occisus est ab uno, quanto potius propter Christum potuit occidi ab his ipsis qui occiderunt Christum? Perhibebat enim Christo testimonium Ioannes. Illi qui audiebant Christum, ipsum occidere volebant, et eum qui testimonium perhibebat non occidebant. Quia enim si fieret impetus propter Christum in Ioannem, non negaret. (Erant quippe in illo vires magnae, quibus appellatus est amicus sponsi [Io 3,29]. Magna in illo gratia, magna excellentia: *In natis mulierum nemo exsurrexit maior Ioanne Baptista* [Mt 11,11]). Ergo in illum impetus factus est, qui non habebat tales vires: fit impetus in Petrum, non fit in Ioannem. Etenim vires ipsas Petrus post accepit; tunc autem infirmus fuit. Pro Christi nomine ille interrogatur qui vires non habebat: ille qui habebat vires, non patitur persecutionem propter Christum; ne pro nomine Christi antecederet Christum. Non occiditur a Iudaeis, qui perhibebat liberum testimonium

to; sin embargo, le mató Herodes, porque le decía: *No te es lícito tener por esposa la esposa de tu hermano.* Pues aún no había muerto su hermano sin dejar descendencia. Luego, matado por la verdad, por la equidad, por la justicia, por esto fue sano, por esto fue mártir, mas no por el nombre por el cual somos cristianos. ¿Y por qué así? Para que se cumpliera *yo soy el único hasta que pase.*

SALMO 141

[Oración del hombre abandonado de Dios]

Sermón al pueblo

1. Así como se debe a la festividad de los mártires el fervor de vuestra concurrencia, así también se debe el homenaje de mi sermón. Conviene que recuerde vuestra caridad las muchas cosas que ayer dijimos. Mas no porque, debido a la avidez de vuestro corazón, asististeis sin cansancio a todo el sermón, nos debemos olvidar de la común debilidad. Ante todo, conviene honrar las palabras de virtud excelsa, conforme se escribió, porque las palabras sublimes de sabiduría son del Señor; sin embargo, por mí, como por instrumento, se os proporcionan a vosotros; y aunque la bandeja es quebradiza, no obstante, el pan es celestial. El Apóstol dice: *Tenemos este tesoro en vasos de barro para que la sobrepujanza de la virtud sea de Dios.* Este tal tesoro es el mismo pan, ya que, si no fuese el tesoro el pan, no se hubiera escrito en otro sitio acerca del tesoro: *El tesoro apetecible se halla*

Christo, quem occiderunt Iudaei; et occiditur ab Herode, quia dicebat ei, *Non tibi licet habere uxorem fratris tui* (ib. 14,3-11). Neque enim frater eius sine posteritate decesserat. Pro lege quidem veritatis, pro aequilitate, pro iustitia: ideo sanctus, ideo martyr; sed non tamen pro illo nomine, quo christiani sumus. Quare hoc, nisi ut impleretur, *Singularis ego sum, donec transeam?*

PSALMUS 141

Sermo ad populum

1. Solemnitati martyrum, sicut devotio celebritatis vestrae, ita nostrae servitutis sermo debetur. Sed meminisse oportet Charitatem vestram, hesterno die quam multa dicta sint. Non enim quia propter aviditatem interioris oris vestri per totum sermonem tanquam recentes adfuistis, propterea oblivisci debemus infirmitatis communis: primo quia et honorare oportet verba praeclara, sicut scriptum est, Praeclara autem verba sapientiae Domini Dei sunt. Per nos tanquam per vascula vobis ministrantur: et si fictilia sunt vasa, sed panis caelestis est. Apostolus dicit: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit Dei* (2 Cor 4,7). Qui autem thesaurus, idem et panis. Nam si non idem esset thesaurus et panis, non de ipso thesauro alibi scriptum esset: *Thesaurus*

depositado en la boca del sabio, pero el varón necio lo engulle. Por eso amonestamos a vuestra caridad que las cosas que oyendo almacenáis en la despensa de vuestra memoria, pensándolas y repasándolas, las rumiéis. Esto es, pues, *el tesoro apetecible se halla depositado en la boca del sabio, pues el varón necio lo engulle.* Por esto dijo brevemente: el sabio rumia, el necio no rumia. Esto, ¿qué quiere decir en castellano y claramente? Que el sabio piensa sobre las cosas que oyó, y el necio, por el contrario, las entrega al olvido. Por ninguna otra cosa, sino por ésta, se llamaron en la ley animales mundos los que rumian, e inmundos los que no rumian, puesto que toda criatura de Dios es munda. Para el creador Dios, tan mundo o puro es el puerco como el cordero, pues creó todas las cosas sobremanera buenas. Y el Apóstol dice: *Toda criatura de Dios es buena;* y también escribe: *Todas las cosas son puras para los puros.* Luego, aun cuando, por lo que se refiere a la naturaleza, el puerco y el cordero son uno y otro puros, sin embargo, por el simbolismo, el cordero significa algo puro, y el puerco algo impuro; el cordero significa la inocencia de la sabiduría del que rumia, y el puerco, la inmundicia de la necedad del que se olvida. Atendiendo a la festividad, se escogió un salmo breve; veamos si puede ser tratado brevemente.

2 [v.2]. *Con mi voz clamé al Señor.* Hubiera bastado decir: *Con la voz clamé al Señor;* por tanto, no en vano se añadió *con mi.* Muchos claman al Señor, no con su voz, sino con la de su cuerpo. Luego el hombre interior, en el cual comenzó a habitar

desiderabilis requiescit in ore sapientis; vir autem stultus glutit illum (Prov 21,20). Unde admonemus Charitatem vestram ut ea quae audiendo tanquam ventre memoriae conditis, rursus revolvendo et cogitando quodammodo ruminetis. Hoc est enim, *Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis; vir autem stultus glutit illum:* breviter dixit, Sapiens ruminat, stultus non ruminat. Hoc autem aperte et latine quid est? Sapiens cogitat ea quae audierit; stultus autem audita oblivioni tradit. Neque enim propter aliud in Lege, munda ea dicta sunt animalia quae ruminant, immunda quae non ruminant (Lev 12,2-8): nam creatura Dei omnis munda est. Artifici Deo tam mundus est porcus quam agnus. Creavit enim omnia bona valde (Gen 1,31): et, *Omnis creatura Dei bona est,* dicit Apostolus (1 Tim 4,4); et, *Omnia munda mundis* (Tit 1,15). Cum ergo in natura utrumque sit mundum; significatione tamen agnus significat aliquid mundum, porcus significat aliquid immundum: agnus significat innocentiam sapientiae ruminantis; porcus significat immunditiam stultitiae obliviscentis. Brevis Psalmus pro solemnitate dictus est; videamus an possit etiam breviter tractari.

2 [v.2]. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Sufficeret, *Voce ad Dominum clamavi;* forte non frustra additum est, *mea.* Multi enim clamant ad Dominum, non voce sua, sed voce corporis sui. Homo ergo interior, in quo coepit habitare Christus per fidem (Eph 3,17), voce sua, non in

Cristo por la fe, clame al Señor con la voz del afecto de su corazón, no con el ruido de sus labios. El hombre no oye en donde Dios oye; si no clamas con la voz producida por los pulmones, la boca y la lengua, no te oye el hombre; sin embargo, tu pensamiento es clamor para el Señor. *Clamé al Señor con mi voz; con mi voz rogué al Señor.* Al decir *rogué* manifestó lo que clamó, pues también claman a Dios los que blasfeman. En el versillo primero consignó el clamor, en el segundo declaró este clamor. Como si se le preguntase: "¿Qué clamaste al Señor?", dice: *Rogué al Señor.* Mi clamor es mi ruego, no una injuria, una murmuración, una blasfemia.

3 [v.3]. *Rogaré ante El.* ¿Qué significa *ante El?* En su presencia. ¿Qué significa "en su presencia"? En donde ve. Pero ¿en dónde no ve? Decimos en donde ve como si hubiera parte alguna en donde no vea. En este conjunto de cosas corporales, también ven los hombres y los animales; pero El ve también en donde el hombre no ve. Ningún hombre ve tu pensamiento, Dios sí lo ve. Derrama tu plegaria en donde sólo ve Aquel que remunera. Nuestro Señor Jesucristo te mandó orar en lo escondido. Si conoces tu aposento y lo purificas, allí ruegas a Dios. *Cuando oréis*—dice el Señor—, *no seáis como los hipócritas, que se estacionan a orar en las plazas y en las encrucijadas para que los vean los hombres. Tú, por el contrario, cuando ores, entra en tu aposento y cierra la puerta, y ruega a tu Dios en lo escondido; y El, que ve en lo escondido, te dará el pago.* Si los hombres han de retribuirte, ruega ante los hombres; pero, si es Dios el que ha

strepitu labiorum, sed in affectu cordis clamet ad Dominum. Non ubi homo audit, ibi Deus audit: nisi voce pulmonum et laterum et linguae clames, homo te non audit; cogitatio tua clamor est ad Dominum. *Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Dominum deprecatus sum.* Quod dixit, *clamavi;* exposuit, cum dixit, *deprecatus sum.* Clamant enim ad Dominum et qui blasphemant. In superiori versu clamorem posuit, in sequenti clamorem exposuit. Quasi exigeretur, Quo clamore clamasti ad Dominum? *Ad Dominum,* inquit, *deprecatus sum:* clamor meus, deprecatio mea; non convicium, non murmur, non blasphemia.

3 [v.3]. *Effundam ante eum precem meam.* Quid est, *ante eum?* In conspectu eius. Quid est, in conspectu eius? Ubi videt, Ubi autem non videt? Ita enim dicimus, Ubi videt, quasi alicubi non videat. Sed in isto coetu rerum corporalium vident et homines, vident et animalia: ille autem videt et ubi homo non videt. Nam cogitationem tuam nullus hominum videt, Deus autem videt. Ibi ergo effunde precem tuam, ubi solus ille videt qui remunerat. Nam in abscondito te Dominus Iesus Christus iussit orare: sed si agnoscas cubiculum tuum, et mundes, ibi rogas Deum. *Cum autem oratis,* inquit, *nolite esse sicut hypocritae, qui stant in plateis et vicis orantes, ut videantur ab hominibus. Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuum, et claude ostium, et deprecare Deum tuum in occulto; et qui videt in occulto, reddet tibi* (Mt 6,5 et 6).

de retribuir, derrama tu plegaria ante El y cierra la puerta para que no entre el tentador. El tentador no deja de llamar para entrar; pero, si ve que se halla cerrado, pasa de lejos. Por eso, el Apóstol, sabiendo que está en nuestro poder cerrar la puerta, la puerta del corazón, no la de la pared, pues allí se encuentra el aposento, dice, sabiendo, repito, que está en nuestro poder cerrar esta puerta: *No deis lugar al diablo.* Por tanto, si entró y se aposentó, ve que tú cerraste negligentemente o que te descuidaste en cerrar.

4. ¿Qué significa "cerrar la puerta"? Esta puerta tiene como dos hojas: de codicia y de temor. O deseas algo terreno, y entra por aquí, o temes algo mundano, y penetra por este lado. Luego cierra al demonio la puerta del temor y de la codicia y ábrela a Cristo. ¿Cómo has de abrir estas dos hojas a Cristo? Deseando el reino de los cielos y temiendo el fuego del infierno. El diablo entra por la codicia mundana, Cristo por el deseo de la vida eterna; el diablo entra por el temor de las penas temporales, Cristo por el temor del fuego eterno. Ved cómo los mártires cerraron la puerta al diablo y se la abrieron a Cristo. El mundo les prometió muchas cosas, ellos las despreciaron: cerraron la hoja de la codicia al diablo. El mundo les amenazó con las bestias, el fuego, la cruz; ellos no temieron: cerraron la hoja del temor al diablo. Veamos si abrieron las hojas de la puerta a Cristo: *El que me confesare o diere testimonio de mí*—dice Jesús—*delante de los hombres, yo le confesaré a él delante de mi Padre, que está en los cielos.* Amaron, pues, el reino de los cielos, en donde Cristo les confesará.

Si homines reddituri sunt, effunde ante homines precem tuam: si Deus redditurus est, effunde ante eum precem tuam, et claude ostium, ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare, ut irrumpat: si clausum invenerit, transit. Ideo Apostolus, quia in nostra potestate est ostium claudere: ostium cordis, non parietum; ibi enim et cubiculum: quia ergo in potestate nostra est hoc ostium claudere, *Neque detis,* inquit, *locum diabolo* (Eph 4,27). Etenim si intravit et possedit, attende quia tu negligenter clausisti aut claudere neglexisti.

4. Quid est autem claudere ostium? Hoc ostium tanquam duas habet valvas; cupiditatis, et timoris. Aut cupis aliquid terrenum, et hac intrat; aut times aliquid terrenum, et hac intrat. Timoris ergo et cupiditatis ianuam claude contra diabolum, aperi ad Christum. Quomodo ipsas valvas aperis ad Christum? Cupiendo regnum caelorum, timendo ignem gehennarum. Per cupiditatem saeculi diabolus intrat, per desiderium vitae aeternae Christus intrat: per timorem poenarum temporalium diabolus intrat, per timorem ignis aeterni Christus intrat. Ecce martyres clauserunt ianuam contra diabolum, Christo aperuerunt. Promisit eis multa mundus iste: riserunt, clauserunt valvam cupiditatis adversus diabolum. Minatus est mundus iste bestias, ignes, cruces: non timuerunt, clauserunt timoris valvam contra diabolum. Videamus si aperuerunt eas Christo: *Qui confessus me,* inquit, *fuerit coram hominibus, confitebor illum et ego coram*

¿Cómo les ha de confesar o ha de dar testimonio de ellos? Diciéndoles: *Venid, benditos de mi Padre; poseed el reino que se os preparó desde el origen del mundo.* Ha de dar testimonio de los colocados a su derecha. Veamos si abrieron a Cristo la hoja del temor que cerraron al diablo. En uno y en el mismo lugar amonesta el Señor que se cierre al diablo y se abra a El: *No temáis*—dice—*a los que matan el cuerpo y no pueden matar el alma.* Por esto manda que se anule la hoja del temor ante el diablo. Luego ¿entonces no ha de temerse nada? ¿No ha de abrirse a Cristo la entrada del temor, que está cerrada al diablo? A continuación, como si se dijera: "Cerraste al diablo; ábreme a mí", añade: *Pero temed a quien tiene potestad de matar y arrojar el alma y el cuerpo al fuego del infierno.* Luego, si creíste y abriste a Cristo, cierra la puerta al diablo. Cristo está dentro; allí habita; ruega ante El; no intentes que te oiga de lejos. Pues no está lejos la Sabiduría de Dios, *que se extiende del uno al otro confín con fortaleza y ordena todas las cosas con suavidad.* Luego dentro, en ti y ante El derrama tu plegaria; allí están sus oídos. *Porque ni al oriente, ni al occidente, ni a los montes desiertos (huiréis para ocultaros), puesto que Dios es el juez.* Si es juez, ve tú la causa que llevas en tu corazón.

5 [v.4]. *Derramaré ante El mi plegaria; manifestaré mi tribulación en su presencia.* Esto es una repetición. En los dos versillos anteriores y en estos dos siguientes hay dos máximas, pero ambas se repiten. Una es: *Clamé al Señor con mi voz; con mi*

Patre meo, qui est in caelis. Amaverunt ergo regnum caelorum, ubi eos confitebitur Christus. Quomodo eos confessurus est? *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi* (Mt 25,34). Confitebitur illos ad dexteram positos. Videamus si et timoris valvam Christo aperuerunt, quam diabolo clauserunt. Uno eodemque loco Dominus monet hoc, ut et diabolo claudatur, et sibi aperiatur. *Nolite* inquit *timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere:* monuit ut timoris valva in faciem diabolo elideretur. Ergo nihil est timendum? Non ergo aperitur aditus timoris Christo, qui clausus est diabolo? Statim subiecit, tanquam dicens, Exclusisti illum, aperi mihi: *Sed eum timete,* inquit, *qui habet potestatem et animam et corpus occidere in gehenna ignis* (ib. 10,32.28). Iam ergo si credidisti, et aperuisti Christo, claude contra diabolum. Intus est Christus, ibi habitat: effunde ante eum precem tuam, noli quaerere ut de longe te exaudiat. Non enim longe est Sapientia Dei, quae *pertendit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter* (Sap 8,1). Ergo intus apud te, ante cum effunde precem tuam: ibi sunt aures eius. *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus; quoniam Deus iudex est* (Ps 74,7): si autem iudex est, qualem causam geras in corde tuo, vide.

5 [v.4]. *Effundam ante eum precem meam; tribulationem meam in conspectu eius annuntiabo.* Repetitio est, et in superioribus duobos versibus, et in his consequentibus; sententiae duae sunt, sed utraque bis dicta. Una est illa, *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Do-*

voz rogué al Señor. La otra: *Derramaré mi plegaria ante El; manifestaré mi tribulación en su presencia.* Lo mismo es *ante El* que *en su presencia,* como es lo mismo *derramaré mi plegaria* que *manifestaré mi tribulación.* ¿Cuándo haces esto? Cuando, puesto en la persecución, dices: *Desfalleció mi espíritu.* ¿Por qué desfalleció tu espíritu, ¡oh mártir!, colocado en la tribulación? Para que no me atribuya a mí mis fuerzas; para que sepa que otro es el que obra en mí el poder. *Cuando os entreguen a los jueces* —así amonesta el Señor a los que quería fuesen sus mártires— *no penséis en lo que habéis de decir, pues no sois vosotros los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre es el que habla por vosotros.* Luego desfallezca tu espíritu y hable el Espíritu de Dios. Con razón quería hacerlos pobres de espíritu: *Bienaventurados los pobres de espíritu, porque de ellos es el reino de los cielos.* Luego los pobres que son bienaventurados en su espíritu son ricos por el Espíritu de Dios, pues todo hombre que va en pos de su espíritu es soberbio. Someta su espíritu para que consiga el espíritu de Dios. Se dirigía a la cima; permanezca en el valle. Si se encamina a la cumbre, el agua se aparta de El, corriendo hacia abajo. Si permanece en el valle, se llenará de ella y se hará vientre, del cual se dijo: *Ríos de agua viva manarán de su vientre.* Luego, *al desfallecer mi espíritu, manifesté mi tribulación en tu presencia;* es decir, al confesarte que desfallecía mi espíritu, siendo así que estoy lleno de tu Espíritu, me humillé.

6. Quizá oyeron los hombres que desfalleció mi espíritu en mí, y desconfiaron de mí y dijeron: "Le hemos cogido, le hemos

minum deprecatus sum: altera est, *Effundam ante eum precem meam, tribulationem meam in conspectu eius annuntiabo.* Quod enim est, *ante eum;* hoc est, *in conspectu eius:* et quod est, *precem meam effundam;* hoc est, *tribulationem meam annuntiabo.* Quando hoc facis? In persecutione positus loquitur: *Dum deficit a me spiritus meus.* Quare defecit spiritus tuus, o martyr in tribulatione posite? Ut non mihi arrogem vires meas, ut sciam quod alius in me operatur ipsam virtutem. *Cum autem vos tradent iudicibus* (sic monuit Dominus quos martyres facere volebat), *nolite cogitare quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis* (Mt 10,19-20). Ergo deficiat spiritus tuus, loquatur Spiritus Dei. Merito eos pauperes facere volebat spiritu: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum* (ib. 5,3). Beati ergo pauperes spiritu suo, divites Spiritu Dei. Omnis enim homo qui spiritum suum sequitur, superbus est. Subdat spiritum suum, ut capiat Spiritum Dei. Ibat in culmen, residat in valle. Si ierit in culmen, denatat ab illo aqua: si in valle resederit, implebitur ea, et fit ille venter de quo dictum est. *Flumina aquae vivae fluent de ventre eius* (Io 7,38). Ergo *dum deficit a me spiritus meus, in conspectu tuo annuntiavi tribulationem meam,* humilis factus, confitens tibi deficienti spiritu meo, cum sum plenus Spiritu tuo.

6. Et audierunt forte homines quia defecit in me spiritus meus, et desperaverunt de me, et dixerunt, Cepimus eum, opressimus eum:

subyugado." *Y tú conociste mis sendas.* Ellos me consideraban caído, tú me veías de pie. Los que me perseguían y apresaban, juzgaban que tenía enlazados mis pies, pero *a ellos les ataron los pies y cayeron, mas nosotros nos levantamos y estamos derechos.* Mis ojos siempre están en el Señor, porque *El sacará del lazo mis pies.* Perseveré caminando, porque *el que perseverare hasta el fin se salvará.* Ellos me creían trabado, pero yo caminaba. ¿Por dónde caminaba? Por las sendas que no veían los que me creían apresado, por las sendas de la justicia, por las sendas de tus preceptos. *Tú conociste mis sendas;* el perseguidor no las conoció, porque, si las hubiera conocido, no me hubiera envidiado estando en ellas, sino que hubiera caminado en ellas conmigo. ¿Cuáles son estas sendas? Los caminos de los que se dijo en otro sitio: *El Señor conoce el camino de los justos, y el camino de los impíos perecerá.* No dijo: "No conoce el camino de los impíos", sino: *Conoce el de los justos; perecerá el de los impíos.* Pues lo que no conoce perece. Encontramos en muchos lugares de la Escritura que el conocer de Dios es conservar, es custodiar, y el no conocer, condenar. ¿Cómo es que el que conoce todas las cosas ha de decir al fin: *No os conozco?* No se alegren por esto y digan: "No seremos castigados, porque el juez no nos conoce." Pues ya están castigados si no los conoce el juez. A los que se denominaron caminos que conoció el Señor, a los mismos se llama sendas aquí cuando se dijo: *Tú conociste mis sendas.* Toda senda es camino, mas no todo camino es senda. Luego ¿por qué aquellos caminos fueron llamados sendas? Porque son estrechos. El camino de los impíos es ancho, el de los justos estrecho.

Et tu cognovisti semitas meas. Illi me deiectum putabant, tu me stantem cernebas. Illi qui persequebantur et comprehenderant, implicatos putabant pedes meos: sed illis obligati sunt pedes, et ceciderunt; nos autem surreximus, et erecti sumus (Ps 19,9). Oculi enim mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos (Ps 24,15). Perseveravi ambulando: *Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* (Mt 10,22). Illi oppressum me putabant, sed ego ambulabam. Ubi ambulabam? In semitis quas illi non videbant, qui me captum putabant; in semitis iustitiae tuae, in semitis praeceptorum tuorum. *Tu* enim *cognovisti semitas meas;* persecutor non eas cognovit: nam non in eis mihi invideret, sed in eis mecum ambularet. Quae sunt istae semitae, nisi viae illae de quibus alio loco dicitur: *Novit Dominus viam iustorum, et via impiorum peribit?* (Ps 1,6). Non dixit, Viam impiorum non novit: *Novit iustorum, impiorum autem peribit.* Quod enim non novit, perit. Multis locis Scripturae invenimus quia Dei agnoscere, servare est; Dei agnoscere, custodire est; non agnoscere, damnare est. Unde enim qui novit omnia, dicturus est in fine, *Non novi vos?* (Mt 7,23). Non inde gaudeant et dicant, Non puniemur, quia non novit nos iudex. Iam puniti sunt, si eos non novit iudex. Quae ergo dictae sunt viae quas novit Dominus, ipsae hic dictae sunt semitae, cum ait, *Tu cognovisti semitas meas.* Omnis enim semita, via est; non omnis via, semita est. Quare ergo viae illae semitae sunt dictae, nisi quia angustae sunt? Via lata impiorum, via angusta iustorum.

7. El camino es también caminos, como la Iglesia es iglesias y el cielo es cielos. Se nombran en singular y en plural. Atendiendo a la unidad de la Iglesia, una sola es la Iglesia: *Una sola es la paloma, y única para su madre.* Atendiendo a las congregaciones de los hermanos existentes en diversos lugares, hay muchas iglesias. *Las Iglesias*—dice el Apóstol—*de Judea que son en Cristo se alegraban, porque el que antes nos perseguía, ahora evangeliza la fe que en otro tiempo combatía; y en mí glorificaban a Dios.* En el mismo sentido se dijo aquí iglesias que una Iglesia al decir: *No seáis tropiezo para los judíos, ni para los griegos, ni para la Iglesia de Dios.* Luego, del mismo modo, los caminos son camino, y las sendas son senda. ¿Por qué son sendas y senda? Así como dijimos el motivo de ser iglesias e Iglesia, así también debemos consignarlo de esto. Se llamaron sendas de Dios porque hay muchos preceptos; y como todos estos preceptos se reducen a uno, puesto que el cumplimiento de la ley es la caridad, por lo mismo, estos caminos (trazados) en muchos preceptos se reintegran en uno y se denomina uno, porque nuestro camino es la caridad. Veamos si la caridad es camino. Oigamos al Apóstol: *Todavía os voy a enseñar un camino muchísimo más excelente.* ¿A cuál llamas, ¡oh Pablo!, *camino excelentísimo?* Oye a cuál llamo así: *Si hablare las lenguas de los hombres y de los ángeles y no tuviere caridad, soy como bronce que suena y címbalo que tañe; y si tuviere profecía y conociese todos los misterios y toda*

7. Quae via, ipsae et viae: quemadmodum quae Ecclesia, ipsae Ecclesiae; et quod caelum, ipsi caeli. Pluraliter dicuntur, et singulariter dicuntur. Propter unitatem Ecclesiae, una Ecclesia: *Una est columba mea, una est matri suae* (Cant 6,8). Propter congregationes fraternas per loca, multae sunt Ecclesiae: *Ecclesiae,* inquit, *Iudaeae quae in Christo, gaudebant quod ille qui nos persequebatur, nunc evangelizat fidem, quam aliquando vastabat; et in me glorificabant Deum* (Gal 22,24). Ecclesias sic dixit, et unam Ecclesiam sic dicit: *Sine offensione estote Iudaeis, et Graecis, et Ecclesiae Dei* (1 Cor 10,32). Sic ergo et viae, et via; et semitae, et semita. Quare semitae, et quare semita? Quomodo quare Ecclesiae et Ecclesia rationem reddidimus, debemus et hinc reddere rationem. Semitae dictae sunt Dei, quia multa praecepta sunt: et quia eadem multa praecepta ad unum rediguntur, quia plenitudo legis charitas (Rom 13,10); propterea viae istae in multis praeceptis ad unam colliguntur, et una dicitur, quia via nostra charitas est. Videamus si charitas via est. Audiamus Apostolum: *Et adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro* (1 Cor 13,31). Quam dicis, o Apostole, *supereminentiorem viam?* Quam dico audi: *Si linguis hominum loquar et Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aeramentum sonans, aut cymbalum tinniens: et si habuero prophetiam, et sciero omnia sacramenta,*

la ciencia; y si tuviese perfectísima fe, de suerte que trasladase los montes, con todo, si me falta la caridad, nada soy; y si distribuyere toda mi hacienda a los pobres y entregase mi cuerpo a las llamas, pero no tuviere caridad, de nada me sirve. Luego llamó a la caridad camino excelentísimo. Este excelso camino, hermanos, es maravilloso. Este camino, porque es encumbradísimo, es también excelentísimo, pues sobresale lo que es excelente. Ninguna cosa hay más excelente que el camino de la caridad, y sólo andan por él los humildes. A estas sendas las denominó preceptos de caridad. *Tú*—dice—*conociste mis sendas;* tú conociste que lo que padezco por ti lo padezco por amor; tú conociste que la caridad que hay en mí tolera todas las cosas, tú conociste que, si entrego mi cuerpo a las llamas, es porque tengo aquella llama sin la cual de nada aprovecha al hombre aquello.

8. Pero ¿quién, hermanos míos, conoce estos caminos del hombre sino Aquel a quien se dijo: *Tú conociste mis sendas?* Nosotros ignoramos con qué intención se hagan todos los actos humanos que se ejecutan ante los ojos de los hombres. ¡Cuántos impíos, midiéndonos por sí mismos, dicen de nosotros que en la Iglesia buscamos honores, alabanzas, utilidad temporal! ¡Cuántos dicen que os hablo para que me aclaméis y alabéis y que éste es el fin que me propongo y la intención que tengo al hablaros! Pero como no puedo demostrarles que no hablo con esta intención, sólo me resta decir: *Tú conociste mis sendas.* ¿Cómo saben ellos lo que ignoráis vosotros? ¿Cómo saben ellos lo que yo apenas sé? Pero no me juzgo a mí mismo, el que me juzga es el

et omnem scientiam; et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum: et si distribuero omnia mea pauperibus, et si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest (ib. 13,1-3). Ergo charitatem dixit *supereminentiorem viam.* Magna ista via, fratres, magnum miraculum habet. Haec via certe, quia supereminentior est, et excellentior est; hoc enim supereminet, quod excelsum est. Nihil excelsius via charitatis, et non in illa ambulant nisi humiles. Has ergo semitas, dicit praecepta charitatis. *Tu,* inquit, *cognovisti semitas meas:* tu nosti quia quod pro te patior, amore patior; tu nosti quia charitas in me omnia tolerat; tu nosti quia si trado corpus meum ut ardeam, habeo illam, sine qua illud non prodest homini.

8. Quis autem novit vias istas hominis, fratres mei, nisi vere ille cui dictum est, *Tu cognovisti semitas meas?* Omnia enim facta humana ante oculos hominum; incertum est quo corde fiant. Et quam multi impii metientes semetipsos, ex semetipsis dicunt de nobis quod ista in Ecclesia quaerimus, honores, laudes, utilitates temporales? Quam multi dicunt me propterea loqui vobis, ut acclametis et laudetis me, et hunc me habere finem et hanc intentionem, cum loquor? Et quomodo eis ostendo non ea intentione me loqui? Restat ut dicam, *Tu cognovisti semitas meas.* Quomodo illi sciunt quod nec vos scitis? Quomodo illi sciunt quod vix ego

Señor. No sé por qué, desconociéndose Pedro, presumió de sí mismo, siendo así que el Médico veía otra cosa en sus fuerzas. Luego se clame al Señor con pureza y piedad, porque sinceramente se clama: *Tú conociste mis sendas.* ¿Quieres que te guíe por esta senda? Sé afable, sé humilde; no seas arrogante, soberbio, de provocativa y erguida cerviz, como el caballo y el mulo, que no tienen entendimiento. Siendo apacible, siendo manso, se sentará sobre ti el Señor y te guiará por sus caminos, pues *conducirá a los apacibles en justicia y enseñará a los mansos sus caminos.* Luego *tú conociste mis sendas.*

9. *En el camino por donde andaba me tendieron lazos.* El camino por el que andaba es Cristo; en él me tendieron un lazo los que me perseguían debido a Cristo, por el nombre de Cristo. Allí, pues, *me tendieron un lazo.* ¿Qué emulan en mí? ¿Qué persiguen en mí? El ser cristiano. Si me persiguen porque soy cristiano, *en el camino por el que andaba me tendieron un lazo.* En cuanto está de su parte, en el camino que andaba me tendieron un lazo; en cuanto se refiere a su deseo, a su intento, a su anhelo, pretendieron que topase en el camino con un lazo en el cual fuese cazado. Pero *el Señor conoce el camino de los justos y tú conociste mis sendas.* Ellos anhelaron esto, pero tú no les permitiste que en ti pusieran tropiezo alguno, pues tú eres mi camino. También pretenden los herejes, en nombre de Cristo, esconder o tender el tropiezo; pero se engañan. Porque lo que piensan poner en el camino, lo ponen fuera de él, puesto que ellos están fuera del camino, y no pueden poner lazo en donde ellos

scio? Neque enim ego meipsum diiudico: qui enim diiudicat me, Dominus est (1 Cor 4,3 et 4). Nescio quid de se Petrus nesciens praesumpsit, et aliud videbat medicus in viribus eius. Ergo pie pureque clametur ad Dominum, quia vere clamatur, *Tu cognovisti semitas meas.* Sed vis ut ducat te per ipsas semitas? Esto mitis, esto mansuetus; noli esse ferox, noli superbus, noli excussa et erecta cervice, sicut equus et mulus, quibus non est intellectus (Ps 31,9). Cum enim fueris mitis, cum fueris mansuetus, insidet Dominus, et ducet te per vias suas: diriget enim mites in iudicio, docebit mansuetos vias suas (Ps 24,9). *Tu ergo cognovisti semitas meas.*

9. *In via hac qua ingrediebar, absconderunt mihi muscipulam.* Via haec qua ingrediebatur, Christus est: ibi illi absconderunt muscipulam, qui persequuntur in Christo, propter nomen Christi. Ibi ergo *absconderunt muscipulam mihi.* Quid in me zelant? quid in me persequuntur? Quod christianus sum. Si ergo hoc persequuntur, quod christianus sum, *In via qua ingrediebur, absconderunt mihi muscipulam.* Quantum in ipsis est, in via qua ingrediebar, ipsi absconderunt muscipulam mihi: quantum ad eorum cupiditatem pertinet, quantum ad eorum conatum, quantum ad eorum votum, in ipsa via me voluerunt habere muscipulam qua caperer. Sed *novit Dominus viam iustorum; et tu cognovisti semitas meas.* Hoc quidem illi voluerunt; sed tu eos non permittis in te ponere

no están. Pero se expresó de este modo según su deseo, conforme a su anhelo, atendiendo a su pensar, porque en otro lugar claramente dijo: *Junto a las sendas me pusieron o tendieron tropiezo.* Lo que se dijo *en el camino,* se consignó atendiendo a su deseo, a su anhelo; y lo que se dijo *junto al camino,* es decir, *junto a las sendas,* se escribió atendiendo a la realidad. Efectivamente, no le ponen o le tienden en la senda, no le ponen en el mismo camino, puesto que Cristo es el camino; por tanto, le colocan junto a la senda. Cristo no les permite ponerle en el camino para no dejarnos sin camino por donde ir; sin embargo, les permite le pongan junto al camino para que no nos apartemos del camino. El pagano piensa que pone tropiezo en el camino cuando me dice: "Adoras a un crucificado." Con esto censura la cruz de Cristo, que no comprende. Piensa que pone en Cristo lo que pone junto al camino. No me salga de Cristo, y no caeré en el lazo fuera del camino. Vitupere él a Cristo crucificado, y vea yo en las frentes de los reyes la cruz de Cristo. Por aquello de lo que se ríe, yo me salvo. Ninguna cosa hay más detestable para el enfermo como reírse de su medicamento. Si no se mofare de él, le tomaría y sanaría. La cruz es signo de humildad; pero aquél, por su demasiada soberbia, no conoce cómo ha de curar el tumor de su alma. Si yo lo conozco, ando en el camino. Hasta tal punto no me avergüenzo de la cruz, que no la llevo escondida, sino que la llevo en la frente. Recibimos muchos sacramentos de modos distintos; unos, como sabéis, los recibimos en la boca; otros, en todo el cuerpo. Pero como en la frente se manifiesta el rubor, el que dijo: *Quien se*

scandalum, quia tu es via mea. Nam et haeretici in nomine Christi nobis volunt abscondere scandalum, et ipsi falluntur. Quod se in via putant ponere, extra viam ponunt, quia et ipsi extra viam sunt: muscipulam ponere non possunt ubi ipsi non sunt. Sed dictum est hoc secundum cupiditatem ipsorum, secundum votum et opinionem eorum: nam expresse alibi dictum est, *Iuxta semitas scandala posuerunt mihi* (Ps 119,6). Hoc quod dictum est, *in via;* secundum cupiditatem eorum et votum dictum est: illud quod dictum est, iuxta viam, id est, *iuxta semitas;* secundum veritatem dictum est. Revera enim non ponunt in semita, non ponunt in ipsa via, quia Christus est via (Io 16,6): sane iuxta semitas ponunt. Non eos Christus sinit ponere in via, ne non sit qua eamus; sinit tamen eos ponere iuxta viam, ut de via non declinemus. In via se putat ponere scandalum paganus, quando mihi dicit: Colis Deum crucifixum. Reprehendit crucem Christi, quam non intelligit. In Christo se putat ponere quod iuxta viam ponit. Non egrediar a Christo, et non incidam a via in muscipulam. Insultet ille crucifixo Christo: videam ego in frontibus regum crucem Christi. Quod irridet, ibi salvor. Nihil est superbius aegroto qui deridet medicamentum suum. Si non derideret, acciperet et ipse, et sanaretur. Crux illa signum est humilitatis; ille autem superbia nimia non agnoscit unde sanetur tumor animae ipsius. Si autem ego agnosco, in via ambulo. Usque adeo de cruce non erubesco,

avergonzare de mí delante de los hombres, yo me avengonzaré de él delante de mi Padre, que está en los cielos, colocó en el lugar de nuestro rubor la misma ignominia de la cual se mofan los paganos. Oyes que un hombre, al censurar al desvergonzado, dice: "*Non habet frontem,* es un descarado". ¿Qué quiere decir "es un descarado"? Es un desvengonzado. No tenga yo desnuda la frente; la cubra con la cruz de mi Señor. Luego, en cuanto está de su parte, *en el* camino por el que andaba me tendieron un lazo; pero en realidad le colocaron *junto* al camino; y, por tanto, yo estaré seguro si no me aparto del camino. *¿Ignoras*—dice la Escritura—*que andas en medio de lazos?* ¿Qué significa *en medio de lazos?* En el camino de Cristo hay lazos por un lado y por otro; lazos a la derecha y lazos a la izquierda; lazos a la derecha, la prosperidad del mundo; lazos a la izquierda, la adversidad del siglo; lazos a la derecha, las promesas; lazos a la izquierda, las amenazas y el terror. Tú camina en medio de los lazos y no te apartes del camino. Ni la promesa te atrape ni el terror te estrangule. *En el camino por donde andaba me tendieron lazos.*

10 [v.5]. *Miraba a la derecha, y veía.* Miraba a la derecha, y veía, pues el que mira a la izquierda se ciega. ¿Qué significa mirar a la derecha? Mirar a donde han de estar aquellos a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre; poseed el reino.* Pues habrá otros colocados a la izquierda, a quienes ha de decírseles: *Id al fuego eterno, que se preparó para el diablo y sus ángeles.* Bramando todo el mundo y amenazando con persecuciones, creciendo

ut non in occulto loco habeam crucem Christi, sed in fronte portem. Multa Sacramenta aliter atque aliter accipimus: quaedam, sicut nostis, ore accipimus, quaedam per totum corpus accipimus. Quia vero in fronte erubescitur, ille qui dixit, *Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram Patre meo, qui in caelis est* (Lc 9,26); ipsam ignominiam quodam modo, quam Pagani derident, in loco pudoris nostri constituit. Audis hominem insultare impudenti, et dicere: Frontem non habet. Quid est, Frontem non habet? Impudens est. Non habeam nudam frontem; tegat eam crux Domini mei. Ergo *In via qua ingrediebar, absconderunt muscipulam mihi,* quantum in ipsis est; nam iuxta viam posuerunt: ego autem tutus ero, si de via non recessero. *Ignoras quia in medio laqueorum ingrederis,* ait Scriptura (Eccli 9,20). Quid est, *in medio laqueorum?* In via Christi, et hinc laquei, et hinc laquei; laquei a dextris, laquei a sinistris: laquei a dextris, prosperitas saeculi; laquei a sinistris, adversitas saeculi: laquei a dextris, promissiones; laquei a sinistris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, a via noli recedere: nec promissio te capiat, nec terror elidat. *In via hac qua ingrediebar, absconderunt muscipulam mihi.*

10 [v.5]. *Considerabam in dexteram, et videbam.* In dexteram considerabat, et videbat: in sinistram qui considerat, excaecatur. Quid est in dexteram considerare? Ubi erunt illi quibus dicetur: *Venite, benedicti Patris mei, possidete regnum.* Erunt enim quidam in sinistra, quibus dicetur: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis*

por todas partes los vejámenes de los hombres y los terrores, él, despreciando lo presente, miraba a lo futuro, miraba a la derecha, en donde en algún tiempo ha de estar; pensaba hallarse allí, atendía a esto, y por eso soportaba todas estas cosas; pero quienes le perseguían no veían. Por eso, después de decir: *Miraba a la derecha, y veía,* añadió: *y no había quien me conociese.* Cuando soportas todas estas cosas, ¿quién sabe a lo que atiendes? ¿Quién sabe si miras a la derecha o a la izquierda? En lo que toleras, si buscas la alabanza de los hombres, miraste a la izquierda; pero si en lo que toleras buscas las promesas de Dios, miraste a la derecha. Miraste a la derecha, verás; miraste a la izquierda, te cegarás. Cuando mires a la derecha, no habrá quien te conozca, pues ¿quién te ha de consolar sino el Señor, a quien dices: *Y tú conociste mis sendas? Y no había quien me conociese.*

11. *No tengo a dónde huir.* Se halla, dice, como encerrado: *No tengo a dónde huir.* Vituperen los perseguidores; fue apresado, fue cogido, fue encerrado, fue rendido, no tiene a dónde huir. No hay huida para quien no huye. El que no huye soporta cuanto puede por Cristo; es decir, no huye con el ánimo. Porque con el cuerpo es lícito huir, se concede huir, se permite huir, según dice el Señor: *Si os persiguen en alguna ciudad, huid a otra.* Luego el que no huye con el ánimo, no huye. Pero importa conocer por qué no huya; si porque está encerrado, porque ha sido apresado o porque es fuerte, pues para el apresado y el fuerte desapareció la huida. ¿Qué huida ha de evitarse? ¿Qué huida

eius (Mt 25,34.41). Fremente ergo toto mundo et minante in persecutionibus, crebrescentibus undique insultationibus hominum atque terroribus, ille contemnens praesentia, respiciebat in futura, attendebat in dexteram ubi futurus est; ibi esse meditabatur, illuc attendebat, et videbat, et ideo omnia ferebat: illi autem qui persequebantur, non videbant. Ideo cum diceret, *Considerabam in dexteram, et videbam;* secutus ait, *Et non erat qui cognosceret me.* Cum enim toleras omnia, quis novit quid attendas; utrum in dexteram oculum dirigas, an in sinistram? In eo quod toleras, si laudem hominum quaeris, in sinistram attendisti: in eo quod toleras, si promissa Dei quaeris, in dexteram attendisti. Attendisti in dexteram, videbis: attendisti in sinistram, excaecaberis. Sed et cum vides in dexteram, non erit qui te agnoscat. Quis enim te consolatur, nisi Dominus cui dicis, *Et tu cognovisti semitas meas? Nec erat qui cognosceret me.*

11. *Periit fuga a me.* Tanquam circumclusum se dicit: *Periit fuga a me.* Insultent persecutores, oppressus est, captus est, circumclusus est, victus est; periit fuga ab illo. Ab illo periit fuga, qui non fugit. Qui autem non fugit, patitur quidquid potest pro Christo; id est, non fugit animo. Nam corpore fugere licet, concessum est, permissum est, Domino dicente: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam* (Mt 10,23). Qui ergo non fugit animo, periit ab illo fuga. Sed interest quare non fugiat; quia circumclusus est, quia captus est, an quia fortis

encontramos sin huida? Aquella de la cual dice el Señor en el Evangelio: *El buen pastor da su vida por sus ovejas; pero el mercenario y el que no es pastor, al ver al lobo, huye.* ¿Por qué huye al presentarse el salteador? Porque no cuida de sus ovejas. Tal huida no tuvo lugar en El, ya tomemos esta máxima de Cristo aplicada a la Cabeza, que murió por todos, ya a sus miembros, nuestros mártires, los cuales padecieron también por sus hermanos. Oye a San Juan, que dice: *Así como El dio su vida por nosotros, así también nosotros debemos darla por los hermanos.* Cuando la dan ellos, la da Cristo; porque, cuando padecen ellos persecución, clama El: *¿Por qué me persigues? No hay huida para mí y no hay quien pregunte por mi vida.* ¿No hay quien pregunte por su vida? Ve a los hombres que intentan ensañarse con su muerte, derramar su sangre. ¿Cómo dice entonces que no hay quien reclame su vida? Esto se entiende de dos modos. Así como la huida se entiende de dos modos distintos: que no hay huida para el apresado y para el fuerte, así se reclama de dos modos la vida del hombre: por los que persiguen y por los que aman. Luego dijo de ellos: *No hay quien pregunte por mi vida,* como si dijera: "Ciertamente van en busca de mi vida, pero no buscan mi vida. Pues, si buscan mi vida, la encontrarán unida a ti; pero no saben buscarla, no saben imitar." Para que sepáis que se busca la vida por los perseguidores, dijo de ellos en otro lugar: *Se confundan y se avergüencen los que pretenden quitarme la vida.*

est: et a capto enim periit fuga, et a forti periit fuga. Quae ergo fuga cavenda est? quae fuga a nobis pereat? De qua Dominus dicit in Evangelio, quia *pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis: mercenarius autem et qui non est pastor, cum viderit lupum venientem, fugit.* Cum viderit praedonem, quare fugit? *Quia non est ei cura de ovibus* (Io 10, 11-13). Talis fuga ab isto perierat; sive ab ipsius capitis persona accipiamus hanc vocem illius Christi Domini, qui pro omnibus mortuus est; sive a membris eius martyribus nostris, quia et ipsi pro fratribus passi sunt. Audi Ioannem dicentem: *Sicut enim ille animam suam pro nobis posuit, sic et nos debemus animas pro fratribus ponere* (1 Io 3,16). Sed cum illi ponunt, Christus ponit; quia cum illi patiuntur persecutionem, ipse clamat, *Quid me persequeris?* (Act 9,4). *Periit fuga a me; et non est qui exquirat animam meam.* Ergo non est qui exquirat animam ipsius? Videt homines velle saevire in necem suam, velle effundere sanguinem ipsius; quomodo non est qui requirat animam eius? Et hoc duobus modis accipitur. Quomodo perire fugam accipitur duobus modis, quia et a capto et a forti perit fuga; sic duobus modis quaeritur anima hominis, aut a persecutoribus, aut a dilectoribus. Ita ergo, *Non est qui requirat animam meam:* de illis dixit, Certe persequuntur animam meam, et non quaerunt animam meam. Si autem requirunt animam meam, invenient inhaerentem tibi: et si norunt eam quaerere, norunt et imitari. Nam ut noveritis quaeri animam hominis et a persecutoribus, inde alibi dicitur: *Confundantur et revereantur qui quaerunt animam meam* (Ps 39,15).

12 [v.6]. *A ti clamé, Señor, y dije: "Tú eres mi esperanza".* Cuando toleraba al ser atribulado, dije: *Tú eres mi esperanza.* En ti está mi esperanza, por eso tolero. Pero *mi porción,* parte o posesión no está aquí, sino *en la tierra de los vivientes.* Dios da la porción en la tierra de los vivientes; pero no algo fuera de El, distinto de El. ¿Qué da el amante al que le ama sino a sí mismo?

13 [v.7]. *Atiende a mi oración, porque fui humillado en demasía.* Fui humillado por los perseguidores y me humillé en la confesión. Se humilla invisiblemente y fue humillado visiblemente por los enemigos. Pero se levanta (resucita) por sí mismo visible e invisiblemente. Los mártires ya se levantaron invisiblemente, y visiblemente se levantarán cuando este cuerpo corruptible se vista de incorrupción en la resurrección de los muertos; cuando también este mismo cuerpo, en el cual únicamente pudieron ensañarse los perseguidores, se restaure. *No temáis a los que matan el cuerpo, pero no pueden matar el alma.* Entonces ¿qué perece? ¿Qué matan? ¿Se permite que perezca en ellos aquello que mataron? No perecerá. Oye la promesa del mismo Señor: *En verdad os digo que no perecerá un cabello de vuestra cabeza.* ¿Cuál no será la solicitud por los demás miembros, siendo así que no sufrirá detrimento ni un cabello?

14. *Líbrame de los que me persiguen.* ¿De quiénes pensáis que pide ser librado? ¿De los hombres que perseguían? Pero ¿entonces resulta que los hombres son nuestros enemigos? Tenemos otros enemigos invisibles que persiguen de distinto modo. El hombre persigue para matar el cuerpo, el otro enemigo persigue para seducir al alma. Por tanto, persigue mediante sus instrumentos, puesto que se dijo de él que *obra en los hijos de la incredulidad.* Mediante sus instrumentos, repito, es decir, mediante los hombres en los cuales obra, lleva a cabo la persecución del cuerpo a fin de que interiormente se efectúe la ruina del corazón. Porque si, cayendo el cuerpo, permanece en pie el alma, se rompió el lazo y nosotros quedamos libres. Luego tenemos otros enemigos nuestros, de los que hemos de rogar a Dios que nos libre para que no nos seduzcan o abatiéndonos con los trabajos del mundo o persuadiéndonos con los halagos. ¿Quénes son estos enemigos? Veamos si claramente se describen por algún siervo del Señor, por algún sabio soldado que contra ellos peleó. Oye al Apóstol, que dice: *Nuestra lucha no es contra la carne y la sangre.* No dirijáis vuestro enojo contra los hombres, de suerte que los tengáis por vuestros enemigos y penséis que sois quebrantados por su odio. Estos hombres a quienes teméis son carne y sangre: *No es vuestra lucha contra la carne y la sangre.* Así habló despreciando la mortalidad de los hombres. ¿Contra quiénes peleáis? *Contra los príncipes, contra las potestades, contra los rectores y dominadores de este mundo de tinieblas.* Te atemorizaste al oír *contra los rectores del mundo.* Si son rectores o dominadores de este mundo, ¿acaso has de salir fuera de él para ser librado de ellos? Luego entiende por los rectores de este mundo de tinieblas no los rectores del cielo y de la tierra, porque esta fábrica es de Dios. Al cielo y a la tierra se les llama mundo, y también a los hombres malos. ¿Por qué son éstos mundo? Porque aman el mun-

12 [v.6]. *Clamavi ad te, Domine; dixi, Tu es spes mea.* Quando tolerabam, quando tribulabar, *dixi, Tu es spes mea.* Spes mea hic; ideo tolero. *Portio* autem *mea,* non hic, sed *in terra viventium.* Dat Deus portionem in terra viventium; sed non aliquid a se, extra se. Quid dabit amanti se, nisi se?

13 [v.7]. *Intende ad orationem meam; quia humiliatus sum nimis.* Humiliatus a persecutoribus, humiliatus in confessione. Humiliat se invisibiliter, humiliatus ab hostibus visibiliter. Erigitur ergo ab illo visibiliter et invisibiliter. Invisibiliter erecti sunt iam martyres: visibiliter erigentur, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem in resurrectione mortuorum, cum et hoc ipsum in quod solum persecutores saevire potuerunt, instaurabitur (1 Cor 15,53). *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere* (Mt 10,28). Et quid perit? quid occidunt? Vel hoc eis permittitur, ut quod occiderint pereat? Non periet. Audi ipsius Domini promissionem: *Amen dico vobis, capillus capitis vestri non periet* (Lc 21,18). Quid ergo de caeteris membris sollicitus es, ubi damnum capilli non erit?

coaptas me ad eam, et pravus invenior. *Ne intres in iudicium cum servo tuo.* Bene, *cum servo tuo.* Indignum est tibi cum servo tuo intrare in iudicium, nec quidem cum amico tuo: quia, *Vobis dico amicis meis* (Lc 12,4), non diceres, nisi ex servis amicos tu ipse fecisses. Tu licet dicas amicum, ego confiteor servum: misericordia indigeo, fugitivus redeo, pacem quaero; non sum dignus vocari filius tuus (ib. 15,21), *Ne intres in iudicium cum servo tuo; quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ante mortem ne laudes hominem quemquam* (Eccli 11,30): omnino *omnis vivens.* Quid ipsi arietes, quid ipsi Apostoli, de quorum prole dicitur: *Afferte Domino filios arietum?* (Ps 28,1). Ex his Paulus est, qui dicit non se esse perfectum: *Non quia iam acceperim,* inquit, *aut iam perfectus sim* (Phil 3,12). Denique, fratres, ut cito agnoscatis, ipsi didicerunt orare quod oramus, ipsis data est regula postulandi, a Iurisperito caelesti: *Sic orate,* inquit, Et cum quaedam praemisisset, posuit et hoc ut dicerent arietes nostri, duces ovium, et praecipua membra Pastoris et congregatoris unius gregis; ipsi didicerunt dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Mt 6,9.12). Non dixerunt, Gratias tibi, qui dimisisti nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; sed, *Dimitte, sicut dimittimus.* Orabant autem utique iam fideles, utique iam Apostoli: nam ista oratio dominica magis fidelibus datur. Si debita illa

bien convendría a los catecúmenos orar así: *Perdónanos nuestras deudas.* Luego digan los apóstoles, digan: *Perdónanos nuestras deudas, así como también nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Habiéndoles dicho esto a ellos, preguntamos: "¿Por qué decís esto? ¿Cuáles son vuestros pecados?" Y ellos nos responden: *Porque no se justifica delante de Dios ningún viviente.*

7 [v.3]. *Porque el enemigo persiguió mi alma y abatió mi vida en la tierra.* Nos veamos en esto a nosotros; contemplad a nuestra Cabeza rogando por nosotros en estas palabras: *Porque el enemigo persiguió mi alma.* En verdad que el diablo persiguió la vida de Cristo, y Judas la vida de su Maestro. Pero el diablo aún permanece persiguiendo el Cuerpo de Cristo; a Judas le sucede otro Judas. Luego no le falta motivo al Cuerpo para decir: *Porque el enemigo persiguió mi alma y abatió mi vida en la tierra. Abatió*—dice—*mi vida en la tierra;* en otro lugar se consigna: *Encorvaron mi vida.* ¿Qué intenta ejecutar con nosotros el que nos persigue? Que abandonemos la esperanza celeste y gustemos la tierra; que, cediendo al perseguidor, amemos las cosas terrenas. Ellos, en cuanto está de su parte, hacen esto; pero no permitamos que nos acontezca a quienes se dice: *Si resucitasteis con Cristo, gustad las cosas de arriba, en donde está Cristo sentado a la derecha de Dios. Buscad las cosas de arriba, no las que están sobre la tierra, pues habéis muerto.* No se justificará delante de Dios ningún viviente. Luego ellos o ensañándose claramente o insidiando ocultamente intentan arrastrar nuestra vida

tantummodo dicerentur quae per Baptismum dimittuntur, catechumenis congrueret magis orare, *Dimitte nobis debita nostra.* Dicant ergo Apostoli dicant, *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Et cum eis dictum fuerit. Quare hoc dicitis? quae debita vestra? Respondeant, *Quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

7 [v.3]. *Quoniam persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.* Vide nos, vide caput nostrum pro nobis: *Quoniam persecutus est inimicus animam meam.* Persecutus est plane et diabolus animam Christi, et Iudas animam magistri: et nunc ad persecutionem corporis Christi idem diabolus manet; Iudas autem Iudae succedit. Non ergo deest de quo dicat et corpus, *Quoniam persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam. Humiliavit,* inquit, *in terra vitam meam.* Alio loco dicitur: *Curvaverunt animam meam* (Ps 56,7). Quid enim nobiscum agit, quisquis persequitur, nisi ut relicta spe caelesti terram sapiamus, persecutori cedentes terrena diligamus? Et illi quidem, quantum in ipsis est, hoc agunt: nobis autem hoc non contingat, quibus dicitur, *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt quaerite, non quae super terram: mortui enim estis* (Col 3,1-3). Nam non iustificabitur coram Deo omnis vivens. Illi ergo vel aperte saeviendo, vel occulte insidiando conantur perducere vitam nostram ad terram:

a la tierra. Vigilemos contra ellos para que podamos decir: *Nuestra conversación está en los cielos. El enemigo abatió mi vida en la tierra.*

8. *Me colocaron en lugares oscuros, como a los muertos del mundo.* Esto lo entendisteis al instante de la Cabeza; y lo reconocéis claramente como sucedido a la Cabeza. Pues El murió por nosotros, pero no fue como un muerto del mundo. ¿Quiénes son los muertos del mundo? ¿Y cómo no era El muerto del mundo? Los muertos del mundo con razón son muertos, pues reciben el galardón de la iniquidad y mueren debido a la propagación del pecado, atendiendo a la sentencia que reza: *Yo fui concebido en iniquidades y en pecados me alimentó mi madre en el vientre.* Sin embargo, El vino por la Virgen, tomando la carne, mas no la iniquidad de la carne; tomando la carne pura que purifica. Pero ellos, a quien creían pecador, le juzgaban como muerto del mundo. Mas el que dijo en el salmo: *Lo que no robé, entonces lo pagué;* y en el Evangelio: *Ved que viene el príncipe de este mundo, el jefe de la muerte, el persuasor de la iniquidad, el cobrador del suplicio,* añade: *Viene, y no encontrará nada en mí.* ¿Qué significa *y no encontrará nada en mí?* Ninguna culpa; nada por lo que deba morir: *Pero para que sepan todos que hago* —dice—*la voluntad de mi Padre, levantaos y salgamos de aquí.* "Al morir—dice—hago la voluntad de mi Padre, pero no soy digno de muerte. No hice nada digno de muerte, pero muero para que por la muerte del inocente sean liberados los que tenían motivo para morir. *Me colocaron en sitios tenebrosos,* como

contra hos vigilemus, ut dicere possimus, *Nostra enim conversatio in caelis est* (Phil 3,20). *Humiliavit,* inquit, *in terra vitam meam* inimicus.

8. *Collocaverunt me in tenebrosis, sicut mortuos saeculi.* Hoc a capite expeditius auditis, et expeditius hoc in capite agnoscitis. Ille enim pro nobis mortuus factus est, sed non mortuus saeculi. Qui enim mortui sunt saeculi? et quomodo ille non erat mortuus saeculi? Mortui saeculi, merito mortui, mercedem recipientes iniquitatis, et mortem ducentes ex peccati propagine; ex illa voce qua dicitur: *Ego enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis mater mea in utero me aluit* (Ps 50,7). Venit autem ille per virginem assumens carnem, non iniquitatem carnis, assumens carnem mundam mundatricem. Illi autem quem peccatorem putabant, tanquam mortuum saeculi deputabant. At ille qui in alio psalmo dixit, *Quae non rapui, tunc exsolvebam* (Ps 68,5); et qui dixit in Evangelio, *Ecce venit princeps mundi,* praepositus mortis, operis mali persuasor, supplicii exactor; *Venit,* inquit, *et in me nihil inveniet.* Quid est, *in me nihil inveniet?* Nullam culpam, nihil quare mori debeam. *Sed ut sciant omnes quia voluntatem,* inquit, *Patris mei facio, surgite, eamus hinc* (Io 14,30-31). Ut moriar, inquit, voluntatem Patris mei facio, non autem morte sum dignus. Nihil feci unde moriar, sed facio ut moriar; ut illi per innocentis mortem liberentur, qui habebant quare morerentur. *Collocaverunt me in tenebrosis,* tanquam in infernis, tanquam

en el abismo, como en el sepulcro, como en la misma pasión: *como a los muertos del mundo;* a mí, que dije: *Fui hecho como hombre sin ayuda, pero libre entre los muertos."* ¿Qué significa *libre?* ¿Y por qué libre? Porque todo el que comete pecado es siervo del pecado. En fin, no libra de ataduras sino el libre de lazos. Este libre mató la muerte, rompió los lazos, llevó cautiva la cautividad, y, con todo, le colocaron en lugares tenebrosos, como a los muertos del mundo.

9 [v.4]. *Y mi espíritu soportó pesadumbre en mí.* Recordad que dijo: *Triste está mi alma hasta la muerte.* Escuchad una sola voz. Pero ¿por ventura no se trasluce el paso recíproco de la Cabeza a los miembros, y de los miembros a la Cabeza? *Mi espíritu* —dice—*soportó pesadumbre en mí.* Sabemos que también dijo: *Mi alma está triste hasta la muerte.* Pero también nosotros estábamos allí, *pues transfiguró en sí el cuerpo de nuestra flaqueza, conformándolo al cuerpo de su gloria;* y nuestro hombre viejo fue crucificado en la cruz con El. *Mi corazón se ha turbado en mí. En mí,* dice, no en otros, pues ellos me abandonaron; los que estaban unidos a mí se alejaron de mí, y porque me vieron morir pensaron que era otra cosa; siendo, por tanto, vencidos por el ladrón, que creyó, cuando ellos desfallecieron.

10 [v.5]. De aquí pasa a los miembros. *Me acordé de los días antiguos.* ¿Acaso se acordó de los días antiguos Aquel por quien fue hecho todo el día? Es que habla el Cuerpo, habla cada uno de aquel Cuerpo justificado por la gracia y unido a él por la caridad y la piadosa humildad; habla y dice: *Me acordé de*

in sepulcro, tanquam in ipsa passione; *velut mortuos saeculi,* eum qui dicit, *Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber* (Ps 87,5-6). Quid est, *liber?* quare *liber?* Quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati (Io 8,34). Denique non solveret a vinculis, nisi liber a vinculis. Ille liber mortem occidit, vinculum vinxit, captivitatem captivavit, et collocaverunt eum in tenebrosis tanquam mortuos saeculi.

9 [v.4]. *Et taedium,* inquit, *passus est in me spiritus meus,* Recordamini, *Tristis est anima mea usque ad mortem* (Mt 26,38). Videte vocem unam. Numquid non apparet ipse transitus a capite ad membra, a membris ad caput? *Taedium,* inquit, *passus est in me spiritus meus.* Agnoscimus, *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Sed et illic nos eramus. Transfiguravit enim in se corpus humilitatis nostrae, conformans corpori gloriae suae (Phil 3,21): et vetus homo noster confixus est cruci cum illo (Rom 6,6). *In me turbatum est cor meum. In me,* inquit, non in aliis. Illi enim me deseruerunt, et illi qui inhaeserant recesserunt, et me ipsum quia mori videbant, aliud aliquid putaverunt; et a latrone victi sunt, qui tunc credidit (Lc 23,40.22), quando illi defecerunt.

10 [v.5]. Inde ad membra. *Memoratus sum dierum antiquorum.* Numquid memoratus est ille dierum antiquorum, per quem factus est omnis dies? Sed loquitur corpus, loquitur unusquisque illius gratia iustificatus, inhaerens illi in chariatte et devota humilitate; loquitur, et dicit,

los días antiguos y medité en todas tus obras. Porque ciertamente tú hiciste todas las cosas y nada se estableció que por ti no hubiera sido establecido. Tu creación fue un espectáculo para mí. Busqué en la obra al Artífice, y en todas las cosas creadas al Creador. ¿Por qué esto? ¿Para qué esto? Para que entendiese que cuanto hay de bueno en él fue hecho por Dios, no sucediese que, desconociendo la justicia de Dios y queriendo establecer la suya, no se sometiese a la justicia de Dios. De este modo le convendrá aquella voz de arriba: *En tu justicia y en tu verdad.* Meditando el salmista en todas las obras de Dios, insinúa la gracia, recuerda la gracia, se gloría de haber encontrado la gracia; la gracia por la que gratuitamente somos salvados, puesto que gratis nos salvamos. ¿Por qué te glorías de tu justicia? ¿Por qué te engríes desconociendo la justicia de Dios? ¿Por ventura diste algo para que fueses salvado? ¿Qué diste para ser hombre? Luego pon la mirada en el Creador de tu vida, en el autor de tu naturaleza, de tu justicia y de tu salvación. *Medita en las hechuras de sus manos,* porque también hallarás que la justicia que hay en ti pertenece a su mano (a su obra). Oye al Apóstol enseñándote esto: *No debido a las obras*—dice—, *para que nadie se engría.* Entonces ¿no tenemos obras buenas? Las tenemos sin duda; pero ve lo que sigue: *Somos hechura de El. De El somos hechura.* ¿Quizá pretendió conmemorar la naturaleza por la cual somos hombres, cuando pronunció esta palabra *hechura?* Ciertamente que no, pues hablaba de las acciones, ya que dijo: *No debido a las obras, para que nadie se engría.* Pero no hagamos cábalas;

Memoratus sum dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis. Quia utique omnia bona tu fecisti, et nihil constitisset quod a te constitutum non esset. Creatura tua spectaculum mihi facta est: quaesivi in opere artificem, et in conditis omnibus conditorem. Quare hoc? utquid hoc, nisi ut hoc intelligeret, quidquid in se boni esset, ab illo factum esse; ne ignorans iustitiam Dei, et suam volens constituere, iustitiae Dei subiectus non esset (Rom 10,3); ut ei conveniret vox illa superior, *In veritate tua et in iustitia tua?* In omnibus ergo Dei operibus et meditatione omnium operum Dei gratiam insinuat, gratiam commendat, gratiam se invenisse gloriatur, gratiam qua gratis salvi facti sumus: quia et gratis salvi facti sumus. Quid gloriaris in tua iustitia? quid te extollis, ignorans Dei iustitiam? Dedisti forte aliquid, ut salvus esses: quid dedisti, ut homo esses? Respice ergo conditorem vitae tuae, substantiae et iustitiae et salutis auctorem. *Meditare in facturis manuum eius,* quia et iustitiam quae in te est, ad manum eius invenies pertinere. Audi Apostolum hoc te docentem: *Non ex operibus,* inquit, *ne forte quis extollatur.* Opera bona non habemus? Habemus plane; sed vide quid sequitur: *Ipsius enim sumus figmentum,* dixit. *Ipsius sumus figmentum:* forte naturam, qua homines sumus, commemorare voluit, hoc appellato figmento? Non plane; de operibus loquebatur: *Non,* inquit, *ex operibus, ne quis forte extollatur.* Sed non coniiciamus; sequatur: *Ipsius*

prosiga: *De El somos hechura, creados en Cristo Jesús para obras buenas.* No pienses que tú obras algo únicamente en cuanto que eres malo. Apártate de tu obra y encamínate a la obra de Aquel que te hizo, pues El reforma. Reforme, pues, lo que El había formado y tú destruiste. El hizo que existieses. Que seas bueno; si eres bueno, El lo ejecuta también. *Con temor y temblor obrad vuestra salud.* Si llevamos a cabo nuestra salud, ¿por qué con temblor, siendo así que está en nuestro poder lo que obramos? Oye por qué con temor y temblor: *Dios es el que obra en nosotros el querer y el obrar, por benevolencia.* Luego con temor y temblor para que se complazca nuestro Artífice en obrar en el valle. Así, pues, obra como en abatidos el que juzga las naciones y llena de ruinas o escombros. *Medité en las hechuras de tus manos:* vi y miré tus obras, porque no puede haber en nosotros bien alguno si no ha sido hecho por ti, que nos creaste.

11 [v.6]. ¿Y qué hice al ver que de ti procede toda dádiva buena y que todo don perfecto dimana de arriba, descendiendo del Padre de las luces, en quien no hay mudanza ni alternativa de sombra? Al ver esto, apartándome de la obra mala que había hecho en mí, *extendí a ti mis manos. Extendí*—dice—*a ti mis manos: mi alma, como tierra sin agua (tiene sed).* Llueve, dice para que me hagas fruto bueno. *El Señor dará la suavidad para que nuestra tierra dé su fruto.* Mi alma, como tierra sin agua, (tiene sed), no de mí, sino *de ti.* Puedo tener sed de ti, pero no puedo regarme: *Mi alma, como tierra sin agua, (tiene sed) de ti,*

enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis (Eph 2, 9-10). Noli ergo putare te aliquid operari, nisi in quantum malus es. Averte ab opere tuo te, ad opus illius qui fecit te; ipse format; et ipse quod formaverat et tu exterminasti, reformat. Ut enim sis, ipse operatus est; ut bonus sis, si bonus es, ipse operatur. *Cum tremore,* inquit, *et timore vestram ipsorum salutem operamini.* Si nostram ipsorum salutem operamur, quare cum timore, quare cum tremore, cum sit in potestate nostra quod operamur? Audi quare cum timore et tremore: *Deus est enim qui operatur in vobis et velle et operari, pro bona voluntate* (Phil 2, 12-13). Ergo cum timore et tremore, ut delectet in convalle operari artificem nostrum. Sic enim operatur tanquam in deiectis, qui iudicat in gentibus, et replet ruinas. *In facturis manuum tuarum meditatus sum.* Vidi ergo, et inspexi opera tua; quia nihil boni esse in nobis potest, nisi abs te fiat, qui nos fecisti.

11 [v.6]. Et quid feci, cum viderem a te omne datum optimum, et omne donum perfectum de sursum esse, descendens a Patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio? (Iac 1,17). Cum hoc viderem, aversus ab opere malo quod feceram in me, *extendi manus meas ad te. Extendi,* inquit, *manus meas ad te: anima mea velut terra sine aqua tibi.* Complue, inquit, me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit suavitatem, ut terra nostra det fructum suum (Ps 84,13). *Extendi manus meas ad te: anima mea velut terra sine aqua,* non mihi, sed *tibi.* Sitire tibi possum, me irrigare non possum. *Anima*

porque mi alma tuvo sed de Dios vivo. ¿Cuándo llegaré a El? Cuando viniere. Mi alma tuvo sed de Dios vivo, porque *mi alma, como tierra sin agua, (tiene sed) de ti.* Inmenso es el mar, inunda, es abundante, fluctúa, pero es amargo. *Fue separada el agua, y apareció la seca,* mi alma; riégala, porque, como tierra sin agua, tiene sed de ti.

12 [v.7]. *Oyeme al punto, Señor.* ¿A qué viene esta tardanza cuando siento la sed de esta manera al inflamarse mi sed? Retardabas la lluvia para que me embriagase bebiendo con avidez y no desdeñase lo que dejabas caer. Luego, si lo diferías por esto, dámelo ya, porque mi alma, como tierra sin agua, tiene sed de ti. *Oyeme al punto, Señor; desfallece mi espíritu.* Lléneme tu Espíritu, porque desfallece el mío. El motivo de que me oigas al punto es porque desfallece mi espíritu. Ya me hice pobre de espíritu; dame la bienaventuranza del reino de los cielos. Es soberbio aquel en quien vive su propio espíritu, pues con su propio espíritu se levanta contra Dios. Cúmplase exactamente en él lo que escribió en otro lugar: *Les quitarás su espíritu, y desfallecerán y se reducirán a su polvo,* para que así, confesando, digan: *Acuérdate que somos polvo.* Y tan pronto como hayan dicho: *Acuérdate que somos polvo,* digan también: *Mi alma, como tierra sin agua, tiene sed de ti.* Pues ¿qué tierra se halla más escasa de agua que el polvo? *Oyeme al punto, Señor;* llueve sobre mí, afiánzame, para que no sea polvo que arrastra el viento sobre la faz de la tierra. *Oyeme al punto, Señor, pues desfalleció mi espíritu.* No se prolongue mi pobreza. Hiciste desaparecer mi

mea velut terra sine aqua tibi: quia sitivit anima mea in Deum vivum (Ps 41,3). Quando veniam, nisi quando venerit? Sitivit anima mea in Deum vivum; quia *anima mea velut terra sine aqua tibi.* Abundat mare, inundat, copiosum est, fluctuat, sed amarum est. Discreta est aqua, apparuit arida (Gen 1,9) anima mea; irriga eam, quia *velut terra sine aqua tibi.*

12 [v.7]. *Cito exaudi me, Domine.* Quae enim mora quando sic sitio, ad inflammandam sitim meam? Pluviam differebas, ut hauriens imbiberem, non respuerem quod influeres. Si ergo ideo differebas, iam da; quoniam *anima mea velut terra sine aqua tibi. Cito exaudi me, Domine; defecit spiritus meus.* Impleat me spiritus tuus, quia *defecit spiritus meus:* ipsa est causa ut cito exaudias, quia *defecit spiritus meus.* Factus sum iam pauper spiritu; beatum me fac in regno caelorum (Mt 5,3). In quo enim vivit spiritus eius, superbus est, spiritu suo extollitur contra Deum. Fiat in illo bene quod alibi scriptum est, *Aufer es spiritum eorum, et deficient, et in pulverem suum convertentur* (Ps 103,29); ut confitentes dicant, *Memento quia pulvis sumus* (Ps 102,14). Cum autem dixerint, *Quia pulvis sumus memento;* tunc dicant, *Anima mea velut terra sine aqua tibi.* Quid enim tam terra sine aqua; quam pulvis? Sed *cito exaudi me, Domine:* complue me, confirma me, ne sim pulvis quem proiicit ventus a facie terra (Ps 1,4). *Cito exaudi*

espíritu para que desfalleciese y me convirtiese en mi polvo y te dijese: *Mi alma, como tierra sin agua, tiene sed de ti.* Haz también lo que a continuación se dice en aquel salmo 103: *Enviarás tu Espíritu, y serán creados y renovarás la faz de la tierra.* Si alguno es en Cristo nueva criatura, las cosas viejas pasaron. En su propio espíritu las cosas viejas pasaron; en tu Espíritu se hicieron todas nuevas.

13. *No apartes tu rostro de mí.* Lo apartaste del soberbio. Efectivamente, en algún tiempo fui rico, y en mi abundancia me engreí, pues *yo en otro tiempo dije en mi abundancia: "No seré conmovido eternamente."* Dije: "No me conmoveré en mi abundancia", ignorando tu justicia y estableciendo la mía; pero tú, Señor, *por tu querer diste firmeza a mi prosperidad.* Dije en mi abundancia: "No me conmoveré." Era cierto que toda mi abundancia procedía de ti; y para probar que se debía a ti *apartaste tu rostro de mí y me conturbé.* Después de esta perturbación en la que caí, porque apartaste tu rostro de mí; después de la pesadumbre de mi espíritu, después de haberse perturbado en mí mi corazón, porque apartaste tu rostro, ya me hice como tierra sin agua, que tiene sed de ti: *No apartes tu rostro de mí.* Lo apartaste del soberbio, vuélvelo al humilde: *No apartes tu rostro de mí,* porque, si lo apartares, *seré semejante a los que descienden al lago.* ¿Qué significa *semejante a los que descienden al lago?* Que *el pecador, cuando llega al abismo de los males, no hace caso.* Descienden al lago los que desprecian la confesión, contra la cual se dice: *No cierre el pozo su boca sobre mí.* A este abis-

me, Domine; defecit spiritus meus: non differatur inopia mea. Abstulisti spiritum meum, ut deficerem, et in pulverem meum converterer, et dicerem tibi, *Anima mea velut terra sine aqua tibi:* fac etiam quod in illo psalmo sequitur, *Emittes spiritum tuum, et creabuntur; et renovabis faciem terrae* (Ps 103,30). Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt. In spiritu suo vetera transierunt, in spiritu tuo nova facta sunt (2 Cor 5,17).

13. *Ne avertas faciem tuam a me.* Avertisti a superbo. Etenim aliquando abundabam, et in abundantia mea elatus eram: *Ego* enim *dixi* aliquando *in abundantia mea, Non movebor in aeternum. Dixi, Non movebor, in abundantia mea,* ignorans iustitiam tuam, et constituens meam; sed tu, *Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem. Dixi in abundantia mea, Non movebor;* verum autem a te mihi erat quidquid abundabam. Et ut hoc probares a te mihi fuisse, *avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus* (Ps 29,7-8). Post hanc conturbationem in qua factus sum, quia avertisti faciem tuam: post taedium spiritus mei, post conturbatum cor meum in me, ex eo quod avertisti faciem tuam; iam factus sum sicut terra sine aqua tibi: *Ne avertas faciem tuam.* Avertisti a superbo, redde humili. *Ne avertas faciem tuam a me;* quia si averteris, *similis ero descendentibus in lacum.* Quid est, *descendentibus in lacum? Peccator, cum venerit in profundum malorum, contemnet*

mo llama frecuentemente lago la Escritura, y, al caer el pecador en él, no hace caso de nada. ¿Qué quiere decir *no hace caso?* Que piensa que ya no hay providencia alguna; y, si cree que la hay, juzga que ya no le pertenece a él; y, por tanto, se da la libertad de pecar, dejando, sin esperanza, sueltas las bridas de la iniquidad. No dice: "Me volveré a Dios para que se vuelva El a mí"; ni oye: *Convertíos a mí, y yo me volveré a vosotros,* porque, habiendo llegado al abismo de los males, no hace caso. *La confesión del muerto perece como nada,* dice el Eclesiástico. Luego *no apartes tu rostro de mí, pues seré semejante a los que descienden al lago.*

14 [v.8]. *Hazme oír de mañana tu misericordia, porque esperé en ti.* Ve que estoy en la noche, pero esperé en ti hasta que pasó la nocturna iniquidad. *Tenemos, pues*—según dice San Pedro—, *la segura palabra profética, a la cual hacéis bien prestar atención como a lámpara que brilla en oscuro lugar hasta que alumbre el día y amanezca el lucero en vuestros corazones.* Llama mañana a lo que vendrá después del fin del mundo, cuando veamos lo que creíamos en el mundo. *De mañana,* pues, *oirás mi voz;* de mañana estaré ante ti y te contemplaré. *Hazme oír de mañana tu misericordia, porque esperé en ti.* Si lo que no vemos lo esperamos, con paciencia aguardamos. La noche reclama paciencia; el día nos dará alegría. *Hazme oír en la mañana tu misericordia, porque esperé en ti.*

(Prov 18,3). Illi descendunt in lacum, qui etiam confessionem perdunt: contra quod dicitur, *Ne coarctet super me puteus os suum* (Ps 68,16). Hanc profunditatem lacum appellat plerumque Scriptura, in quam profundidatem cum venerit peccator, contemnit. Quid est, *contemnit?* Iam nec ullam providentiam deputat; aut si deputat, ad eam se pertinere non putat. Proponit sibi peccandi licentiam, sine spe veniae habenis iniquitatis effusis. Non dicit, Revertar ad Deum, ut revertatur ad me; nec audit, *Convertimini ad me, et revertar ad vos* (Mt 3,7): quoniam veniens in profundum malorum contemnit. *A mortuo* enim, inquit, *tanquam si non sit, perit confessio* (Eccli 17,26). *Ne* ergo *avertas faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in lacum.*

14 [v.8]. *Auditam fac mihi mane misericordiam tuam; quoniam in te speravi.* Ecce in nocte sum; sed in te speravi, donec nocturna transeat iniquitas (Ps 56,2). «Habemus enim, ut dicit Petrus, certiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, tanquam lucernae lucenti in obscuro loco, donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris» (2 Petr 1,19). *Mane* ergo appellat, post finem saeculi, cum viderimus quod in saeculo credimus. «Mane» enim «exaudies vocem meam; mane astabo tibi et contemplabor» (Ps 5,4-5). «Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quoniam in te speravi». Si enim quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus (Rom 8,25). Patientiam quaerit nox, laetitiam donabit dies. «Auditam fac mihi mane misericordiam tuam; quoniam in te speravi».

15. Y aquí, ¿qué hemos de hacer hasta que llegue la mañana?, pues no nos basta esperar la mañana; se necesita hacer algo. ¿Por qué es necesario hacer algo? Porque en otro salmo se dice: *Busqué a Dios en el día de mi tribulación,* y esto quiere decir "en el día de mi noche busqué a Dios". ¿Cómo le buscaste? Dirigiéndome hacia El con mis manos de noche, *y no fui decepcionado.* Luego Dios ha de ser buscado en la noche con las manos. ¿Qué significa *con las manos?* Con las buenas obras *encaminadas hacia El. Cuando das limosna, no toques la trompeta, y tu Padre, que ve en lo escondido, te dará el galardón.* Luego como así ha de esperarse la mañana, y así ha de ser tolerada esta noche, y así ha de perseverarse en esta paciencia hasta que brille el día, ¿qué ha de hacerse entre tanto aquí? ¿Acaso no has de obrar algo por ti para que merezcas ser conducido a la mañana? *Hazme conocer, ¡oh Señor!, el camino por el cual he de andar.* Por eso encendió la lámpara profética, por eso envió al mismo Señor como una vasija terrena de carne, el cual diría también: *Se secó como vasija de barro mi fortaleza.* Encamínate a la profecía, dirígete a la lámpara de las predicciones de las cosas futuras, vete hacia la palabra de Dios. Aún no ves la Palabra que era en el principio Dios en Dios; camina hacia la forma de siervo, y llegarás a la forma de Dios. *Hazme conocer, ¡oh Señor!, el camino por el cual he de andar, porque a ti elevé mi alma. A ti,* no contra ti. En ti está la fuente de vida. A ti elevé mi alma, la llevé como vaso a la fuente. Luego lléname, *porque a ti elevé mi alma.*

15. Sed hic quid, donec veniat mane? Non enim sufficit mane sperare; aliquid opus est agere. Quare aliquid agere? Quoniam dicit in alio psalmo, *Deum exquisivi in die tribulationis meae:* tanquam in tempore noctis meae Deum exquisivi. Quomodo exquisisti? *Manibus meis nocte coram eo; et non sum deceptus* (Ps 75,3). Manibus quaerendus est in nocte Deus. Quid est, *manibus?* Bonis operibus. *Coram eo: Cum enim facis eleemosynam, noli tuba canere; et Pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi* (Mt 6,2.4). Quia ergo ita sperandum est mane, et ita nox ista toleranda est, et in ipsa patientia donec dies lucescat perseverandum est, quid interea hic agendum? Ne forte per teipsum acturus es aliquid, ut merearis perduci ad mane? *Notam fac mihi, Domine, viam in qua ingrediar.* Ideo lucernam propheticam accendit; ideo ipsum Dominum tanquam in testa carnis misit, qui etiam diceret, *Exaruit velut testa virtus mea* (Ps 21,16). Ambula ad prophetiam, ambula ad lucernam praedictorum futurorum, ambula ad verba Dei. Nondum vides Verbum in principio, Deum apud Deum (Io 1,1); ambula ad formam servi, perduceris ad formam Domini. «Notam fac mihi, Domine, viam in qua ingrediar; quoniam ad te levavi animam meam». *Levavi ad te,* non contra te. Apud te fons vitae. (Ps 35,10). *Ad te levavi animam meam,* tanquam vas ad fontem attuli: imple ergo me, *quoniam ad te levavi animam meam.*

16 [v.9]. *Líbrame de mis enemigos, Señor, porque me refugié en ti.* Yo, que en otro tiempo hui de ti, *me refugié en ti.* Adán huyó de la presencia de Dios y se encondió entre los árboles del paraíso, de suerte que de él se dijo en el libro de Job: *Como siervo que huye de su Señor y consigue la sombra.* Huyó del rostro de su Señor y consiguió por todo la sombra; a la sombra, pues, huyó colocándose entre los árboles del paraíso. ¡Ay si permaneciere en la sombra! Vea no se diga después por El: *Todas las cosas pasaron como sombra. Líbrame de los enemigos.* No pienso aquí en los enemigos hombres, pues *no es nuestra lucha*—dice el Apóstol—*contra la carne y la sangre.* ¿Contra quiénes es? *Contra los príncipes y las potestades, contra los rectores del mundo.* ¿De qué mundo? No del cielo y de la tierra, pues no gobiernan lo que no hicieron. *Contra los rectores del mundo;* pero ¿de qué mundo? Del mundo *de estas tinieblas.* ¿De qué tinieblas? De los inicuos, pues *en otro tiempo fuisteis tinieblas, mas ahora luz en el Señor.* Luego lucháis contra *los rectores del mundo de estas tinieblas,* contra los rectores de los inicuos. Gran certamen se os presenta; sin ver al enemigo hay que vencerle. *Contra los rectores del mundo de estas tinieblas,* a saber, contra el diablo y sus ángeles; no contra los rectores del mundo del cual se dice: *Y el mundo fue hecho por El;* sino del mundo del que se dice: *Y el mundo no le conoció. Líbrame de mis enemigos, Señor, porque me acogí a ti.* Líbrame de mis enemigos; no de Judas, sino del que se apoderó de Judas. A Judas le soporto viéndole, al diablo le combato sin verle. Judas tomó el bocado,

16 [v.9]. *Exime me de inimicis meis, Domine; quia ad te confugi.* Quia aliquando a te fugi, *ad te confugi.* Fugit enim Adam a facie Dei, et abscondit se inter ligna paradisi (Gen 3,8), ut de illo diceretur in libro Iob: *Tanquam servus fugiens Dominum suum et consecutus umbram* (Iob 7,2, sec. 70). Fugit a facie Domini sui, et consecutus est umbram: ad umbram enim fugit inter ligna paradisi. Vae si permanserit in umbra; ne postea dicatur, *Transierunt omnia tanquam umbra* (Sap 5,9). *Exime me de inimicis meis.* Non ego hic inimicos homines cogito: *Non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem.* Sed adversus quos? *Adversus principes et potestates, rectores mundi.* Cuius mundi? Non enim caeli et terrae; non enim regunt quod non fecerunt. *Rectores mundi;* sed cuius mundi? *Tenebrarum harum.* Quarum tenebrarum? Utique iniquorum. *Fuistis enim aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino* (Eph 5,8). *Rectores mundi, tenebrurum harum,* rectores iniquorum; contra hos habetis luctamen. Magnum praelium vobis est, hostem non videre et vincere. *Adversus rectores mundi, tenebrarum harum;* diabolum scilicet et angelos eius (ib. 6,12): non illius mundi rectores, de quo dicitur, *Et mundus per eum factus est;* sed illus mundi, de quo dicitur, *Et mundus eum non cognovit* (Io 1,10). *Exime me de inimicis meis, Domine: quia ad te confugi. De inimicis meis;* non Iuda, sed qui implevit Iudam. Illum patior visum, illum expugno non visum.

y Satanás entró en él a fin de que este David soportara la persecución de parte de su hijo. ¡De cuántos Judas no se apodera por completo Satanás al recibir indignamente el bocado para su condenación! *Pues quien come y bebe indignamente, come y bebe su condenación.* No es malo lo que se da, sino que se da lo bueno al malo para su condenación. Lo que es bueno, no puede ser bueno para quien lo recibe mal. *Luego líbrame de mis enemigos, porque me acogí a ti.* ¿Adónde me acogeré? *¿Adónde iré lejos de tu Espíritu? Si subiere al cielo, allí estás tú; si bajase al infierno, estás presente.* Luego ¿qué resta? *Tomaré mis alas como de paloma y volaré a los confines del mar,* es decir, habitaré puesta la esperanza en el fin del siglo, *pues allí me llevará tu mano y me conducirá tu derecha. Líbrame de mis enemigos, porque me acogí a ti, ¡oh Señor!*

17 [v.10-12]. *Enséñame a hacer tu voluntad, porque tú eres mi Dios.* ¡Oh confesión, oh mandamiento! *Porque tú*—dice—*eres mi Dios.* Correré a ser restablecido por otro si soy hecho por otro. Pero tú eres mi todo, porque tú eres mi Dios. ¿Buscaré al Padre por la herencia? *Tú eres mi Dios;* no sólo dador de la herencia, sino la misma herencia: *El Señor es la porción de mi herencia.* ¿Buscaré al Padre por la redención? *Tú eres mi Dios.* ¿Buscaré al Patrono por la libertad? *Tú eres mi Dios.* En fin, ¿deseo ser creado, ser restaurado? *Tú eres mi Dios,* que, siendo mi Creador, me creaste por tu Verbo, y también me restauraste por El. Pero me creaste por el Verbo Dios, permaneciendo en ti, y

Accepit enim buccellam Iudas, et intravit in eum satanas (ib. 13,27): ut iste David persecutionem pateretur a filio suo. Quam multos Iudas implet satanas, indigne accipientes buccellam ad iudicium suum! Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit (1 Cor 11,29). Non malum est quod datur, sed bonum malo in iudicium datur. Bene esse non potest, male accipienti quod bonum est. Ergo «exime me ab inimicis meis; quia ad te confugi». Quo enim fugerent? «Quo ibo a spiritu tuo? Si ascendero in caelum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades». Quid ergo restat? «Si assumpsero pennas meas ut columba, et volabo in extrema maris»; id est, ut spe habitem in finem saeculi: «etenim illuc manus tua deducet me, et perducet me dextera tua» (Ps 138,7.10). «Exime me de inimicis meis; quoniam ad te confugi, Domine».

17 [v.10-12]. *Doce me ut faciam voluntatem tuam; quoniam tu es Deus meus.* O confessio, o praescriptio! *Quoniam tu es,* inquit, *Deus meus.* Ad alium curram refici, si ab alio factus sum. Tu es totum meum; *quia tu es Deus meus.* Patrem quaeram propter haereditatem? *Tu es Deus meus,* non solum dator haereditatis, sed ipsa haereditas: *Dominus pars haereditatis meae* (Ps 15,5). Dominum quaeram propter redemptionem? *Tu es Deus meus.* Patronum quaeram propter liberationem? *Tu es Deus meus.* Postremo creatus recreari cupio? *Tu es Deus meus,* qui Creator meus, qui creasti me per Verbum tuum, et recreasti me per

me restauraste por el Verbo hecho carne por nosotros. Luego *enséñame a hacer tu voluntad, porque tú eres mi Dios.* Si no me enseñas, haré mi voluntad y me abandonará mi Dios. *Enséñame a hacer tu voluntad, porque tú eres mi Dios. Enséñame,* pues no eres tú mi Dios y yo he de ser mi maestro. Ved de qué modo se recomienda la gracia. Retened esto, empapaos de ello; nadie lo arroje de su corazón: tened celo de Dios, pero según la ciencia; no ignoréis la justicia de Dios queriendo establecer la vuestra, de suerte que por esto no os sometáis a la justicia de Dios. Sin duda, conocéis estas palabras del Apóstol. Luego decid esto: *Enséñame a hacer tu voluntad, porque tú eres mi Dios.*

18. *Tu Espíritu bueno,* no el mío malo. *Tu espíritu bueno me guiará a tierra derecha (o de rectitud),* porque mi espíritu malo me condujo a tierra perversa. ¿Y qué merecía? ¿Acaso que se computasen mis obras buenas hechas sin tu ayuda, de suerte que por eso pidiese ser digno de ser conducido por tu espíritu a tierra de rectitud? ¿Qué son mis obras o cuáles mis méritos? *Por tu nombre, Señor, me vivificarás.* Luego atended cuanto podáis a la recomendación de la gracia, por la cual gratuitamente os salvasteis. *Por tú nombre, Señor, me vivificarás. No a nosotros, Señor, no a nosotros, sino da gloria a tu nombre. Por tu nombre, Señor, me vivificarás según tu justicia;* no según la mía; no porque yo lo merecí, sino porque tú te compadeciste. Si yo presentase mi mérito, no merecería de ti otra cosa sino el suplicio. Arrancaste de raíz mis méritos e introdujiste tus dones. *Por*

Verbum. Sed creasti me per Verbum Deum manentem apud te; recreasti per Verbum carnem factum propter nos. *Doce* ergo *me ut faciam voluntatem tuam; quoniam tu es Deus meus.* Si non me docueris, faciam voluntatem meam, et deseret me Deus meus. *Doce me ut faciam voluntatem tuam; quoniam tu es Deus meus. Doce me:* non enim tu es Deus meus, et ego ero magister meus. Videte quemadmodum gratia commendetur. Hoc tenete; hoc imbibite, hoc vobis de corde nullus excutiat; ne habeatis zelum Dei, sed non secundum scientiam; ne ignorantes Dei iustitiam, et vestram volentes constituere, iustitiae Dei non sitis subiecti (Rom 10,2-3). Verba certe Apostoli agnoscitis. Dicite ergo ista, *Doce me ut faciam voluntatem tuam; quoniam tu es Deus meus.*

18. *Spiritus tuus bonus,* non meus malus: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Quia spiritus meus malus deduxit me in terram perversam. Et quid ego merui? quae mea opera bona sine tuo adiutorio computantur, unde impetrarem dignusque essem deduci a Spiritu tuo in terram rectam? Quae opera mea, vel quae merita mea? *Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me.* Attendite ergo, quantum potestis, gratiae commendationem, qua gratis salvi facti estis. *Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me.* Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam (Ps 112,1). *Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me: in tua iustitia,* non in mea, non quia ego merui, sed quia tu misereris. Nam si meum ostenderem meritum, nihil abs te mererer, nisi supplicium. Avulsisti merita mea, inseruisti dona tua. «Propter

tu nombre, Señor, me vivificarás, por tu justicia librarás de la tribulación a mi alma y por tu misericordia destruirás a mis enemigos; y acabarás con todos los que atribulan mi alma, porque yo soy tu siervo.

SALMO 143

[ACCIÓN DE GRACIAS POR LA VICTORIA]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. El título de este salmo es breve en palabras, pero importante por la profundidad de los misterios. *Para David; contra Goliat.* Vuestra caridad recordará conmigo, atendiendo a la santa Escritura, esta lucha que tuvo lugar en tiempo de nuestros antepasados. En cierta ocasión, combatiendo los extranjeros contra el pueblo de Dios, uno provocó a uno: Goliat a David. En este certamen había de manifestarse la voluntad de Dios con la victoria de una de las partes. Pero ¿por qué nos preocupamos de la victoria cuando vemos al que provoca y al provocado? Provocó la impiedad a la piedad, provocó la soberbia a la humildad; en fin, provocó el diablo a Cristo. ¿Por qué os extrañáis que el diablo fuese vencido? Goliat era grande en estatura corpórea; David, por el contrario, era pequeño en cuanto al cuerpo, pero grande en la fe. El santo David se vistió de las armas bélicas para salir al encuentro de Goliat; pero, debido, como dijimos, a la corta edad y a su pequeña estatura corporal, no pudo soportarlas. Entonces, despojándose de lo que le estorbaba, no de lo

nomen tuum, Domine, vivificabis me: in tua iustitia educes de tribulatione animam meam; et in tua misericordia ad interitum deduces inimicos meos. Et perdes omnes tribulantes animam meam; quoniam servus tuus sum ego».

PSALMUS 143

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1]. Psalmi huius titulus brevis est numero verborum, sed gravis pondere mysteriorum: *Ipsi David ad Goliam.* Praelium hoc factum tempore patrum nostrorum, de Scripturis sanctis recolit mecum Charitas vestra. Cum enim adversus populum Dei alienigenae dimicarent, provocavit unus unum, Golias David: in quo certamine voluntas Dei pro cuiusque partis victoria probaretur. Sed quid de victoria satagimus, quando provocantem provocatumque cernamus? Provocavit impietas pietatem, provocavit superbia humilitatem, postremo provocavit diabolus Christum. Quid miramini diabolum victum? Ille erat grandis statura corporis; iste autem statura parvus, fide magnus. Accepit arma bellica sanctus David, ut adversus Goliam procederet. Haec arma per aetatem, et parvam, ut diximus, staturam corporis, portare non valuit. Abiecit onerantia, non adiuvantia: accepit quinque lapides de flumine, et posuit in vase pastorali. His armatus corporaliter, nomine autem Dei spiritua-

que le ayudaba, tomó cinco piedras del río y las echó en su zurrón de pastor. Armado corporalmente con ellas, y espiritualmente con el nombre de Dios, salió a su encuentro y le venció. Esto hizo David; pero indaguemos los misterios. Dijimos que el título del salmo era breve en palabras, pero importante por la profundidad de los misterios. Recordemos la sentencia apostólica: *Todas estas cosas les acontecían figuradamente a ellos,* para que no aparezca que indagamos petulantemente algo oculto allí en donde pudiera exponerse todo lo narrado simplemente sin abismo de misterio. Luego tenemos la autoridad que nos excita la atención para buscar, nos despierta para investigar, nos proporciona la devoción para oír, nos da la fe para creer y aleja de nosotros la pereza para obrar. Cristo se halla personificado en David, pero conforme acostumbráis a entenderlo los adoctrinados en su escuela: Cristo Cabeza y Cuerpo. Luego no oigáis nada de lo que se diga en persona de Cristo como si no perteneciese a vosotros, que sois miembros de Cristo. Asentado esto como base, ved ya lo que sigue.

2. Sabéis que el primer pueblo de Dios fue sobrecargado con infinidad de sacramentos corporales y visibles: con la circuncisión, el laborioso sacerdocio, el templo lleno de símbolos, la multitud de clases de sacrificios y holocaustos. Nuestro David depuso todas estas cosas como armas que agobiaban y no ayudaban. Pues, si la ley hubiera sido dada de suerte que pudiera vivificar en realidad de verdad, de la ley procedería la justicia. Pero entonces, ¿a qué se dio la ley? El mismo Apóstol lo explica, diciendo: *La Escritura lo encierra todo bajo pecado a fin*

liter, processit, et vicit (1 Reg 17). Hoc quidem ille David: sed mysteria perscrutemur. Proposueramus enim titulum istum brevem numero verborum, sed gravem pondere mysteriorum. Veniat in mentem apostolica illa sententia, *Omnia haec in figura contingebant in illis* (1 Cor 10,11); ne impudenter videamur quaerere aliquid absconditum, ubi possit dici totum sine mysterii profunditate simpliciter dictum. Habemus ergo auctoritatem facientem nos intentos ad quaerendum, vigiles ad investigandum, devotos ad audiendum, fideles ad credendum, impigros ad faciendum. In David Christus: sed sicut soletis intelligere eruditi in schola eius, Christus caput et corpus. Non ergo sic audiatis aliquid ex persona Christi, quasi ad vos non pertineat, qui estis membra Christi. Hoc tanquam fundamento posito, videte quae sequantur.

2. Nostis multis sacramentis visibilibus et corporalibus oneratum esse populum primum; circumcisione, negotioso illo quodam sacerdotio, et templo figuris pleno, multiplicibus holocaustorum sacrificiorumque generibus. Haec David noster tanquam arma prementia, non adiuvantia, posuit. *Si enim data esset lex quae posset vivificare, vere ex Lege esset iustitia.* Utquid ergo Lex? Sequitur: *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus* (Gal 3, 21-22). Denique iste David, scilicet Christus caput et corpus, tempore

de que la promesa se diese a los creyentes en virtud de la fe en Jesucristo. En fin, este David, es decir, Cristo Cabeza y Cuerpo, ¿qué hizo en el tiempo de la manifestación del Nuevo Testamento, en el tiempo de la insinuación y recomendación de la gracia de Dios? Depuso las armas y tomó cinco piedras; depuso, según dijimos, las armas agobiantes. Luego depuso los sacramentos de la ley, los sacramentos de aquella ley que no observamos y que no se impusieron a los gentiles. Pues recordáis cuántas cosas se leen en la Ley Vieja que no observamos, y que, sin embargo, sabemos que se propusieron y establecieron con alguna significación; no para despreciar la ley de Dios, sino para que, como sacramentos promisorios, una vez cumplida la promesa, no los celebrásemos. Llegó, pues, lo que prometían. En la ley se velaba la gracia del Nuevo Testamento; en el Evangelio se revela. Corrimos el velo y conocimos lo que ocultaba; conocimos por la gracia de nuestro Señor Jesucristo, Cabeza y Salvador nuestro, que fue crucificado por nosotros; que, al ser crucificado, se rasgó el velo del templo. En fin, El depuso las armas como peso de los sacramentos de la Ley Vieja. Sin embargo, El tomó la ley, pues las cinco piedras simbolizaban los cinco libros de Moisés. Tomó, pues, del río cinco piedras. Sabéis qué significa el río: el mundo. Pues bien: el mundo mortal se desliza, y todo lo que hay en el mundo corre a lo largo. En el río, como en aquel primer pueblo, se hallaban las piedras; allí eran inútiles, estaban ociosas, de nada servían, pasaban permaneciendo sobre el río. ¿Qué hizo David para que la ley fuese útil? Tomó la

revelationis Novi Testamenti, tempore insinuandae et commendandae gratiae Dei, quid fecit? Arma posuit, quinque lapides tulit: arma, ut diximus, onerantia posuit; ergo sacramenta Legis, sacramenta illa Legis, quae non sunt imposita Gentibus, posuit, quae non observamus. Meministis enim quanta in Veteri Lege legamus, et non observemus; sed tamen ad aliquam significationem praemissa et proposita intelligamus: non ut abiiciamus Legem Dei, sed ut sacramenta promittentia, impleta promissione non celebremus. Quod enim promittebant, venit. Gratia enim Novi Testamenti in Lege velabatur; in Evangelio revelatur. Velum removimus, quod velabatur agnovimus: agnovimus autem in gratia Domini nostri Iesu Christi, capitis et Salvatoris nostri, qui pro nobis crucifixus est; quo crucifixo etiam velum templi conscissum est (Mt 27,51). Denique arma ille posuit, tanquam onera sacramentorum Veteris Legis; et ipsam Legem accepit. Quinque enim lapides quinque libros Moysi significant. Tulit ergo illos quinque lapides de flumine. Nostis quid sit fluvius. Labitur enim mortale saeculum, et praeterfluit quidquid venit in mundum. Erant ergo in flumine, tanquam in populo illo primo, lapides; illic erant inutiles, vacabant, nihil proderant, transibant super fluvios. Quid fecit David, ut Lex ipsa utilis esset? Accepit gratiam. Lex enim sine gratia impleri non potest: *Plenitudo* enim *Legis charitas* (Rom 13,10). Et unde ista charitas? Vide si non ex gratia.

gracia. Pues la ley sin la gracia no puede cumplirse. *La perfección o cumplimiento de la ley es la caridad.* ¿Y de dónde procede la caridad? Ve si no procede de la gracia. *La caridad de Dios*—dice el Apóstol—*se difundió en nuestros corazones por el Espíritu Santo que nos ha sido dado.* Como la gracia proporciona el cumplimiento de la ley, por lo mismo se simboliza la gracia en la leche, pues ésta es gratuita en la carne, ya que la madre no exige recompensa por ella, sino que se preocupa por darla. La madre la da gratuitamente, y se entristece si falta quien la reciba. Luego ¿cómo demostró David que no puede cumplirse la ley sin la gracia? Al querer unir a la gracia aquellas cinco piedras, con las cuales se simbolizaba la ley, contenida en los cinco libros, pues las colocó en el zurrón en el que acostumbraba a llevar la leche. Armado así, armado ciertamente con la gracia, y, por lo mismo, no presumiendo de sí, sino de su Señor, salió al encuentro del soberbio Goliat, que se jactaba y presumía de sí. Toma una piedra, la lanza, y hiere en la frente al enemigo, el cual cae de bruces, hiriendo el suelo con la frente, en la que no tenía el signo de Cristo. Conviene también que observes que echó cinco piedras en el zurrón y sólo lanzó una. Cinco libros son los escogidos, pero venció la unidad, pues el cumplimiento o perfección de la ley, según recordé poco antes, es la caridad; y el mismo Apóstol dice: *Nos suframos unos a otros con caridad, procurando conservar la unidad de espíritu en el vínculo de la paz.* Después, herido y arrojado en tierra, le quitó su espada y con ella le cortó la cabeza. Esto mismo hizo nuestro David al arrojar al diablo de los suyos; pues, cuando sus primates creen,

2. Cuando se leía (el salmo), creo que todos, o muchos de vosotros, advertisteis que tiene algunos versillos que para ponerlos en claro debe llamarse; principalmente aquellos que dicen que *da nieve como lana y esparce la niebla como ceniza, envía granizos como pedazos de pan; ante su frío, ¿quién resistirá?* Oyendo estas cosas, todo el que las toma al pie de la letra piensa en las obras divinas. Pues ¿quién da la nieve sino Dios? ¿Quién esparce la niebla y quién endurece el granizo fuera de El? Con todo, estas tres cosas tienen sus semejanzas apropiadas y opuestas, pues la lana no es desemejante a la nieve, ni la ceniza a la niebla, ni el pedacito de pan blanco al esplendor y candidez del hielo o granizo. El granizo o glacial es cierta especie de vidrio, pero blanco. Este modo de ser lo refieren aquellos que lo conocieron, y no debemos dudarlo, puesto que lo atestigua la fidelísima Escritura. Se dice que el glaciar, al no licuarse la nieve, endureciéndose durante muchos años, de tal modo se congela, que difícilmente se licúa. La nieve de un invierno pasado, fácilmente es disuelta por el presente verano no permitiéndola que se le

cum vehementer commendaremus dominico die, quia revera, quia prope hoc solum dicendum est; non parum temporis effluxit, et coacti sumus hunc psalmum susceptum ad tractandum, in hunc diem differre. Modo ipse praesto est; intendamus in eum, imo in Deum qui hos sermones per misericordiam suam in Spiritu suo dispensare dignatus est, ita ut ipse novit expedire infirmitatibus nostris. Quis enim aeger consilium medico dare audet?

2. Cum legeretur, credo aut omnes aut multos vestrum animadvertisse quod habeat aliquo versus ad quos aperiendos pulsandum est, maximeque ubi ait: *Qui dat nivem velut lanam, nebulam velut cinerem spargit: qui mittit crystallum suum velut frustra panis; in faciem frigoris eius quis subsistet?* His enim auditis, quisquis ea accipit ad literam, opera quidem divina cogitavit. Quis enim dat nivem, nisi Deus? et quis nebulam spargit, nisi Deus? crystallum quis durat, nisi ipse? Et habent haec tria similitudines congruas oppositas. Neque enim dissimilis est lana nivi, aut cinis nebulae, aut frustra panis candidi nitori et candori crystalli. Est enim crystallum species quaedam in modum vitri, sed candidum est. Hoc autem genus traditur ab eis qui noverunt; unde dubitare non debemus, quoniam fidelissima Scriptura testimonium dicit: traditur ergo crystallum, durata per multos annos et non resoluta nive, ita congelascere, ut resolutio non facilis sit. Nives praeteritae hiemis facile dissolvit aestas adve-

acumulen los años para afianzar su dureza. Con todo, en donde la nieve ha caído durante muchos años una encima de otra y por su abundancia resistió el ardor del verano, y no de uno, sino de muchos, como sucede principalmente en ciertos parajes de la tierra, es decir, en el aquilón, en el que ni aun en el verano calienta el sol fuertemente, esta prolongada y persistente dureza constituye esta cualidad que se llama hielo o glaciar. Atienda vuestra caridad. ¿Qué es, pues, el glaciar? Nieve endurecida por el hielo de muchos años, de suerte que difícilmente puede licuarse por el sol o el fuego. Lo expuse un tanto prolijo porque muchos lo ignoran. Pero quienes quizá lo conocen no deben tener por pesada la exposición que versa de cosa sabida, y que se aduce no por ellos, sino por quienes no la conocen. Cuando oísteis leer estas cosas al lector, no dudo que pensasteis cosas distintas; que algunos dijeron, y dijeron verdad: "¡Grandes son las obras del Señor!", como se echa de ver por esta pequeña parte y terrena de las obras que conmemoró y que se ve casi todos los años; a saber, cómo nieva Dios, cómo esparce la niebla, cómo solidifica el glaciar; y que otros dijeron: "¿Piensas acaso haberse consignado estas cosas sin motivo en la Escritura? ¿O que sin duda se encierra todo en lo que suenan, y no nos insinúa algo esta nieve y lana, esta niebla y ceniza, y este glaciar y pan? Pero ¿por qué quiso hablar la Escritura por ciertos como atisbos de semejanzas? ¡Cuánto mejor hubiera hablado más claro! ¿Por qué me encuentro vacilante o indago lo que significan estas palabras? ¿Por qué me esfuerzo en oír? ¿Por qué muchas veces, oído el salmo, me alejo sin haberlo entendido? Esto es lo que poco antes dije: soporta ser curado; así has de sanar. Demasiado soberbio e imprudente es el enfermo que se atreve a aconsejar al médico, aun siendo hombre. ¿Se atreverá el enfermo a dar un consejo al médico? Cuando enferma el hombre y Dios cura, antes de que sepas por qué causa se dijo, es un gran indicio de piedad y sanidad creer que así debió decirse conforme se dijo. Esta piedad te hace capaz para que investigues por qué se dijo; y para que al investigarlo lo encuentres, y al encontrarlo te goces. Esté presente para mí ante el Señor, Dios nuestro, este afecto de vuestras oraciones; y, si no por mí, a lo menos por vosotros, se digne conceder (aclarar) lo que aquí se halla oculto. Luego ahora pensad que prometí el día de cierto espectáculo y de representación divina; pues bien, al recitar estos versos y todavía no exponerlos, revelé ciertos envoltorios ocultos del Director o Empresario de espectáculos. Sin duda se anuncian encubiertos para que se esperen descubiertos. Mas vosotros preparaos no sólo para contemplar, sino también para tomar parte en la escena.

3. Dije el domingo, si recuerda vuestra caridad, es decir, los que asististeis, que la lectura del pasaje evangélico, la cual nos retuvo mucho tiempo, hasta el punto de postergar la exposición del salmo, fue lección congruente a este salmo. Esto dije entonces, pero no pude probarlo, porque diferí la exposición del salmo. Hoy, pues, ha de demostrarse esta congruencia. En la lección evangélica nos aterró el día último. Aquel terror engendra seguridad, pues, aterrados, nos precavemos, y, precavidos, estaremos

niens; non enim eis ad confirmandam duritiam accessit annositas. Ubi autem nives multae per annos multos super invicem missae fuerint, et copia sua violentiam aestatis evicerint, non aestatis unius, sed multarum, praesertim in his terrae partibus, id est in aquilonia plaga, ubi nec aestate sol perferventissimus invenitur; ipsa diuturna et annosa duritia reddit hanc speciem quae crystallum dicitur. Intendat Charitas vestra. Quid est ergo crystallum? Nix est glacie durata per multos annos, ita ut a sole vel igne facile dissolvi non possit. Hoc propterea aliquanto diutius exposuimus, quia multi ignorant; nec illi qui hoc forte norunt, de re quam noverunt onerosum debent habere sermonem, adhibitum non porpter se, sed propter eos qui non noverunt. Haec ergo cum audistis personante Lectore, non dubito vos diversa cogitasse; dixisse aliquos, et verum dixisse, Magna opera Domini, unde particula quaedam commemorata est, et ipsa terrena, et prope omnibus annis nota, quomodo ningat Deus, quomodo nebulam spargat, quomodo etiam crystallum solidet: alios dixisse sibi, Putasne sine causa ista in Scripturis posita sunt, aut vere hoc totum habent quod sonant? non nobis aliquid innuit nix ista et lana, nebula et cinis, cyrstallum et panis? Sed quare sic Scriptura loqui voluit, per quasdam quasi caligines similitudinum? quanto melius apertius loqueretur? Quare vel quaero vel haesito, quid sibi illa verba exigant? quare in audiendo vel laboro? quare plerumque audito psalmo indoctus abscedo? Hoc est quod paulo ante dixi: Patere te curari; ita sanandus es. Multum superbus et praeceps est aeger qui et medicum monere audet, etiam hominem. Consiliumne audebit dare aeger medico? Ubi homo aegrotat, et Deus curat, magnum pietatis et sanitatis initium est, antequam scias quare quid dictum sit, credere ita dici debuisse ut dictum est. Haec enim pietas faciet te capacem ut quaeras quod dictum est, et cum quaesieris invenias, et cum inveneris gaudeas. Adsit ergo nobis apud Dominum Deum nostrum iste affectus precum vestrarum; et si non propter nos, certe propter vos donare dignetur quod hic absconditum latet. Modo ergo putate nos, quoniam cuiusdam spectaculi et editionis divinae diem promisimus, pronuntiatis his versibus et nondum expositis, involutas quasdam Editoris nostri sarcinas protulisse. Utique ad hoc involutae proferuntur, ut evolutae exspectentur: vos autem non tantum intueri, sed et vestiri paramini.

3. Dixeramus autem die dominico, si meminit Charitas vestra, qui adfuistis, ipsam evangelicam lectionem, quae nos diutius tenuit, ut Psalmi expositio differretur, congruam lectam fuisse eidem psalmo. Hoc tunc diximus, sed ostendere non valuimus, quia Psalmum distulimus. Hodie itaque demonstranda est et ipsa congruentia. In evangelica illa lectione territi sumus de die novissimo. Terror ille securitatem parturit; territi enim praecavemus, praecaventes securi erimus. Quomodo enim praepostera securitas in terrores impellit, ita ordinata sollicitudo securitatem parit.

seguros. Como la seguridad sin fundamento nos precipita en el terror, así la solicitud, bien regulada, engendra la seguridad. Somos atemorizados para que no amemos la presente vida, caduca, inconstante y pasajera, como si no hubiese otra. Si no hay ninguna otra, amemos ésta. Si no hay ninguna otra, son más felices que nosotros los que hoy se encaminaron al anfiteatro. Pues ¿qué dice el Apóstol? *Si en esta vida, (no existiendo otra), tenemos puesta únicamente la esperanza en Cristo, somos los más desdichados de todos los hombres.* Luego existe otra vida. Cada uno interrogue a Cristo en su fe; pero la fe se halla dormida. Con razón fluctúas, porque Cristo se halla dormido en la nave. Dormía Jesús en la nave, y por eso zozobraba la nave entre las aguas y la gran tempestad. Vacila el corazón cuando Cristo duerme. Pero Cristo siempre vigila. Entonces, ¿qué significa "Cristo duerme"? Que duerme tu fe. ¿Por qué te agitas aún en la tempestad de la duda? Despierta a Cristo, despierta a tu fe. Mira la vida futura con los ojos de la fe, por la cual creíste, por la cual fuiste signado con la señal de Aquel que vivió esta vida para mostrarte hasta qué punto debe ser despreciada aquella que amas tú y hasta qué punto debía ser esperada aquella en la cual no creías. Luego, si despertares la fe y dirigieses tus ojos a las cosas postreras, al siglo futuro, en el cual nos gozaremos después de la segunda venida del Señor, después de concluido el juicio, después de ser entregado el reino de los cielos a los santos; si pensases en aquella vida y en la ocupación tranquila de ella, sobre la cual, carísimos, os hablé muchas veces, no zozobrará nuestro negocio,

Territi autem sumus, ne praesentem vitam deficientem, volaticam, transitoriam, sic amemus, quasi alia nulla sit: si enim alia nulla est, amemus hanc. Si alia vita nulla est, feliciores nobis sunt qui ad amphitheatrum hodie vigilarunt. Quid enim ait Apostolus? *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus* (1 Cor 15,19). Est ergo alia vita. Interroget quisque Christum in fide sua: sed dormit fides. Merito fluctuas, quia Christus dormit in navi. Iesus enim dormiebat in navi, et navis fluctuabat in aquis et tempestatibus multis (Mt 8,24-25). Fluctuat ergo cor, quando Christus dormit. Christus semper vigilat: quid est ergo, Christus dormit? Fides tua dormit. Quid adhuc dubitationis tempestate iactaris? Excita Christum, excita fidem tuam: conspice oculis fidei vitam futuram, propter quam credidisti, propter quam signo eius signaris, qui propterea duxit hanc vitam, ut tibi ostenderet quam sit contemnenda quam diligebas, et quam sit speranda quam non credebas. Si ergo fidem excitaveris, et oculos eius in novissima miseris, futurumque saeculum in quo gaudebimus post alterum Domini adventum, post iudicium peractum, post traditum sanctis regnum caelorum, si illam vitam cogitaveris, et illius vitae negotium otiosum, de quo saepe locuti sumus, charissimi; non fluctuabit negotium nostrum, otiosum negotium plenum solius dulcedinis, nulla interpellatum molestia, nulla fatigatione sauciatum, nulla nube perturbatum. Negotium nostrum quod erit?

el tranquilo negocio lleno sólo de dulzura, sin estorbos molestos, sin cansancio fatigoso, sin pesadumbre que le perturbe. ¿Cuál será nuestra ocupación o negocio? Alabar a Dios, amar y alabar: alabar en el amor y amar en las alabanzas. *Bienaventurados los que moran en tu casa; por los siglos de los siglos te alabarán.* ¿Por qué? Porque te amarán por los siglos de los siglos. ¿Por qué? Porque te verán eternamente. Este será, hermanos míos, el espectáculo que se ofrecerá en la visión de Dios. Los hombres contemplan al gladiador y se deleitan. ¡Ay de los desgraciados si no se corrigen, pues los que ven al gladiador y se deleitan, verán al Salvador y se contristarán! ¡Qué cosa más desdichada para quienes el Salvador no ha de ser su salud! No es de extrañar que el Dios liberante no sirva de salud para aquellos que todo su gozo consiste en oponerse a ella. Por el contrario, nosotros, hermanos, si nos contamos entre sus miembros, si anhelamos, si perseveramos, veremos y nos gozaremos. En aquella ciudad todos sus ciudadanos se hallan purificados, no se admitirá a ningún sedicioso o perturbador; el enemigo, que ahora envidia para que no arribemos a aquella patria, no podrá seducir allí a ninguno, porque no se le permitirá estar allí. Si ahora se excluye del corazón de los creyentes, ¿cómo no se le excluirá de la ciudad de los vivientes? ¿Qué será, hermanos, qué será, os ruego me lo digáis, el estar en aquella ciudad de la que sólo hablar reporta tanto gozo? Debemos preparar nuestros corazones para esta vida futura. Quien prepara el corazón para ella, desprecia en absoluto la actual. Habiendo despreciado ésta, el Señor hace esperar seguro el día sobre el que atemorizó esperando.

Laudare Deum, amare et laudare; laudare in amore, amare in laudibus. *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te* (Ps 83,5). Quare, nisi quia in saecula saeculorum amabunt te? Quare, nisi quia in saecula saeculorum videbunt te? Hoc ergo, fratres mei, quale spectaculum erit in visione Dei? Vident homines venatorem, et delectantur: vae miseris, si non se correxerint! Qui enim vident venatorem, et delectantur, videbunt Salvatorem, et contristabuntur. Quid illis miserius, quibus Salvator saluti non erit? Non ergo mirum quia illis quibus voluptati est homo pugnans, non erit saluti Deus liberans. Nos autem, fratres, si nos in eius membris meminimus, si concupiscimus, si perseveramus, videbimus et gaudebimus. Erit illa civitas purgatis omnibus civibus suis, nullo admixto seditioso aut turbulento: inimicus ille qui modo invidet, ne ad illam patriam veniamus, illic cuiquam insidiari non potest; quia nec esse ibi permittitur. Si enim modo excluditur de corde credentium, quomodo excludetur de civitate viventium? Quid erit, fratres, quid erit, rogo vos, esse in illa civitate, de qua loqui tantum gaudium est? Huic futurae vitae corda praeparare debemus: quisquis ei cor praeparaverit, totam istam contemnit; contempta ista securum facit exspectare diem de quo exspectando Dominus terruit.

4. Como este salmo nos canta y habla de la vida futura y el evangelio nos atemoriza con la presente, el salmo engendra el amor de la futura, y el evangelio el temor de la presente. Con todo, tampoco se calla en los libros del Nuevo Testamento el gozo futuro, y principalmente en aquellos en los que se presentan sin disfraces las cosas que deben ser entendidas, apareciendo allí claras para que aquí se entiendan las oscuras. Luego al decirnos el evangelio: "Poned la mirada en el último día, en el día de la venida del Hijo del hombre, porque ha de encontrar viviendo mal a los que ahora están seguros, y lo están porque lo están perversamente, pues se hallan seguros en los placeres del mundo, cuando debieran estar seguros teniendo sometidas las pasiones del mundo", el Apóstol nos preparó para aquella vida con las palabras que entonces conmemoró, diciendo: *Por lo demás, hermanos, corto es el tiempo; resta, pues, que los que tienen mujeres sean como si no las tuviesen; y los que compran, como si no comprasen; y los que se gozan, como si no se gozasen; y los que lloran, como si no llorasen; y los que disfrutan de este mundo, como si no disfrutasen, porque pasa la figura de este mundo, y yo quiero que estéis sin cuidados.* El que pone todo su gozo y toda su felicidad en comer, en beber, en estar casado, en comprar, en vender, en disfrutar de este mundo, también este tal está sin cuidados, pero se halla fuera del arca. ¡Ay de él cuando llegue el diluvio! Por el contrario, el que come y bebe o hace otra cosa, y la ejecuta para gloria de Dios; y, si soporta alguna tristeza debido a las cosas mundanas, llora de tal modo que interiormente se goza con la esperanza; y, si le sobreviene algún

4. Cum ergo psalmus iste dicat nobis et cantet de illa vita futura, Evangelium autem terruerit de praesenti; Psalmus facit amorem futurae, Evangelium facit timorem praesentis. Nec de futura delectatione tacetur in litteris Novi Testamenti, et multo magis in eis, ubi non tanquam cum involucris quibusdam proferuntur illa quae intelligenda sunt; sed ibi videntur aperta, ut hic intelligantur obscura. Cum ergo diceret nobis Evangelium, Observate diem novissimum venturum, diem adventus Filii hominis; quia illos male inventurus est, qui modo securi sunt, ideo quia perverse securi sunt; securi sunt enim in voluptatibus saeculi, cum deberent esse securi domitis cupiditatibus saeculi: iam utique illi vitae nos praeparavit Apostolus, in verbis quae tunc etiam commemoravi, «De caetero, fratres, tempus breve est: reliquum est ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint; et qui emunt, tanquam non ementes; et qui gaudent, tanquam non gaudentes; et qui flent, tanquam non flentes: et qui utuntur hoc mundo, tanquam non utentes sint: praeterit enim figura huius mundi. Volo vos sine sollicitudine esse» (1 Cor 7,29-32). Qui gaudium totum suum totamque felicitatem suam constituit in manducando, bibendo, uxorem ducendo, emendo, vendendo, utendo mundo isto, sine sollicitudine est et talis; sed praeter arcam: vae illi a diluvio. Quisquis autem, sive manducat, sive bibit, sive aliquid agit, omnia in gloriam

gozo procedente de las cosas terrenas, de tal modo se goza que teme espiritualmente en su interior, y, por tanto, no se entrega de lleno a la felicidad, para no ser pervertido; ni a la adversidad, para no ser quebrantado, lo cual es llorar como si no llorase y gozarse como si no se gozase; el que, teniendo esposa, compadeciéndose de la flaqueza de ella, da y no exige el débito; o si por su propia debilidad se casa, y se lamenta más bien porque no puede estar sin esposa que se goza porque se casó; el que vende lo que sabe que, si lo retuviese, no le haría feliz; el que conoce que pasa todo lo que compra, y, por tanto, no presume de todos los bienes de que abunda y le rodean y hace con todo lo que tiene obras de misericordia con aquel que no tiene, para que también él mismo reciba lo que no tiene de Aquel que tiene todas las cosas, el que es tal espera seguro el último día, porque no está fuera del arca, pues ya es contado entre los árboles incorruptibles con los que se fabrica el arca. Luego no tema al Señor que ha de venir, sino le espere y desee, pues no vendrá para él a inferirle castigos, sino a quitarle trabajos. Todo esto se consigue con el deseo de aquella ciudad. Luego lo que amonesta el evangelio se consigue por el deseo de esta ciudad a la cual canta el salmo. Así, pues, el evangelio está en consonancia con este salmo.

5. Oigamos, pues, a qué ciudad canta este salmo. Oigamos y cantemos, ya que, cuando oímos, nuestro gozo es cántico para nuestro Dios, pues no solamente cantamos cuando proferimos el canto con los labios y la boca, pues existe un cántico interior,

Dei facit (1 Cor 10,31): et si aliqua tristia est de rebus saecularibus, sic flet, ut intus in spe gaudeat; et si aliqua laetitia est in rebus saecularibus, sic gaudet, ut intus spiritualiter timeat, nec donet se corrumpendum felicitati, nec se det adversitati frangendum (hoc est enim flere tanquam non flentem, et gaudere tanquam non gaudentem): quisquis et si habet uxorem, eius infirmitati compatiens, reddit, non exigit debitum; aut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem, plangens potius quia sine uxore esse non potuit, quam gaudens quia duxit: quisquis vendit quod novit quia etsi maneret, beatum non faceret; quisquis quod emit, novit quia transiet; et de his omnibus etsi abundantibus, etsi circumfluentibus non praesumit, facitque ex eo quod habet, misericordiam cum eo qui non habet, ut et ipse accipiat quod non habet, ab illo qui omnia habet: quisquis talis est, securus exspectat diem novissimum, quia non est praeter arcam; iam inter ligna imputribilia computatur, ex quibus arca fabricatur (Gen 6,14). Non ergo timeat venturum Dominum; sed speret, et desideret: non enim veniet illi ad inferendas poenas, sed ad finiendas molestias. Hoc autem fit desiderio illius civitatis. Quod ergo monuit Evangelium, impletur eius civitatis desiderio, quam Psalmus cantat: ita congruit Evangelium huic cantico.

5. Et quam civitatem psalmus iste cantat, audiamus. Audiamus, et cantemus; gaudium nostrum, cum hoc audimus, canticum Dei nostri est. Non enim tantum cantamus, quando voce et labiis sonamus canticum;

porque hay oídos de uno que oye interiormente. Cantamos con la voz para excitarnos, cantamos con el corazón para agradarle. El salmo se intitula *De Ageo y Zacarías.* Ageo y Zacarías fueron profetas. Estos profetas existieron en el tiempo de la cautividad de aquella Jerusalén que en la tierra simbolizó la celeste. Estando cautivos en Babilonia los ciudadanos de Jerusalén, profetizaron estos videntes la reparación de Jerusalén, profetizaron también la nueva ciudad por reconstrucción de la vieja una vez librado el pueblo de la cautividad. Conocemos esta cautividad si verdaderamente conocemos nuestra peregrinación. Pues en este mundo, en medio de estas tribulaciones del siglo, en medio de esta turba innumerable de escándalos, en cierto modo gemimos en cautividad; pero seremos restablecidos, puesto que se nos anuncia una nueva y futura ciudad igual. Porque también después de esta profecía aconteció que palpablemente se declaró todo lo que pertenecía a descubrir la imagen. Jerusalén fue restaurada después de setenta años de cautiverio. Por lo mismo, el profeta Jeremías señala, en los setenta años, en aquel número septenario, todo el desenvolvimiento de este tiempo, pues en el número septenario se desarrollan estos días, como sabéis, marchando y volviendo los mismos. Jeremías profetizó que después de setenta años había de ser restaurada la ciudad de Jerusalén; esto aconteció, ofreciendo en ello una imagen de lo futuro; y se nos dio también a conocer aquella futura ciudad nuestra establecida en eternidad en aquel único día que se presentará después de toda esta inconstancia temporal que se desarrolla en el número septenario. En

est et canticum intus, quia sunt et aures cuiusdam intus. Voce cantamus, ut nos excitemus; corde cantamus, ut illi placeamus. *Aggaei et Zachariae* Psalmus dicitur. Aggaeus et Zacharias prophetae fuerunt. Erant autem prophetae isti iam in captivitate Ierusalem illius, quae in terra portavit umbram cuiusdam caelestis. In illius ergo civitatis captivitate cum essent in Babylonia, prophetaverunt prophetae isti reparationem Ierusalem, prophetaverunt civitatem novam ex repartione veteris, liberato populo a captivitate (1 Esdr 5,1; et 6,14). Agnoscimus et istam captivitatem, si vere agnoscimus nostram peregrinationem. In hoc enim mundo, in his tribulationibus saeculi, in hac turba multiplici scandalorum, quodam modo in captivitate gemimus; sed erigemur: praenuntiatur civitas nostra nova futura aequalis. Nam et post istorum prophetationem, et visibiliter contigit, ut totum explicaretur quod ad persolvendam imaginem pertinebat. Reparata est Ierusalem post septuaginta annos captivitatis. Sic Ieremias propheta septuaginta annis, septenario illo numero omnem volubilitatem huius temporis signat: septenario enim numero volvuntur dies hi, sicut nostis; iidem abeunt, iidem redeunt. Post septuaginta ergo annos, cum prophetavit Ieremias reparari civitatem Ierusalem (Ier 25,12; et 29,10), factum est, ut et ibi significaretur imago futurorum: significatum est nobis post omnem istam volubilitatem temporis, quae septenario numero volvitur, futuram illam civitatem nostram iam in aeternitate in

aquella morada no se desliza el tiempo, porque su morador no decae allí. Los profetas veían en espíritu a ésta; la veían y hablaban como de la actual, pues hablaban de la actual las cosas que conducían a la eterna; de suerte que todas las cosas que se llevaban a cabo según el tiempo, conforme a los movimientos corporales, conforme a las acciones de los hombres, eran signos y predicciones de los futuros acontecimientos.

6 [v.12]. Oigamos ya cómo se canta a esta ciudad; y encaminémonos a ella. Sobremanera nos la recomienda el Espíritu de Dios infundiendo en nosotros el amor a ella para que suspiremos por ella, y gimamos en la peregrinación, y deseemos llegar a ella. Amémosla, pues el mismo amar es caminar. Amémosla por ordenación de los santos, de los profetas, del Espíritu de Dios, que dice: *Coalaba, Jerusalén, al Señor.* Hallándose aún en la cautividad, ven las greyes, o más bien una sola grey, compuesta de todos los ciudadanos congregados de todas partes en aquella ciudad; ven el gozo de la muchedumbre, metida ya después de las tribulaciones, después de la bielda, en la troje, sin ningún temor, sin padecer molestias y trabajos; y, establecidos aún aquí y hallándose todavía en la misma contrición, envían por delante el gozo de la esperanza y la desean, como uniendo sus corazones a los de los ángeles de Dios, con quienes permanecerán en el gozo formando un solo pueblo. *Coalaba, Jerusalén, al Señor.* ¿Qué has de hacer, oh Jerusalén? Pasará, sin duda, el sufrimiento y el llanto. ¿Qué has de hacer? ¿Has de arar, sembrar, plantar árboles, navegar, negociar? ¿Qué has de hacer?

uno die. In illa quippe habitatione tempus non volvitur, quia habitator ibi non labitur. Hanc cum viderent in spiritu Prophetae; videbant illam, dicebant de ista. Sed haec dicebant de ista, quae in illam ducerent; et illa omnia quae fiebant secundum tempus, secundum corporales motiones, secundum actus hominum, signa erant et praenuntiationes futurorum.

6 [v.12]. Audiamus iam cantari civitatem illam, et erigamur ad eam. Multum enim nobis eam commendat Spiritus Dei, infundens nobis amorem illius, ut ei suspiremus, et in peregrinatione ingemiscamus, et ad illam venire desideremus. Amemus illam, et ipsum amare ambulare est. Ecce amemus illam ex ore sancto, ex ore prophetico et Dei Spiritu dicentis: *Collauda, Ierusalem, Dominum.* In captivitate adhuc constituti, vident illos greges, imo unum gregem omnium civium, undique collectorum ad illam civitatem; vident gaudium massae, post trituras, post ventilationes iam missae in horreum, nihil timentis, nihil laboris et molestiae patientis; et adhuc hic positi, et in ipsa contritione conversantes praemittunt gaudium spei, et anhelant in illam, quasi coniungentes corda sua Angelis Dei, et futuro illi populo secum in gaudio permansuro. *Collauda, Ierusalem, Dominum.* Quid enim factura es, o Ierusalem? Transiet certe et labor et gemitus. Quid factura es? aratura, seminatura, novellatura, navigatura es, negotiatura es? Quid factura es? An

¿Acaso te conviene aún ejercitarte en estos trabajos, aun cuando sean buenos y se lleven a cabo por misericordia? Considera la cualidad, considera por todos los costados la sociedad; ve si alguno tiene hambre, para que alargues el pan; ve si hay algún sediento, a quien des un vaso de agua fría; ve si ahora existe algún peregrino, a quien debas recibir en tu casa; ve si hay algún enfermo, a quien visites; ve si hay algún litigante, a quien calmes; ve si alguno muere, a quien entierres. ¿Qué has de hacer? *Coalaba, Jerusalén, al Señor.* Esta es tu ocupación. Conforme acostumbra a escribirse en los títulos, (te diré): Goza feliz. *Coalaba, Jerusalén, al Señor.*

7. Sed Jerusalén; acordaos de quienes se dijo: *Señor, en tu ciudad reducirás a nada su imagen.* Estos son los que ahora se gozan de tales pompas. Entre ellos están los que hoy no asistieron, porque hay espectáculo. ¿Para quién es el espectáculo? ¿Para quién el daño? ¿De dónde dimana él, de dónde el daño? Pues no sólo son damnificados los que ofrecen tales cosas, sino que lo son más los que las contemplan de buen grado; el arca de los primeros se vacía de oro, el pecho de los últimos se despoja de justicia. Muchos empresarios lloran al vender sus groserías. ¿Cómo no han de llorar los pecadores al perder sus almas? Teniendo en cuenta esto, ¿acaso el Señor clamó el domingo: *Vigilad,* para que hoy se vigile igualmente? Os ruego, ciudadanos de Jerusalén; os conjuro por la paz de Jerusalén, por el redentor, por el arquitecto, por el director de Jerusalén, que por ellos elevéis oraciones a Dios. Vean, perciban que engañan; y,

in illis operibus, quamvis bonis et de misericordia venientibus, exerceri te adhuc oportet? Considera numerum tuum, considera undique societatem tuam: vide utrum aliquis esuriat, cui porrigas panem; vide si aliquis sitiat, cui des calicem aquae frigidae; vide utrum aliquis modo apud te peregrinus est, quem hospitio recipias; vide utrum aliquis sit aeger, quem visites; vide utrum aliquis litiget, quem concordes (Mt 25,35-36); vide utrum aliquis moriatur, quem sepelias. Quid ergo factura est? *Collauda, Ierusalem, Dominum;* ecce hoc est negotium tuum. Sicut solet in titulis scribi, Utere felix: *Collauda, Ierusalem, Dominum.*

7. Estote Ierusalem: mementote de quibus dictum est, *Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges* (Ps 72,20). Hi sunt qui modo gaudent talibus pompis: inter illos sunt qui propterea hodie non venerunt, quia munus est. Cui munus est? cui damnum? Aut unde munus? aut unde damnum? Non enim illi tantum qui talia edunt, damno feriuntur; sed maiori damno percutiuntur, qui talia libenter intuentur. Illorum arca auro exinanitur; istorum pectus iustitiae divitiis exspoliatur. Plangunt plerique editores, vendentes villas suas: quomodo debent plangere peccatores, perdentes animas suas! Itane ad hoc clamavit Dominus dominico die, *Vigilate*, ut hodie sic vigilaretur? Obsecro vos, o cives Ierusalem, adiuro vos per pacem Ierusalem, per redemptorem, per structorem, per rectorem Ierusalem, ut convertatis pro illis

contemplando con suma atención estos espectáculos que les agradan, se vean alguna vez a sí mismos y se desplazcan. Por muchos ya nos alegramos de esto, pues también yo me senté allí en otro tiempo y enloquecí; y ¡cuántos que ahora se sientan allí pienso que han de ser no sólo cristianos, sino también obispos! Por lo pasado conjeturo lo venidero; por las cosas que ya se cumplieron, pronostico las que Dios ha de hacer. Por tanto, los que se alejaron de allí, rueguen ahora por los que están en peligro, porque, habiendo estado ellos entre los que peligran, serán oídos, y así Dios sacará de la cautividad de Babilonia a su pueblo, redimirá y librará en absoluto y completará el número de los santos que lleven la imagen de Dios. Allí no habrá ninguno de aquellos a quienes Dios destruya la imagen de ellos en la ciudad y la reduzca a la nada, porque ellos mismos en su ciudad, es decir, en Babilonia, redujeron su imagen a la nada. Allí estará el pueblo que alaba al Señor, a quien previó ahora el espíritu profético, (y a quien) dice que nos regocijemos en la esperanza y deseemos la realidad. *Coalaba, Jerusalén, al Señor y alaba, Sión, a tu Dios.* Dice *coalaba,* porque constas de muchos, y *alaba,* porque te hiciste uno. *Los muchos*—dice el Apóstol—*somos uno en Cristo Jesús.* Luego, porque somos muchos, coalabamos, y, porque somos uno, alabamos. Los muchos son lo mismo que uno, porque El, en quien somos uno, siempre es uno.

8. ¿Por qué dice Jerusalén: *Coalabo al Señor;* y Sión: *Alabo a mi Dios?* Sión es Jerusalén. Dos nombres por causas diversas. Se llamó Jerusalén porque es visión de paz, y Sión por ser

preces ad Deum. Videant, sentiant quia nugantur; et multum intenti in illa spectacula quae illis placent, aliquando et se spectent, sibique displiceant. In multis enim iam factum gaudemus; et aliquando nos quoque ibi sedimus, et insanivimus: et quam multos putamus ibi nunc sedere, futuros non solum christianos, sed etiam episcopos? Ex praeteritis futura coniicimus; ex his quae iam facta sunt, quae Deus facturus est praenuntiamus. Vigilent preces vestrae; non gratis gemitis, fratres. Prorsus illi qui evaserunt, deprecantes pro his qui periclitantur, quia et ipsi fuerunt in numero periclitantium, exaudiuntur; et abstrahet Deus a captivitate Babyloniae plebem suam, redimet omnino et eruet, et perficietur numerus sanctorum gestantium imaginem Dei. Non ibi erunt, quorum imaginem Deus in civitate sua spernet, et ad nihilum rediget; quia et ipsi in civitate sua, hoc est Babylonia, imaginem eius ad nihilum redegerunt. Erit ille populus laudans Dominum, quem praevidet modo Spiritus prophetiae; et dicit ut exsultemus in spe, et desideremus ipsam rem. *Collauda, Ierusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion. Collauda,* quia ex multis constas; *lauda,* quia unum facta es. *Multi,* inquit Apostolus, *unum sumus in Christo Iesu* (1 Cor 10,17). Quoniam ergo multi, collaudamus; quoniam unum, laudamus. Iidem multi qui unum; quia ille in quo unum, semper unus.

8. Quare, inquit haec Ierusalem, collaudo Dominum, et laudo Deum meum Sion? Quae Sion, ipsa Ierusalem. Diversis causis duo nomina.

contemplación. Ved si estos nombres significan otra cosa fuera de espectáculo. No crean los gentiles que ellos tienen espectáculos y que nosotros carecemos de ellos. Algunas veces, al abandonar el teatro o el anfiteatro, cuando comienza la turba de los perdidos a ser vomitada de aquella caverna, reteniendo en su ánimo los fantasmas de su vanidad y alimentando su memoria con las cosas no sólo inútiles, sino también perniciosas, gozándose en ellas como en las cosas más deleitables, pero perversas; al ver no pocas veces, como con frecuencia sucede, pasar (por delante de ellos) a los siervos de Dios, a quienes conocen por el porte exterior del vestido o de la cabeza, o por el pudor, dicen dentro de sí y consigo: "¡Oh desdichados, qué cosa se pierden! Roguemos al Señor, hermanos, en atención a su amor, ya que ellos tienen por un bien aquello. Nos desean un bien; pero el que ama la iniquidad aborrece su alma. Y si odia a su alma, ¿cómo amará la mía? Sin embargo, con esta perversa, frívola y vana benevolencia, si puede llamarse benevolencia, se duelen de que nosotros perdamos lo que ellos aman; nosotros oremos para que ellos no pierdan lo que nosotros amamos. Ved a qué Jerusalén se exhorta a que alabe, o, mejor dicho, a cuál presienta que ha de alabar. Pues no han de ser aconsejadas y excitadas por la voz profética las alabanzas de aquella ciudad cuando veamos, amemos o alabemos; sino que ahora dicen esto los profetas porque beben, en cuanto pueden estando radicados en esta carne, los gozos futuros de los santos, y, eructando a nuestros oídos, excitan el amor de aquella ciudad. Ardamos en este deseo; no seamos apocados de espíritu.

Ierusalem dicta est Visio pacis: Sion dicta est Speculatio. Videte si aliud sonant ista nomina, nisi spectacula; ne putent gentes se habere spectacula, et nos non habere. Aliquando, dimisso theatro aut amphiteatro, cum coeperit ex illa cavea evomi turba perditorum, aliquando tenentes in animo phantasias vanitatis suae, et memoriam suam pascentes rebus non solum inutilibus, sed et perniciosis, gaudentes in eis tanquam in dulcibus, sed pestiferis; vident plerumque, ut fit, transire servos Dei, cognoscunt ipso habitu vel vestis vel capitis, vel fronte notos habent, et dicunt apud semetipsos et secum: O miseros istos, quid perdunt! Fratres, rogemus Dominum pro benevolentia ipsorum, quia bonum illud putant. Bene nobis volunt: sed qui diligit iniquitatem, odit animam suam (Ps 10,6). Si odit animam suam, quomodo amabit animam meam? Tamen ipsa perversa et inani et vana benevolentia, si benevolentia dicenda est, dolent nos perdere quod amant; oremus ne perdant quod amamus. Videte qualem Ierusalem exhortetur ad laudem, vel potius praesentiat laudaturam. Non enim illius civitatis laudes, tunc cum videbimus et amabimus et laudabimus, voce prophetica exhortandae et excitandae sunt: sed propterea modo dicunt hoc Propheate, ut potent, quantum possunt in hac carne constituti, futura gaudia beatorum, et eructantes in aures nostras, excitent amorem illius civitatis. Ferveamus desiderio, non simus spiritu pigri.

9 [v.13]. Ved qué Jerusalén dice que ha de alabar a Dios y por qué alabará: por cierta perfección de bienaventuranza. *Coalaba*—dice—, *Jerusalén, al Señor; alaba, Sión, a tu Dios.* Y como si dijese: "¿Cómo alabaré?", añade: *Porque afianzó los cerrojos de tus puertas.* Atended, hermanos míos. *Confirmavit vectes:* afianzó, aseguró, dice, los cerrojos de tus puertas. El afianzamiento de los cerrojos no se aplica a las puertas abiertas, sino a las cerradas; de aquí que muchos códices escriben *confirmavit seras:* afianzó, aseguró las cerraduras de tus puertas. Atienda vuestra caridad. Dice que la Jerusalén cerrada alaba al Señor: *Coalaba, Jerusalén, al Señor; alaba, Sión, a tu Dios.* Ahora coalabamos, ahora alabamos, pero entre escándalos, pues entran muchos que no queremos y salen muchos aunque no queramos; por eso aumentan los escándalos: *Porque abundó la iniquidad*—dice la Verdad—, *se resfrió la caridad de muchos:* debido a los que entraron, a quienes no podemos discernir, y por los que salieron, a quienes no podemos retener. ¿Por qué esto? Porque aún no se ha conseguido la perfección, aún no ha llegado la bienaventuranza. ¿Por qué esto? Porque todavía subsiste la parva, aún no está el trigo en el granero. Luego entonces, ¿qué has de pensar? Que no temas, que no ha de sucederte esto. *Coalaba, pues, Jerusalén, al Señor, y alaba, Sión, a tu Dios, porque afianzó los cerrojos de tus puertas.* Dijo "afianzó, aseguró", no dijo solamente "colocó". *Afianzó los cerrojos de tus puertas.* Nadie saldrá, nadie entrará. Nos alegramos que nadie salga, tememos que nadie entre. Pero no temas tampoco esto, ya que, una vez que hayas entrado, se

9 [v.13]. Sed videte qualem Ierusalem dicit laudaturam Deum, et unde laudaturam: perfectione quadam beatitudinis. *Collauda,* inquit, *Ierusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion.* Et quasi diceret, Unde secura laudabo? *Quoniam confirmavit,* inquit, *vectes portarum tuarum.* Attendite, fratres mei. *Confirmavit,* inquit, *vectes portarum tuarum.* Vectium confirmatio non est portarum apertarum, sed clausarum: unde plerique codices habent, *Confirmavit seras portarum tuarum.* Attendat Charistas vestra. Conclusam Ierusalem dicit laudare Dominum. *Collauda, Ierusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion.* Collaudamus modo, laudamus modo, sed inter scandala. Multi quos nolumus, intrant; multi, etsi nolumus, exeunt; ideo crebrescunt scandala: *Et quoniam abundavit iniquitas,* ait Veritas, *refrigescit charitas multorum* (Mt 24,12): propter intrantes, quos diiudicare non possumus; et exeuntes, quos tenere non possumus. Quare hoc? Quia nondum perfectio, nondum illa beatitudo. Quare hoc? Quia adhuc area, nondum horreum. Tunc ergo quid, nisi ut non timeas tale aliquid futurum? *Collauda,* enim, *Ierusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion; quoniam confirmavit vectes portarum tuarum. Confirmavit.* Non dixit, Apposuit, tantum: *Confirmavit vectes portarum tuarum.* Nemo exeat, nemo intret. Nemo exeat, gaudemus:

dirá: "Sé únicamente del número de las vírgenes que llevaron óleo consigo."

10. Aquellas vírgenes simbolizan las almas. En realidad de verdad, no eran cinco, sino que en las cinco se hallaban representadas millares. Además, en aquel número quinario se hallan comprendidos no sólo las mujeres, sino también los hombres, pues a uno y a otro sexo se les representa por una mujer, por la Iglesia; y a ambos sexos, es decir, a la Iglesia, se la llama virgen: *Os desposé con un solo varón para presentaros, cual virgen casta, a Cristo.* Pocos poseen la virginidad de la carne; la del corazón deben poseerla todos. La virginidad de la carne consiste en la pureza del cuerpo; la virginidad del corazón, en la incorruptibilidad de la fe. Luego toda la Iglesia se denomina virgen, y *el pueblo de Dios* se nombra con el género masculino. Ambos sexos son pueblo de Dios, un pueblo y un solo pueblo; y también una Iglesia y una sola paloma. Y en esta virginidad hay miles de santos. Luego las cinco vírgenes representan todas las almas que han de entrar en el reino de Dios. Con razón se consignó con el número quinario (esta virginidad), porque cinco son los sentidos del cuerpo conocidísimos por todos. Por cinco puertas entra algo al alma mediante el cuerpo; o por los ojos, o por el oído, o por el olfato, o por el gusto, o por el tacto entra lo que codicias malamente. El que no da paso a la corrupción por estas cinco puertas, se computa entre las cinco vírgenes. A esta corrupción se da paso por medio de los deseos ilícitos. Que sea lícito o ilícito, nos lo dice la Escritura a cada momento. Es necesario que te cuentes entre aquellas cinco vír-

Nemo intret, timemus. Nec hoc timeas, cum intraveris, dicetur; tantummodo esto in numero virginum quae portarunt oleum secum.

10. Virgines enim illae animas significant. Non enim vere quinque erant, sed in quinque illis millia sunt. In numero illo quinario millia intelliguntur, non feminarum tantum, sed et virorum: quia uterque sexus dicitur femina, quia Ecclesia; et uterque sexus, hoc est Ecclesia, dicitur virgo. *Desponsavi vos uni viro, virginem castam exhibere Christo* (2 Cor 11,2). Paucorum est virginitas in carne, omnium debet esse in corde. Virginitas carnis, corpus intactum; virginitas cordis, fides incorrupta. Ergo dicitur virgo tota Ecclesia, et masculino genere appellatur populus Dei: uterque sexus populus Dei, et unus populus, et unicus populus; et una Ecclesia, et unica columba: atque in hac virginitate millia sanctorum. Ergo quinque virgines omnes animas intraturas in regnum Dei significant; non sine causa quinario numero, quoniam quinque sunt corporis sensus notissimi omnibus. Per quinque enim ianuas intrat aliquid per corpus ad animam: aut per oculos intrat quod concupiscas male, aut per aures, aut per olfactum, aut per gustum, aut per contactum. Per has quinque ianuas quisquis non admiserit corruptionem, inter quinque virgines computatur. Admittuntur autem corruptiones per illicita desideria. Quid autem liceat et non liceat, pleni sunt libri Scripturarum. Ergo opus est ut sis in illis

genes. Así no temerás lo que se dice: "Nadie entrará." Se dice esto, y así acontecerá, pero una vez que hayas entrado. Nadie cerrará, dejándote fuera; pero, una vez que hayas entrado, se cerrarán las puertas de Jerusalén y se asegurarán los cerrojos de sus puertas. Pero, si tú no quieres ser virgen de corazón o pretendes ser virgen del número de las necias, quedarás fuera y en vano llamarás.

11. ¿Quiénes son las vírgenes necias, pues ellas son cinco también? Las almas que conservan la continencia de la carne, evitando la depravación proveniente de todos los sentidos, que ya conmemoré. Estas evitan ciertamente la corrupción que dimana de cualquier parte, pero no llevan su bien en la conciencia ante los ojos de Dios, sino que pretenden agradar con él a los hombres siguiendo el parecer ajeno. Van a caza de la aclamación del populacho, y, por lo mismo, se hacen viles al querer ser estimadas de los espectadores no bastándoles su conciencia. Con razón no llevan óleo consigo. El óleo es el acto de gloriarse debido al brillo y al esplendor. ¿Pero qué dice el Apóstol? Atiende tú a las vírgenes sabias, que llevan el óleo consigo, (y ve lo que dice): *Cada uno pruebe su propia obra, y entonces tendrá gloria en sí mismo y no en otro.* Estas son las vírgenes sabias. Las necias encienden ciertamente sus lámparas, parece que lucen sus obras, pero decaen y se apagan, porque no se alimentan con el óleo interior. Tardando el Esposo, todas se duermen, porque ambos géneros mueren. Al retrasarse la venida del Señor, tanto a las necias como a las sabias les sobreviene la muerte de la vida

quinque virginibus. Non timebis quod dictum est, Nemo intret. Dicitur enim hoc, et fiet hoc; sed cum intraveris: nemo contra te claudet; sed te ingresso, claudentur portae Ierusalem, et firmabuntur vectes portarum eius. Nam tu si esse volueris aut non virgo corde, aut, etsi virgo, inter fatuas virgines; foris remanebis, et frustra pulsabis.

11. Quae sunt fatuae virgines? Et ipsae quinque sunt: quae, nisi animae quae habent istam continentiam carnis, ut vitent corruptelas ab omnibus sensibus venientes, quos sensus iam enumeravi? Vitant veluti corruptiones venientes undique, et non in conscientia gerunt bonum suum coram oculis Dei: sed placere inde volunt hominibus, et iudicium sequuntur alienum. Favores vulgi aucupantur; viles sibi sunt, cum spectatoribus esse charae volunt; non eis sufficit conscientia. Merito non portant oleum secum. Oleum autem est ipsa gloriatio, propter nitorem et splendorem. Sed quid dicit Apostolus? Vide virgines sapientes portantes oleum secum: *Opus autem suum probet unusquisque, et tunc in semetipso habebit gloriam, et non in altero* (Gal 6,4). Hae sunt ergo virgines sapientes. Stultae autem accendunt quidem lampades; videntur quidem lucere opera earum: sed deficient, et exstinguentur; quia non de oleo interiore pascuntur. Et dormiunt omnes tardante sponso: quia ex utroque genere hominum obdormiscunt in mortem; et de illis fatuis, et de his sapientibus, tardante adventu Domini, itur in mortem istam

corporal y visible, a la cual llama la Escritura sueño, conforme es sabido por todos los cristianos. Al decir el Apóstol sobre los enfermos: *Porque hay entre vosotros muchos enfermos y sin salud, y muchos duermen pesadamente,* dijo *duermen* por "mueren". Ved que el Esposo ha de venir, y todos se levantarán, pero no todos entrarán, pues faltarán las obras a las vírgenes necias al carecer del óleo en la conciencia, y no encontrarán a quiénes compren lo que solían venderles los aduladores. Las que se mofan, no las que envidian, dice: *Id, compradlo para vosotras.* Se lo habían pedido las necias a las prudentes, diciéndoles: *Dadnos aceite, pues nuestras teas nupciales se apagan.* ¿Y qué les dijeron las sabias? *Id más bien a los que lo venden y compradlo para vosotras, no sea que no haya bastante para nosotras y vosotras.* Esto era lo que había de amonestarse: "¿De qué os aprovechan ahora aquellos de quienes acostumbrabáis a comprar la adulación?" *Y mientras ellas fueron a comprarlo, entraron las prudentes y se cerró la puerta.* Cuando se alejan con el corazón, cuando se ejecutan tales cosas, cuando se apartan de la recta intención y, volviéndose atrás, recuerdan las cosas pasadas, se encaminan a los vendedores; pero entonces no encuentran a los protectores, no encuentran a sus loadores, por quienes acostumbraban a ser alabados y como a ser excitados a las buenas obras, no por la solidez de la buena conciencia, sino por el incentivo de la lengua ajena.

12. Lo que se consignó: *No sea que no tengamos bastante nosotras,* se dijo con gran reconocimiento de humildad, pues el óleo que llevamos en nuestra conciencia es el juicio que tenemos

corporalem et visibilem, quam somni loco Scripturas ponere notum est omnibus Christianis. Cum diceret de aegrotantibus Apostolus, *Propterea in vobis,* inquit, *multi infirmi et aegri, et dormiunt sufficienter* (1 Cor 11,30): Dormiunt, inquit, moriuntur. Sed ecce venturus est sponsus, et omnes surgent, sed non omnes intrabunt. Deficient opera stultarum virginum, non habentium oleum conscientiae; non invenient a quibus emant quod illis solebant vendere adulatores. Ab irridentibus enim dicitur, non ab invidentibus: *Ite, emite vobis.* Petierant enim stultae a sapientibus, et dixerant eis: *Date nobis oleum, quia faces nostrae exstinguuntur.* Quid illae sapientes? *Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.* Hoc admonere erat, Quid vobis modo prosunt a quibus emere soletis adulationem? *Et cum eunt,* inquit, *intrarunt illae, et clausum est ostium* (Mt 25,1-13). Cum eunt corde, cum talia cogitant, dum se ab illa intentione alienant, et retro praeterita sua recordantur, eunt quasi ad vendentes: et non inveniunt tunc faventes, non inveniunt tunc laudantes, a quibus solebant laudari, et quasi excitari ad bona opera, non robore bonae conscientiae, sed incitamento linguae alienae.

12. Et illud quod dictum est, *Ne forte non sufficiat nobis,* magna consideratione humilitatis dictum est. Oleum enim quod gestamus in conscientia, iudicium est nostrum de nobis ipsis, quales simus; et dif-

21. Hermanos, como esta paz de la que hablo no se halla en todos nosotros, es decir, completa, en cada uno de nosotros, por

enim nondum erat Ecclesia per terrarum orbem diffusa, ut membra Christi in omnibus gentibus loquerentur. Tunc implebatur in uno, quod praenuntiabatur in omnibus. Iam totum corpus Christi loquitur omnium linguis: et quibus nondum loquitur, loquetur. Crescet enim Ecclesia, donec occupet omnes linguas. Quod vos deseruistis, quousque crevit! Tenete nobiscum quousque accessit, ut nobiscum perveniatis ad quae nondum accessit. Loquor omnium linguis, audeo tibi dicere. In corpore Christi sum, in Ecclesia Christi sum: si corpus Christi iam omnium linguis loquitur, et ego in omnibus linguis sum; mea est graeca, mea est syra, mea est hebraea, mea est omnium gentium, quia in unitate sum omnium gentium.

20. Ergo, fratres, coepit Ecclesia ab Ierusalem; iit per omnes gentes: quid evidentius hoc testimonio Legis, Prophetarum, ipsius Domini? Apostolorum ubique personant voces, reddentes testimonium spei nostrae in unitate corporis Christi. Gaudete in frumentis, tolerate zizania, gemite in tritura, suspirate in horreum. Veniet illud tempus quo gaudebimus, confirmatis vectibus portarum Ierusalem. Intret qui intraturus est. Qui illuc manifestus intrabit, huc fictus non intrat. Qui autem huc fictus intrat, foris est. Foris est, et nescit: ventilabrum probabit, vectes probabunt. Qui modo vere intus et veraciter intus, ibi firmiter intus: qui autem hic tolerando intus, ibi gaudendo intus. Fines enim Ierusalem pax; quia, *Posuit,* inquit, *fines tuos pacem.* Modo desideramus pacem, quam hic habemus in spe. Adhuc enim in nobis ipsis qualis pax? Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem (Gal 5,17). Ubi plena pax in uno homine? Quando erit plena in uno homine, tunc erit plena in omnibus civibus Ierusalem. Quando erit plena pax? Quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem (1 Cor 15,53): tunc plena pax, tunc firma pax; nihil litigat adversus animam in homine, non ipsa adversum se, ex quadam parte saucia; non carnis fragilitas, non indigentia corporis, non fames, non sitis, non frigus, non aestus, non lassitudo, non ulla inopia, non provocatio rixae, non certe ipsa sollicita cautela et vitandi inimici et diligendi. Haec omnia, fratres mei, litigant adversum nos; nondum est plena et perfecta pax. Quod clamastis iamdudum nominata pace, ex desiderio clamastis; clamor vester de siti fuit, non de saturitate; quia ibi erit perfecta iustitia, ubi perfecta pax. Modo esurimus et sitimus iustitiam. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur (Mt 5,6). Quomodo ipsi saturabuntur? Cum ad pacem venerimus. Ideo cum dixisset, *Qui posuit fines tuos pacem;* quia ibi saturitas et nulla indigentia, subdidit, statim, *Et adipe frumenti satians te.*

21. Fratres, quoniam pax ipsa de qua loquimur, nondum est in totis nobis, id est in unoquoque nostrum tota, adhuc forte spiritum

eso aún deleita a vuestro espíritu oír; por tanto, si el cansancio del cuerpo en nada se opone y obstaculiza, terminaré el salmo. Jamás os veo fatigados; sin embargo, temo, Dios lo sabe, que me haga pesado a vosotros o a algunos hermanos; pero veo el anhelo de muchos que piden de mí este trabajo y esfuerzo, el cual creo que no ha de ser estéril en el Señor. Me alegro que exista tal placer por la verdad de la palabra de Dios, para que vuestra admirable aplicación en el bien y sobre el bien venza la afición de los insensatos que están en el anfiteatro. ¿Por ventura, si ellos permaneciesen por tanto tiempo, contemplarían algo más? Luego, hermanos, oigamos lo que resta, puesto que lo deseáis. Nos asista el Señor, dé vigor a nuestras fuerzas y a nuestras mentes. *El que colocó en tus términos la paz*—dice a aquella Jerusalén—*y te sacia con la enjundia o la flor de trigo.* Pasa el hambre y la sed de justicia y se presenta la hartura. ¿Quién será allí la flor o la enjundia de trigo? El Pan que para vosotros descendió del cielo. ¡Cómo nos saciará en la patria el que de tal modo nos alimentó en la peregrinación!

22 [v.15]. Ahora nos ha de hablar ya de nuestra misma peregrinación, por la que se llega a la Jerusalén, en la que coalabaremos al Señor, en la que alabaremos al Señor, Dios nuestro, nosotros Jerusalén, nosotros Sión, cuando sean afianzados los cerrojos de nuestras puertas. Efectivamente, ¿qué hace en esta peregrinación el que entonces nos saciará con la enjundia del trigo? Esto que sigue: *Envía su palabra a la tierra.* Ved que trabajamos en la tierra fatigados, extenuados, ateridos, fríos. ¿Cuándo habíamos de ser levantados a la enjundia del trigo y a la hartura si no enviase su palabra

vestrum delectat audire: sed si nihil resistit et rebellat ex corpore, finiemus Psalmum. Fatigatos vos nunquam sentio; tamen vereor, novit Deus, ne oneri sim vobis aut quibusdam fratribus: et video studia multorum exigentium de me hunc laborem et hunc sudorem, quem credo in Domino non futurum infructuosum. Gaudeo tantam esse voluptatem in veritate verbi Dei, ut studium vestrum bonum in bono et de bono, vincat studium insanorum qui sunt in amphitheatro. Numquid illi si tam diu starent, adhuc spectarent? Ergo, fratres, audiamus caetera, quia hoc vultis. Adsit Dominus, adsit et viribus et mentibus nostris. *Qui posuit fines tuos pacem,* ad illam Ierusalem dicit: *et adipe frumenti satians te.* Transit fames et sitis iustitiae, succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumenti, nisi panis ille qui descendit de caelo ad nos? (Io 6,51). In patria ipsa quomodo saturabit, qui in peregrinatione sic pavit?

22 [v.15]. Iam modo de ipsa peregrinatione nostra locuturus est, qua venitur ad illam Ierusalem ubi collaudabimus Dominum, laudabimus Dominum Deum nostrum, nos Ierusalem, nos Sion, quando confirmabuntur vectes portarum nostrarum. Etenim ille qui tunc satiabit adipe frumenti, quid facit in ista peregrinatione? Hoc quod sequitur: *Qui emittit verbum suum terrae.* Ecce in terra laboramus fessi, languidi, pigri, frigidi: quando levaremur ad adipem frumenti et satieta-

a la tierra, en la que nos hallamos abrumados; a la tierra, en la que nos hallamos impedidos para regresar? Envió su palabra y no nos abandonó en el desierto; llovió el maná del cielo. *Envió su palabra a la tierra,* y llegó a la tierra. ¿Cómo o cuál es su palabra? *Su palabra corre hasta la velocidad.* No dijo "su palabra es veloz", sino *corre hasta (llegar a) la velocidad.* Entendamos esto, hermanos. No pudo elegir mejor palabra. Lo cálido se calienta con el calor, lo frío se enfría con el frío, lo veloz es veloz con la velocidad. ¿Qué cosa más caliente que el mismo calor, con el cual se calienta lo que se calienta? ¿Qué cosa más fría que el mismo frío, con el cual se enfría todo lo que está frío? ¿Qué cosas más veloz que la misma velocidad, con la cual es veloz todo lo que corre velozmente? Pueden llamarse muchas cosas veloces; unas más, otras menos, y tanto más veloz es cada una de estas cosas veloces cuanto más participen de la velocidad. La que más participa de la velocidad es más veloz, y la que menos participa es menos veloz. ¿Qué cosa más veloz que la misma velocidad? Engrandece lo que quieras lo veloz que es la palabra y di que es más veloz que esto o aquello: que las aves, que el viento, que los ángeles. ¿Acaso alguna de estas cosas es tanto cuanto lo es la misma velocidad? ¿Llega por ventura a la misma velocidad? ¿Qué es la velocidad, hermanos? Se halla en todas las partes, no en parte. Pertenece a la Palabra de Dios, no habiendo tomado aún la carne, no estar en parte, sino estar por sí misma en todas las partes, por lo cual es Virtud o *Energía* de Dios y Sabiduría de Dios. Si pensamos en Dios en cuanto forma de Dios, Palabra igual al Padre; ella es la Sabiduría de Dios, de la

tem, nisi mitteret verbum suum terrae, qua gravabamur; terrae, qua impediebamur a reditu? Misit verbum suum, non deseruit etiam in eremo, pluit manna de caelo. *Qui emittit verbum suum terrae;* et venit ad terras verbum eius. Quomodo? aut quod est verbum eius? *Usque in velocitatem currit verbum eius.* Non dixit, Velox est verbum eius: *currit verbum eius usque in velocitatem.* Intelligamus, fratres; non potuit eligere melius verbum. Calidus calore calescit, frigidus frigore frigescit, velox velocitate velox fit. Quid calidius ipso calore, quo calescit quidquid fit calidum? Quid frigidius ipso frigore, quo frigescit quidquid frigidum fit? Quid ergo velocius ipsa velocitate, qua velox fit quidquid velociter currit? Possunt dici multa velocia, et alia magis et alia minus; et tanto quaeque res velox est, quanto est particeps velocitatis. Illa res magis est particeps velocitatis; ergo magis velox: aut minus particeps velocitatis; ergo minus velox. Ipsa itaque velocitate quid velocius? Ergo quo usque currit? *Usque in velocitatem.* Quantum vis auge quod velox est verbum, et dic: Velocius est quam illud aut illud, quam aves, quam venti, quam Angeli. Numquid aliquid horum tantum, quanta ipsa velocitas, usque in ipsam velocitatem? Velocitas ipsa quid est, fratres? Ubique est, non est in parte. Hoc pertinet ad Verbum Dei, non esse in parte, ubique esse per seipsum Verbum, ex quo Dei Virtus et Dei Sapientia est (1 Cor 1,24), nondum assumpta carne. Si cogitemus Deum

cual se dijo que *abarca de un confín a otro confín con fortaleza.* ¡Qué velocidad! *Abarca con fortaleza de un confín a otro confín.* Abarca inmutablemente. Si inmutablemente, llena algún lugar como una mole pétrea. Se dice que abarca de un confín a otro confín del mismo espacio, mas no con movimiento. ¿Luego diremos que aquella Palabra no tiene movimiento y que aquella Sabiduría es necia? Entonces, ¿qué hemos de pensar de aquello que se escribe del Espíritu de la Sabiduría, ya que, después de haber dicho muchas cosas sobre El, se añade que *es agudo, ágil, cierto, inmaculado?* Pero, según esto, la Sabiduría de Dios es movible. Si es movible, cuando toca una cosa, ¿no toca otra, o toca esto y deja aquello? Pero ¿en dónde está entonces la velocidad? La velocidad hace que siempre se halle en todas partes y jamás se encuentre encerrada. Esto no lo podemos comprender, somos rudos. ¿Quién comprenderá estas cosas? Hermanos, hablé como pude, si es que pude y entendí; y también vosotros como pudisteis entendisteis. ¿Pero qué dice el Apóstol? Que conozcáis *al que puede hacer con exceso más de lo que pedimos o entendemos.* Por esto, ¿qué declara? Que, cuando entendemos, no lo entendemos como es. ¿Por qué esto? *Porque el cuerpo corruptible sobrecarga al alma.* Luego en la tierra estamos fríos; pero la velocidad es hirviente, y todas las cosas hirvientes son veloces, así como todas las cosas frías son lentas. Nosotros somos tardos o lentos; luego estamos fríos. Pero la Sabiduría corre hasta la velocidad; luego es hirviente, y nadie hay que se libre de su calor.

in forma Dei, Verbum aequale Patri; ipsa est Sapientia Dei, de qua dictum est: *Attingit a fine usque ad finem fortiter* (Sap 8,1). Quanta velocitas! *Attingit a fine usque ad finem fortiter.* Sed forte immobilitate attingit. Si immobilitate, tanquam moles aliqua saxea impleat locum aliquem; dicitur quod attingit eiusdem loci a fine usque ad finem, non tamen motu. Quid ergo dicimus? non habet motum Verbum illud, et Sapientia illa stolida est? Et ubi est quod dicitur de Sapientiae Spiritu? Cum multa dicerentur: *Acutus,* inquit, *mobilis, certus, incoinquinatus* (ib. 7,22). Sic utique sapientia Dei mobilis. Si ergo mobilis; quando hoc tangit, illud non tangit? aut hoc tangit, illud deserit? Et ubi est velocitas? Hoc facit velocitas, ut et ubique semper sit, et nusquam inclusa teneatur. Sed cogitare ista non possumus; pigri sumus. Quis ista cogitet? Et revera, fratres, quoniam dixi quomodo potui (si tamen potui, si intellexi), et quomodo potuistis intellexistis. Sed quid dicit Apostolus? *Ei autem qui potens est facere supra quam petimus, aut intelligimus* (Eph 3,20). Quid hic ostendit? Quia quotiescumque intellexerimus, non intelleximus sicuti est. Quare hoc? *Corpus enim quod corrumpitur aggravat animam* (Sap 9,15). Ergo in terra frigidi sumus. Velocitas enim fervens est; et omnia ferventia velociora, omnia frigida tardiora. Nos tardi, ergo frigidi. Illa autem Sapientia currit usque in velocitatem. Ergo ferventissima est; nec est qui se abscondat a calore eius (Ps 18,7).

23 [v.16]. Luego nosotros, que nos encontramos fríos por la pesadez del cuerpo y cargados con las ataduras de esta vida terrena y corruptible, ¿no tendremos esperanza de conseguir la Palabra que corre hasta la velocidad? ¿Acaso El abandonó en el profundo, debido al cuerpo, a los sumergidos? ¿Por ventura no nos predestinó antes de que naciésemos con este cuerpo pesado y mortal? Luego el que nos predestinó dio nieve a la tierra, es decir, nos entregó a nosotros mismos a la tierra. Tratemos ya de los versillos un tanto oscuros del salmo; comiencen a desaparecer los disfraces, porque cuanto más os hablo de la palabra de Dios, tanto más ansiosos os encuentra. Ved que, si emperezamos en la tierra, parece que nos congelamos. Como acontece a la nieve, que, al congelarse en lo alto, cae abajo, así, al enfriarse la caridad, cayó la humana naturaleza en esta tierra, y, envuelta por el pesado cuerpo, se hizo como nieve. Pero en esta nieve hay hijos de Dios predestinados. Pues *El da nieve como lana.* ¿Qué significa *como lana?* Que de la nieve que dio, de éstos aún pesados y fríos en el espíritu que predestinó, ha de hacer algo. La lana es elemento primordial del vestido; al tenerla ante la vista, parece como una preparación para confeccionar un vestido. Luego como predestinó a estos que se arrastran temporalmente fríos por la tierra y no hirviendo aún con espíritu de caridad, pues se habla todavía de la predestinación, Dios dio a éstos como lana, de donde había de hacer el vestido. Con razón brilló en el monte el vestido de Cristo como nieve. El vestido de Cristo brillaba como nieve, puesto que la túnica había sido hecha de aquella lana. Los predestinados procedentes de

23 [v.16]. Nos ergo, qui frigidi corporis tarditate, vinculo terrenae vitae huius corruptibilis onerati, nullamne spem habemus ad capiendum Verbum, quod usque in velocitatem currit? An vero ille quamvis ex corpore in infima depressos deseruit? Nonne ipse praedestinavit nos, antequam in isto mortali et pigro corpore nasceremur? Qui ergo praedestinavit nos, dedit terrae nivem, ipsos nos. Iam enim veniamus ad illos Psalmi versus subobscuros; incipiant illa involucra evolvi: quoniam vos verbum Dei, quanto magis per nos dicitur, tanto avidiores invenit. Ecce nos pigri in hac terra quasi congelavimus hic. Et quomodo contingit nivibus; sursum enim gelant, et in ima decidunt: sic frigescente charitate decidit humana natura in has terras, et pigro corpore involuta velut nix facta est. Sed in ista nive sunt praedestinati filii Dei. Dat enim ille *nivem velut lanam.* Quid est, *velut lanam?* Id est, de nive quam dedit, de istis pigris adhuc spiritu et frigidis quos praedestinavit, facturus est aliquid. Lana enim materies vestis est: lana cum videtur, veluti praeparatio est aliqua ad vestem. Ergo quia praedestinavit hos qui ad tempus frigidi repunt in terra, et nondum fervent spiritu charitatis (de praedestinatione enim adhuc loquitur), veluti lanam dedit hos Deus; facturus est inde vestem. Merito in monte vestis Christi fulsit, sicut nix (Mt 17,2). Fulgebat vestis Christi, sicut nix, tanquam de illa lana iam facta erat tunica; de qua lana, id est de nive quam dedit sicut lanam,

esta lana, es decir, de la nieve, que dio como lana, eran perezosos. Pero atiende, ve lo que sigue; porque los dio como lana, de aquí hizo la túnica. Como la Iglesia se llama Cuerpo de Cristo, así la misma Iglesia se llama también vestido de Cristo. Por esto dice el Apóstol: *Para presentarse El la Iglesia gloriosa a sí mismo, no teniendo mancha ni arruga.* Luego se muestre El a sí mismo la Iglesia gloriosa sin tener mancha ni arruga; se haga El a sí mismo el vestido de aquella lana que predestinó para nieve. Se haga, aun en los hombres incrédulos, fríos y perezosos, vestido de esta lana. Para que se purifique de manchas, se limpie con la fe; para que carezca de arrugas, se extienda en la cruz. *El que da nieve como lana.*

24. Si ya son predestinados, han de ser llamados, pues *a los que predestinó, también los llamó.* ¿Cómo son llamados de la debilidad de su cuerpo para sanar? ¿De qué modo son llamados? Oye al Evangelio: *No vine a llamar a los justos, sino a los pecadores a penitencia.* Luego aquella nieve comienza ya por la predestinación a conocer su pasmo, a acusar su pecado; comienza a entregarse por la vocación a la penitencia. Luego con razón *el que da nieve como lana* en atención a la confección de la futura túnica, y también a la vocación a penitencia, *esparce la niebla como ceniza.* Dice que *esparce la niebla como ceniza.* ¿Quién? *El que da nieve como lana.* Pues a los que predestinó, los llama a penitencia, puesto que *a los que predestinó, a los mismos también los llamó.* La ceniza pertenece a la penitencia. Oye a Aquel que llama a penitencia decir al reprochar a ciertas ciudades: *¡Ay de ti, Corazaín; ay de ti, Betsaida!, pues si en Tiro y en Sidón se hubieran hecho los milagros*

adhuc praedestinati, pigri erant: sed exspecta, vide quid sequatur; quia sicut lanam dedit eos, fit inde tunica. Quomodo enim dicitur Ecclesia corpus Christi, dicitur et vestimentum Christi ipsa Ecclesia: inde est illud quod ait Apostolus, *Ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam* (Eph 5,27). Ergo exhibeat sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam; faciat sibi vestem de illa lana quam praedestinavit in nive. Adhuc in hominibus incredulis, et frigidis, et pigris, faciat vestem de hac lana. Ut abluatur a maculis, mundetur fide; ut rugam non habeat, tendatur in cruce. *Qui dat nivem sicut lanam.*

24. Iam si praedestinati sunt, vocandi sunt. *Quos* enim *praedestinavit, illos et vocavit* (Rom 8,30). Iam quomodo vocantur ex languore corporis illius, ut sani fiant? quomodo vocantur? Audi Evangelium: *Non veni vocare iustos, sed peccatores in poenitentiam* (Mt 9,13). Incipit ergo iam praedestinatione nivis illius cognoscere torporem suum, accusare peccatum suum; incipit vocatione venire ad poenitentiam. Merito ergo *qui dat nivem velut lanam,* propter confectum tunicae futurae; etiam propter vocationem in poenitentiam, *nebulam velut cinerem spargit. Nebulam,* inquit, *velut cinerem spargit:* quis? *Qui dat nivem sicut lanam.* Quos enim praedestinavit, vocat in poenitentiam; quia *quos praedestinavit, illos et vocavit.* Cinis autem ad poenitentiam pertinet. Audi vocantem ad poenitentiam, cum exprobravit quibusdam civitatibus,

que se hicieron en vosotras, tiempo ha que en saco y en ceniza hubieran hecho penitencia. Luego *esparce niebla como ceniza.* ¿Qué significa *esparce niebla como ceniza?* Cuando alguno es llamado para que comprenda a Dios y se le dice: *Percibe la verdad,* y comienza a quererla percibir, pero no es capaz, observa que soporta cierta ceguedad que antes no advertía. Luego sobreviene esta neblina para que sepas que no conoces, y entiendas qué conviene saber, y veas que eres débil para conocer lo que conviene saber. Porque si, estando en esta niebla, ya antes hubieras presumido conocer, oirás del Apóstol: *El que cree haber llegado a saber algo, aún no sabe como conviene saber.* Luego aún no comprendiste, todavía te hallas rodeado de neblina. Pero no te abandonó el que te encendió la antorcha de tu carne. No yerras en la niebla; sigue con la fe. Pero como intentas ver y no puedes, arrepiéntete de los pecados, porque la niebla se halla extendida como la ceniza. Arrepiéntete de haber sido rebelde a Dios; te apene haber seguido tus malos caminos. Llegaste a esta contraposición de aquella bienaventurada visión, y te será saludable la niebla que esparció Dios como ceniza. Tú mismo eres aún niebla, pero como ceniza. Pues también los penitentes, asemejándose a los que se ponen por testigos a sí mismos, se revuelcan, hermanos míos, en la ceniza diciendo a su Dios: *Soy ceniza.* Pues dijo la Escritura en cierto lugar: *Me miré a mí mismo, y me hallé distanciado y me juzgué tierra y ceniza.* Esta es la humildad del penitente. Cuando Abrahán habla a su Dios, cuando quiere que se le dé a conocer el incendio de

dicens: *Vae tibi Corozaim, vae tibi Bethsaida; quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim,* inquit, *in cilicio et cinere poenitentiam egissent* (Mt 11,21). Ergo *nebulam velut cinerem spargit.* Quid est, *Nebulam velut cinerem spargit?* Cum vocatur quisque ad intelligendum Deum, et dicitur illi, Cape veritatem, incipit velle capere veritatem, non sufficit, videt se quamdam caliginem pati, quam antea non videbat. Ad hoc est ergo illa nebula, ut noveris nescire te, et noveris quid scire oporteat, et videas te invalidum ad illud sciendum quod oportet sciri. Nam si in ista nebula iam ante praesumpseris scire, audies ab Apostolo: *Qui se putat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire* (1 Cor 8,2). Ergo nondum comprehendisti, adhuc nebulam pateris. Sed non te deseruit qui accendit tibi lucernam carnis suae. Non erras in nebula; fide sequere. Sed quia conaris videre, et non potes, poeniteat te peccatorum; quia nebula velut cinis sparsa est. Iam te poeniteat contumacem te fuisse adversus Deum; iam te poeniteat secutum te fuisse vias tuas malas. Pervenisti in istam difficultatem illius beatae visionis; et erit tibi salubris nebula quam sicut cinerem spargit Deus. Tu ipse es adhuc nebula, sed velut cinis. Adhuc enim poenitentes volutantur in cinere, fratres mei, tanquam similes se contestantes, dicentes Deo suo: *Cinis sum.* Dixit enim quaedam Scriptura: *Despexi meipsum et distabui, et aestimavi me terram et cinerem* (Iob 30,19). Haec est humilitas poenitentis. Quando Abraham loquitur ad Deum

Sodoma, dice: *Soy tierra y ceniza.* ¡Cómo se halló siempre esta humildad en los excelsos y santos varones! Luego *esparce la niebla como ceniza.* ¿Por qué? Porque *a los que predestinó, a los mismos llamó* el que no vino *a llamar a justos, sino a pecadores a penitencia.*

25. [v.17-18]. *El que envía su glaciar como pedazos de pan.* No he de esforzarme de nuevo en decir qué sea el glaciar. Ya hablé de él, y creo que no se os haya olvidado. ¿Qué significa *envía su glaciar como pedazos de pan?* Como aquella nieve es de El, porque simboliza a los predestinados; como aquella niebla es asimismo de El, porque los predestinados a la salud son llamados a penitencia, así es de cierta manera de El el glaciar. ¿Qué es el glaciar? Lo que se endureció demasiado, lo que se congeló sobremanera y no puede fácilmente disolverse como la nieve. La nieve endurecida durante muchos años y siglos se llama glaciar. A éste envió como pedazo de pan. ¿Qué quiere decir esto? Que hubo muchos endurecidos que deben ser comparados no ya a la nieve, sino al glaciar; y que éstos también fueron predestinados y llamados; y algunos de ellos lo fueron para alimentar a otros, siendo útiles a sí mismos y a otros. ¿Qué necesidad tenemos de enumerar a muchos que tal vez quizá conocemos, ya sea a éste o a aquél? A todo el que piensa le vendrá a la memoria lo endurecidos, lo pertinaces, lo rebeldes que fueron a la verdad aquellos que conoce y cómo ahora la anuncian. Se hicieron, pues, pedazos de pan. ¿Quién es aquel único pan? *Los muchos*—dice el Apóstol—*somos un solo cuerpo en Cristo;* y también dice en otro lugar: *Un solo pan, un solo cuerpo somos los muchos.* Luego si es un solo pan todo el cuerpo de Cristo, los miembros de Cristo son pedazos de pan. A ciertos pedazos endurecidos los hace sus miembros, útiles para alimentar a otros. ¿Por qué pensaremos en muchos? Contemplemos únicamente al conocidísimo apóstol San Pablo. Nadie hay en las Escrituras tan conocido para nosotros como este varón, nadie tan grato, nadie tan familiar. Pero, si hubo algunos de tanta dureza como él que se hicieron pan, se presenten todos, habiendo sido propuesto él como ejemplo a fin de explicar este pensamiento: *Envía glaciar como pedazos de pan.* Ved que el apóstol San Pablo era glaciar endurecido, recalcitrante a la verdad, voceador contra el Evangelio como resistente al sol. ¡Cuán endurecido fue éste creciendo en la ley, adoctrinado a los pies del doctor de la ley Gamaliel! Oía que Moisés y los profetas anunciaban a Cristo. ¡Extraordinaria dureza! Sin duda, los gentiles no oían a Moisés, no oían a los profetas; eran fríos, pero no eran glaciar. Mas aquel que creía en las palabras que anunciaban a Cristo y que no creía en la venida de Cristo se había endurecido demasiado. Luego, como era glaciar, aparecía brillante y blanco, pero duro y sobremanera helado. ¿Cómo era brillante y blanco? *Hebreo de hebreos, y, según la ley, fariseo.* Aquí tienes el brillo del glaciar. Oye su dureza: *Según el celo, perseguidor de la Iglesia de Cristo.* Entre los que apedrearon al santo mártir Esteban, se hallaba este endurecido, y quizá más endurecido que todos, pues guardaba la ropa de todos los apedreadores, apedreando así con las manos de todos.

suum, et quando vult sibi aperiri incendium Sodomorum: *Ego,* inquit, *terra et cinis sum* (Gen 18,27). Quomodo fuit ista semper humilitas in magnis et sanctis viris? *Nebulam* ergo *velut cinerem spargit:* quare? Quia *quos praedestinavit, illos et vocavit,* qui non venit *vocare iustos, sed peccatores in poenitentiam.*

25 [v.17.18]. *Qui mittit crystallum suum velut frusta panis.* Non denuo laborandum est dicere quid sit crystallum. Praelocuti enim sumus, et credo non excidisse Charitati vestrae. Quid est ergo, *Mittit crystallum suum velut frusta panis?* Quomodo nix illa ipsius, quia praedestinatorum est; quomodo nebula illa ipsius, quia ipsi vocantur ad poenitentiam, qui praedestinati sunt ad salutem: sic est quodammodo crystallum ipsius. Quid est crystallum? Multum obduruit, multum congelavit; non iam sicut nix facile solvi potest. Nix multorum annorum tempore durata et serie saeculorum, crystallum dicitur, et hoc mittit velut frusta panis. Quid hoc sibi vult? Fuerunt nimis duri, non iam nivi, sed crystallo comparandi: et ipsi praedestinati sunt, et vocati; et quidam eorum ita ut pascerent alios, et essent utiles et aliis. Et quid opus est ut numeremus multos forte quos novimus, illum aut illum? Occurrit unicuique cogitanti, ex iis quos novit, quam forte duri et pertinaces et obnitentes adversus veritatem fuerunt, et modo praedicant veritatem: facti sunt frusta panis. Quis ille unus panis? *Multi,* inquit Apostolus, *Unum corpus sumus in Christo* (Rom 12,5): *unus panis, unum corpus multi sumus,* ipse dicit (1 Cor 10,17). Ergo si unus panis totum corpus Christi, membra Christi frusta panis sunt. De quibusdam duris facit membra sua, et utilia ad alios pascendos. Quid imus per multos? Notissimum illum Paulum apostolum intueamur. Nihil nobis isto viro notius, nihil suavius, nihil in Scripturis familiarius est. Et si fuerint qui ex tanta duritia, in quanta ipse fuit, panis fierent; ipso proposito ad exemplum, omnes occurrant, ut explicetur sensus iste, *Mittit crystallum suum sicut frusta panis.* Ecce crystallum erat apostolus Paulus, durus, obnitens veritati, clamans adversus Evangelium, tanquam indurans adversus solem. Iste quam durus fuit, crescens in Lege, eruditus ad pedes Gamalielis Legis doctoris! (Act 22,3). Non audiebat Moysen et Prophetas Christum praedicantes? Magna duritia! Certe Gentes non audierant Prophetas, non audierant Moysen: frigidi erant, sed crystallum non erant. Ille qui credebat in verbis praedicantibus Christum, et Christo venienti non credebat, nimis obduraverat. Quia ergo crystallum erat, nitidus videbatur et candidus; sed durus et nimium gelidus. Quomodo nitidus et candidus? *Hebraeus ex Hebraeis, secundum Legem Pharisaeus.* Vide nitorem crystalli. Audi duritiam crystalli: *Secundum aemulationem persequens Ecclesiam Christi* (Phil 3,5-6). Inter lapidatores sancti Stephani martyris, ibi erat iste durus, et forte caeteris durior: omnium enim lapidantium vestimenta servabat, ut omnium manibus lapidaret (Act 7,57).

26. Luego vemos la nieve, la niebla y el glaciar. Es un bien que él sople y licúe. Si El no soplase, si El no ablandase la dureza de este glaciar, *en presencia de su frío, ¿quién subsistirá? Ante la presencia de su frío;* ¿de quién? De Dios. ¿Cómo procede de El el frío? Ve que si abandona al pecador, si no le llama, si no le da inteligencia, si no le infunde la gracia, se ablande el hombre, si puede, con el glaciar de la ignorancia. No puede. ¿Por qué no puede? *Ante la presencia de su frío, ¿quién subsistirá?* Contémplale congelado y diciendo: *Veo otra ley en mis miembros que lucha contra la ley de mi mente, la cual me tiene cautivo y me arrastra a la ley del pecado que se halla en mis miembros. ¡Miserable hombre yo!, ¿quién me librará del cuerpo de esta muerte?* Heme aquí frío, heme aquí congelado. ¿Con qué calor me licuaré para correr? ¿Quién me librará del cuerpo de esta muerte? Ante la presencia de su frío, ¿quién subsistirá? ¿Quién se librará asimismo si El hubiere abandonado? ¿Quién libra? *La gracia de Dios por Jesucristo Señor nuestro.* Ve aquí también la gracia de Dios: *El que envía su glaciar como pedazo de pan; ante la presencia de su frío, ¿quién subsistirá?* ¿Sobrevendrá, pues, la desesperación? En modo alguno. Pues prosigue: *Enviará su palabra, y los licuará.* Luego no desespere la nieve, no pierda la esperanza la niebla, no desconfíe el glaciar. De la nieve, como de lana, se confecciona la túnica. La niebla encuentra la salud en la penitencia, porque a los que predestinó, a los mismos llamó. Aunque haya endurecidísimos entre los predestinados que, como congelados durante muchísimo tiempo, se hubieran hecho glaciar, no serán duros para la misericordia de Dios.

26. Ergo videmus nivem, nebulam, crystallum: bonum est ut ille spiret, et solvat. Si enim ille non spiraverit, si non ipse duritiam glaciei huius dissolverit, *In faciem frigoris eius quis subsistet? In faciem frigoris eius,* cuius? Dei. Unde est eius frigus? Ecce deserit peccatorem, ecce non vocat, ecce non aperit sensum, ecce non infundit gratiam: solvatur homo, si potest, glacie stultitiae. Non potest. Quare non potest? *In faciem frigoris eius quis subsistet?* Vide ergo congelascentem illum, et dicentem: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ecce frigesco, ecce congelasco; quo calore solvar, ut curram? *Quis me liberabit de corpore mortis huius? In faciem frigoris eius quis subsistet?* Et quis seipsum liberabit, si ille deseruerit? Et quis liberat? *Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum* (Rom 7,23-25). Audi et hic gratiam Dei: *Qui mittit crystallum suum sicut frusta panis: in faciem frigoris eius quis subsistet?* Ergo desperatio est? Absit. Sequitur enim: *Emittet verbum suum, et tabefaciet ea.* Non ergo desperet nix, non desperet nebula, non desperet crystallum. De nive namque, tanquam de lana, conficitur tunica. Nebula illa in poenitentia salutem invenit; quia *quos praedestinavit, illos et vocavit.* Sed licet sint inter praedestinatos durissimi, et multo quasi tempore congelaverint, et crystallum facti fue-

Enviará su palabra "et tabefaciet ea", y los licuará. ¿Qué significa *tabefaciet ea* (descompondrá)? Para que no entendáis en mal sentido la palabra *tabefaciet,* diré *"liquefaciet, dissolvet," licuará, disolverá.* Son duros debido a la soberbia. Con razón se llama la soberbia pasmo, entorpecimiento. Todo lo que está pasmado es frío. Los hombres que soportaron diariamente la dureza del frío, se dice que se pasmaron. Luego la soberbia es un pasmo. *Enviará su palabra, y los licuará.* Las aglomeraciones de nieve, ciertamente, al calentarse, se derriten, quedando abatidas. Como el pasmo levanta montes de nieve, así la soberbia erige necios. *Enviará su palabra, y los licuará.* He aquí que se acerca aquel glaciar Saulo después del apedreamiento y la muerte de Esteban pasmado en Cristo, con cierta dureza, y pide rescriptos a los sacerdotes para que en dondequiera que encuentre cristianos los aprese deseando matarlos. Endurecido y congelado se halla Saulo contra el fuego de Dios. Pero, aunque era duro, aunque estaba congelado, ve que aquel que *enviará su palabra los licuará.* Y así sucedió, pues clamó el Hirviente desde el cielo: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* y aquella única voz licuó el grandísimo endurecimiento del glaciar. No se desespere del glaciar, ¡cuánto menos de la nieve y de la nube o de la niebla! No se desespere del glaciar. Oye cierta voz del glaciar: *Primero fui blasfemo, perseguidor y malhechor.* ¿Por qué disuelve Dios el glaciar? Para que no desconfíe de sí la nieve. Pues dice: *Alcancé misericordia para que en mí mostrase Jesucristo toda la longanimidad, para ejemplo de los que habían de creerle para la vida eterna.* Luego Dios clama a las gentes: *"Licué el gla-*

rint; non erunt duri misericordiae Dei. *Emittet verbum suum, et tabefaciet ea.* Quid est, *tabefaciet?* Ne forte in malo intelligatis *tabefaciet;* liquefaciet, dissolvet. Duri sunt enim per superbiam. Merito et superbia stupor dicitur; quidquid enim stupidum est, frigidum est. Rigorem passi homines quotidie dicunt, Obstupui. Ergo superbia stupor est. *Emittet verbum suum, et tabefaciet ea.* Et revera cumuli nivis cum calefiunt, deliquescunt in humilitate. Quomodo ergo quasi montem nivis erigit stupor, sic stultos erigit superbia. *Emittet verbum suum, et tabefaciet ea.* Ecce venit illud crystallum Saulus post caedem et lapidationem Stephani, duritia quadam stupidus in Christum, petiit litteras a sacerdotibus, ut undique exhibeat Christianos, anhelans caedes. Durus est iste et gelidus contra ignem Dei. Sed quanquam esset durus, quanquam gelidus, ecce ille qui *emittet verbum suum, et tabefaciet ea,* clamavit de caelo fervidus, *Saule, Saule, quid me persequeris?* (Act 9,1-4). Una illa voce, tanta illa duritia crystalli resoluta est. *Emittet* ergo *verbum suum, et tabefaciet ea.* Non desperetur de crystallo; quanto minus de nive, vel de nebula? De ipso crystallo non desperetur. Audi vocem quamdam crystalli: *Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et iniuriosus.* Sed quare solvit crystallum Deus? Ne de se nix ipsa desperet. Ait enim, *Ideo misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi in*

ciar; venid, no temáis nieves". *Enviará su palabra, y los licuará; soplará su Espíritu, y correrán hechos agua.* Ved que el glaciar y la nieve se licúan y se convierten en agua; los que tienen sed vengan y beban. Saulo, endurecido como glaciar, persiguió a Esteban hasta la muerte; pero Pablo, convertido ya en agua viva, llama a los gentiles a la fuente. *Soplará su Espíritu, y correrán hechos agua.* Hierve el espíritu; por eso se dijo en otro salmo: *Trueca, Señor, nuestra cautividad como torrente en el austro.* Cautivada Jerusalén, se había como congelado en Babilonia; sopla el austro, y desaparece la dureza del frío de los cautivos y corre hacia Dios el fervor de la caridad. *Soplará su Espíritu, y correrán las aguas,* haciéndose en ellos una fuente de agua que salta hasta la vida eterna.

27 [v.19]. *Anuncia su palabra a Jacob, sus justicias y sus juicios a Israel.* ¿Qué justicias? ¿Qué juicios? Todo cuanto padeció aquí ante el género humano siendo niebla, nieve y glaciar, con razón lo padeció por la soberbia y el engreimiento contra Dios. Dirijamos la mirada al origen de nuestra caída y veamos que justísimamente se canta en el salmo: *Antes de ser humillado, yo delinquí.* Y el que dice: *Antes de ser humillado, yo delinquí,* dice también: *Me es un bien el haberme humillado tú para que aprenda tus justificaciones.* Jacob aprendió estas justificaciones de parte de Dios, que le hizo luchar con el ángel, en cuya representación angélica luchaba el mismo Señor. Jacob le retuvo; por la fuerza le retuvo, se hizo fuerte para retenerle; pero se dejó retener por misericordia, no por flaqueza. Luchó Jacob; prevaleció y le retuvo: pero el que parecía haber sido vencido, es rogado por el mismo

vitam aeternam (1 Tim 1,13.16). Clamat ergo Deus ad gentes: Solvi crystallum, venite nives. *Emittet verbum suum, et tabefaciet ea; spirabit spiritus eius, et fluent aquae.* Ecce crystallum et nives resolvuntur, eunt in aquas; qui sitiunt, veniant et bibant. Saulus durus ut crystallum, Stephanum est persecutus ad mortem; Paulus iam in aqua viva gentes vocat ad fontem. *Spirabit spiritus eius, et fluent aquae.* Spiritus fervens: unde dictum est in alio psalmo, *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro* (Ps 125,4). Captiva enim Ierusalem tanquam congelaverat in Babylonia: fiat auster, solvitur rigor captivitatis, et currit in Deum fervor charitatis. *Spirabit spiritus eius, et fluent aquae.* Fiet in eos fons aquae salientis in vitam aeternam (Io 4,14).

27 [v.19]. *Annuntians verbum suum Iacob, iustitias et iudicia sua Israel.* Quas iustitias? quae iudicia? Quia et quidquid hic humanum genus ante perpessum est, cum esset nix, et nebula, et crystallum, merito perpessum est superbiae et elationis in Deum. Recurramus ad originem casus nostri, et videamus quia verissime in psalmo cantatur: *Priusquam humiliarer, ego deliqui.* Sed qui dicit, *Priusquam humiliarer, ego deliqui;* ipse dicit, *Bonum mihi est quoniam humiliasti me, ut discam iustificationes tuas* (Ps 118,67.71). Has ergo iustificationes a Deo didicit Iacob, qui fecit ipsum Iacob luctari cum Angelo; in cuius Angeli persona ipse Dominus erat luctatus. Tenuit, vim fecit ut teneret, invaluit ut teneret: fecit se teneri misericordia, non infirmitate. Luctatus ergo Iacob praeva-

Jacob para que le bendiga. ¿Cómo conoció a quien retuvo y con quien había luchado? ¿Por qué luchó denodadamente y le retuvo? *Porque el reino de Dios se consigue con violencia, y quienes se violentan lo arrebatan.* Luego ¿por qué luchó? Porque se consigue con trabajo. ¿Por qué perdemos fácilmente lo que se consigue sin esfuerzo? Aprendamos a no perder lo conseguido con esfuerzo, puesto que perdemos lo que con facilidad recibimos. Por tanto, trabaje el hombre para conseguir algo; así retendrá firmemente lo que hubiese adquirido con trabajo. Luego Dios manifestó estos juicios suyos a Jacob y a Israel. Lo diré más claramente, a saber: que los justos que viven aquí soportarán, por justo juicio de Dios, trabajos, peligros, molestias, sufrimientos, según su merecido. Pues únicamente puede decir que padeció sin causa aquí, aunque no sin motivo, ya que padeció por nosotros, el que solo puede decir: *Lo que no robé pagábalo entonces,* el que solo puede decir: *Ved que viene el príncipe de este mundo, y nada encontrará en mí.* Y como si se le preguntase: "Entonces, ¿por que padeces?", prosigue y dice: *Pero para que todos sepan que hago la voluntad de mi Padre, levantaos y vámonos de aquí.* Todos los demás que padecen, según el juicio de Dios, por sus merecimientos y en justicia, no se arroguen el padecer sin culpa, cual fue el padecimiento de Cristo. Oye al apóstol San Pedro, que dice: *Es tiempo de que comience el juicio por la casa del Señor.* Exhortando, pues, a los mártires, a los testigos de Dios, a tolerar pacientemente todas las amenazas del mundo embravecido, les dice: *Es tiempo de que comience el juicio por la casa de Dios. Y si el comienzo es por nosotros, ¿cuál será el fin de aquellos que no creen al Evangelio de Dios? Y si el justo*

luit, tenuit; et quem videbatur vicisse, rogat ut benedicatur ab eo (Gen 32,24-26). Quomodo intelligebat cum quo luctatus fuerat, quem tenuerit? Quare violenter est luctatus, et tenuit? *Quia regnum caelorum vim patitur, et qui vim faciunt, diripiunt illud* (Mt 9,12). Ergo quare luctatus? Quia cum labore. Quare vix tenemus quod facile amisimus? Ne facile recipiendo quod amisimus, discamus perdere quod tenemus. Laboret homo ut teneat; tenebit ad firmitatem quod tenuerit post laborem. Ergo haec iudicia sua Deus manifestavit Iacob et Israel. Apertius dicam: id est, quia et iusti qui hic sunt, labores, pericula, molestias, passiones pro merito patiuntur, iusto iudicio Dei. Quia ille solus potest dicere, sine causa hic se passum; quamvis ideo non sine causa, quia propter nos: qui solus potest dicere, *Quae non rapui, tunc exsolvebam* (Ps 68,5); qui solus dicere potuit, *Ecce venit princeps huius mundi, et in me nihil inveniet.* Et quasi diceretur ei Quare ergo pateris? sequitur et dicit: *Sed ut sciant omnes quia voluntatem Patris mei facio, surgite, eamus hinc* (Io 14,30-31). Caeteri omnes merito suo, iudicio Dei, et pro iustitia qui patiuntur, non sibi arrogent, quasi passionem innocentiae, qualis in Christo erat. Audi apostolum Petrum: *Tempus est,* inquit, *ut iudicium incipiat a domo Domini.* Exhortans martyres et testes Dei, ut omnes minas frementis saeculi patientissime tolerent, ait illis: Tempus est *inchoationis iudicii ex domo Dei. Si autem initium a nobis, quis*

a duras penas se salvará, el pecador y el impío, ¿en dónde se encontrarán? Anuncia su palabra a Jacob, y sus justicias y juicios a Israel.

28 [v.20]. *No obró así con ninguna nación.* Nadie os engañe; no se anunció a nación alguna este juicio de Dios; a saber, cómo padezcan los justos y también los injustos, cómo padezcan todos conforme a sus merecimientos; cómo se salven los justos por la gracia de Dios, mas no por sus méritos. No se anunció esto a todas las naciones, sino sólo a Jacob, únicamente a Israel. Si no se anunció a todas las gentes, sino sólo a Jacob, únicamente a Israel, ¿qué haremos nosotros? ¿En dónde nos hallaremos? En Jacob y en Israel. *No les manifestó sus juicios.* ¿A quiénes no les fueron manifestados? A todas las gentes. Pero ¿cómo fue llamada la nieve, habiendo sido licuado el glaciar? ¿Cómo fueron llamadas las gentes, habiendo sido justificado San Pablo? ¿Cómo? Para estar en Jacob; se cortó el acebuche para injertarlo en la oliva. Luego ya pertenecen al olivo; ya no deben denominarse gentes, sino una gente en Cristo, gente de Jacob, gente de Israel. ¿Por qué gente de Jacob y gente de Israel? Porque Jacob procede de Isaac, e Isaac de Abrahán; y a Abrahán se le dijo: *En tu linaje serán bendecidas todas las gentes.* Esto mismo se dijo a Isaac; esto también a Jacob. Luego pertenecemos a Jacob, porque pertenecemos a Isaac, porque pertenecemos a Abrahán. Y el linaje de Abrahán, no afirmándolo yo o cualquiera otro hombre, sino el apóstol San Pablo, *es Cristo.* Pues el mismo Apóstol dice: *No dice el Génesis: "y a los linajes", como hablando de muchos, sino como hablando de uno, "y a tu linaje", que es Cristo.* Si, pues, hay un solo linaje, hay un solo Jacob, un solo Israel, y todas las gentes, un solo linaje en Cristo. Luego a todas las gentes pertenece lo que reveló al mismo Jacob, al mismo Israel; únicamente deben contarse entre otras gentes los que, no queriendo creer en Cristo, no quieren apartarse del acebuche y ser injertados en el olivo. Y, por tanto, permanecerán en los bosques como ramos estériles y amargos. Se alegre Jacob. ¿Qué significa "Jacob"? Suplantador, porque arrebató los derechos a su hermano. *La ceguedad avino en parte a Israel hasta que entrase la plenitud de las gentes.* Siendo Jacob, fue hecho Israel. ¿Qué significa "Israel"? Oigamos todos siendo todos Israel, ya los que estáis aquí, en los miembros de Cristo, o los que están fuera, pero no fuera; fuera en todo lugar, entre las gentes, y en todo lugar, dentro; oiga el mismo Israel, que de Jacob se hizo Israel. ¿Qué significa "Israel"? El que ve a Dios. ¿En dónde verá a Dios? En la paz. ¿En qué paz? En la paz de Jerusalén, porque *puso la paz en sus términos.* Allí alabaremos; allí todos, uno en uno, seremos uno, porque en adelante no seremos muchos dispersos.

finis eorum qui non credunt Dei Evangelio? et si iustus vix salvus fit, peccator et impius ubi parebunt? (1 Petr 4,4.17-18). *Annuntians verbum suum Iacob, iustitias et iudicia sua Israel.*

28 [v.20]. *Non fecit sic universae genti.* Nemo vos fallat: non nuntiatum est alicui genti hoc iudicium Dei, quomodo patiantur et iusti et iniusti: quomodo pro merito omnes; quomodo in gratia Dei, non in suis meritis liberentur ipsi iusti. Non annuntiatum est hoc universae genti; sed soli Iacob, soli Israel. Quid ergo nos facimus, si non annuntiavit universae genti, sed tantum Iacob, tantum Israel? Ubi erimus nos? In Iacob et in Israel. *Iudicia sua non manifestavit eis.* Quibus? Omnibus gentibus. Et quomodo vocatae sunt nives, soluto crystallo? quomodo vocatae sunt gentes, iustificato Paulo? Quomodo, nisi ut essent in Iacob? Praecisus est oleaster, ut insereretur in olivam (Rom 11,17). Iam ad olivam pertinent; iam non debent dici gentes, sed una gens in Christo, gens Iacob, gens Israel. Quare gens Iacob et gens Israel? Quia Iacob de Isaac, Isaac de Abraham. Abrahae autem quid dictum est? *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Hoc idem dictum est ad Isaac, hoc et ad Iacob (Gen 22,18; 26,4; 28,14). Pertinemus ergo ad Iacob; quia pertinemus ad Isaac, pertinemus ad Abraham. Semen enim Abrahae, non me vel quolibet homine, sed Apostolo sancto interpretante, Christus est: et ipse ait, *Non dicit, Et seminibus tanquam in multis; sed tanquam in uno, Et semini tuo, quod est Christus* (Gal 3,16). Si unum semen, unus Iacob, unus Israel, et omnes gentes unus in Christo. Ergo ad omnes pertinet gentes, quod revelavit ipsi Iacob et ipsi Israel; et illi soli in aliis gentibus deputandi sunt, qui nolentes credere in Christum, nolunt recedere ab oleastro et inseri olivae. Remanebunt in silvosis rami steriles et amari. Gaudeat Iacob. Quid est Iacob? Supplantator; quia supplantavit fratrem Iacob (Gen 27,36). *Caecitas* enim *ex parte Israel facta est, ut plenitudo Gentium intraret* (Rom 11,25). De Iacob factus est Israel. Quid est Israel? Iam omnes audiamus, omnes Israel, sive qui hic estis in membris Christi, sive qui foris et non foris, et per omnes gentes ubique foris, ubique intus; audiat ipse Israel, qui ex Iacob factus est Israel. Quid est Israel? Videns Deum. Ubi videbit Deum? In pace. In qua pace? Pace Ierusalem; quia, *Posuit,* inquit, *fines tuos pacem.* Ibi laudabimus, omnes unus in uno ad unum erimus; quia deinceps multi dispersi non erimus.

SALMO 148

[GLORIA A DIOS EN LOS CIELOS Y EN LA TIERRA]

SERMÓN AL PUEBLO

1 [v.1]. El ejercicio de nuestra vida presente debe tender a alabar a Dios, porque el regocijo sempiterno de nuestra vida futura será la alabanza de Dios; y nadie puede hacerse idóneo de la vida futura si no se hubiere ejercitado ahora en orden a ella. Ahora

PSALMUS 148

SERMO AD PLEBEM

1 [v.1]. Meditatio praesentis vitae nostrae in laude Dei esse debet: quia exsultatio sempiterna futurae nostrae vitae, laus Dei erit; et nemo potest idoneus fieri futurae vitae, qui non se ad illam modo exer-

alabamos a Dios, pero también le pedimos. Nuestra alabanza lleva consigo el gozo, la oración, el gemido. Se nos prometió algo que aún no tenemos; pero como es veraz el que prometió, nos alegramos en esperanza; sin embargo, como tadavía no lo poseemos, gemimos en el deseo. Nos conviene perseverar en el deseo hasta que llegue lo prometido, y así desaparecerá el gemido y le sustituirá únicamente la alabanza. Por estos dos tiempos: por el uno, que tiene lugar ahora en las tentaciones y tribulaciones de esta vida, y por el otro, que sobrevendrá entonces en seguridad y gozo perpetuo, se estableció también aquí la celebración de estos dos tiempos, el uno antes de la Pascua y el otro después de la Pascua. El que se estableció antes de la Pascua simboliza la tribulación, en la que ahora nos hallamos; el que ahora vivimos después de la Pascua, simboliza la bienaventuranza, en la que estaremos después. El que celebramos antes de la Pascua, representa el que ahora tenemos; el que celebramos después de la Pascua, significa lo que ahora no tenemos. Por eso nos ejercitamos en el primero con ayunos y oraciones; pero, pasados los ayunos, dedicaremos el tiempo a las alabanzas. Y esto es el *Aleluya* que ahora cantamos, cuya palabra, como sabéis, se traduce al latín por *laudate Dominum,* alabad al Señor. Por eso aquél es el tiempo antes de la resurrección, y éste el tiempo después de la resurrección del Señor. En este tiempo se simboliza la vida futura, que aún no tenemos, puesto que lo que significamos después de la resurrección del Señor, lo conseguiremos después de nuestra resurrección. En nuestra Cabeza se nos simbolizaron ambas cosas y entrambas se dieron a conocer. La Pasión del Señor nos

cuerit. Modo ergo laudamus Deum: sed et rogamus Deum. Laus nostra laetitiam habet, oratio gemitum. Promissum est enim nobis aliquid quod nondum habemus; et quia verax est qui promisit, in spe gaudemus: quia tamen nondum habemus, in desiderio geminus. Bonum est nobis perseverare in desiderio, donec veniat quod promissum est, et transeat gemitus, succedat sola laudatio. Propter haec duo tempora, unum quod nunc est in tentationibus et tribulationibus huius vitae, alterum quod tunc erit in securitate et exsultatione perpetua, instituta est nobis etiam celebratio duorum temporum, ante Pascha, et post Pascha. Illud quod est ante Pascha, significat tribulationem in qua modo sumus: quod vero nunc agimus post Pascha, significat beatitudinem in qua postea erimus. Ante Pascha ergo quod celebramus, hoc et agimus: post Pascha autem quod celebramus, significamus quod nondum tenemus. Propterea illud tempus in ieiuniis et orationibus exercemus; hoc vero tempus relaxatis ieiuniis in laudibus agimus. Hoc est enim, *Alleluia,* quod cantamus; quod latine interpretatur, ut nostis, Laudate Dominum. Ideo illud tempus ante resurrectionem, hoc tempus post resurrectionem Domini est. Quo tempore significatur vita futura, quam nondum tenemus; quia quod significamus post resurrectionem Domini, tenebimus post resurrectionem nostram. In capite enim nostro nobis utrumque figuratum est, utrumque demonstratum est. Passio Domini ostendit nobis vitam

declaró la indigencia de la vida presente, porque conviene sufrir, ser atribulados y, por fin, morir. La resurrección del Señor y sus glorificación nos dio a conocer la vida que hemos de conseguir cuando viniere a dar la recompensa a los merecedores: los males a los malos, y los bienes a los buenos. Con todo, ahora pueden todos los malos cantar con nosotros el *Aleluya;* mas, si perseverasen en su malicia, podrán cantar con sus labios el cántico de nuestra vida futura, pero no podrán obtener esta vida futura que entonces tendrá lugar en la realidad y que ahora se significa, porque no quisieron pensar en ella antes de venir y poseer lo que había de llegar.

2. Luego ahora, hermanos, os exhorto a que alabéis a Dios, pues esto es lo que todos nos decimos cuando pronunciamos el *Aleluya.* Tú dices a uno; *Alabad al Señor,* y esto mismo te lo dice a ti él. Cuando todos se exhortan mutuamente, todos dicen lo que se exhortan. Pero alabad, por lo que toca a vosotros, íntegramente; es decir, no sólo alabe a Dios la lengua y la voz, sino también vuestra conciencia, vuestra vida y vuestros hechos. En efecto, ahora alabamos cuando nos hallamos congregados en la iglesia; pero, cuando cada uno va a su casa, parece que deja de alabar a Dios. No deje de vivir bien, y siempre alabará al Señor. Dejas de alabar a Dios cuando te apartas de la justicia y de aquello que a El le agrada. Pero, si no te apartas jamás de la vida buena, aunque calle tu lengua, vocea tu vida, y el oído de Dios está atento a tu corazón. Pues así como nuestros oídos atienden a nuestras voces, igualmente el oído de Dios atiende a nuestros pensamientos. Y no puede acontecer que obre mal el que tiene buenos pensamientos. Pues

praesentis necessitatis, quia oportet laborare, et tribulari, et ad extremum mori: resurrectio vero et clarificatio Domini ostendit nobis vitam quam accepturi sumus, cum venerit retribuere digna dignis, mala malis, bona bonis. Et quidem modo mali omnes cantare nobiscum possunt, *Alleluia:* si autem in malitia sua perseveraverint, canticum vitae nostrae futurae labiis dicere poterunt; ipsam vero vitam, quae tunc erit in ea veritate quae nunc significatur, obtinere non possunt; quia noluerunt meditari, antequam veniret, et tenere quod venturum erat.

2. Nunc ergo, fratres, exhortamur vos ut laudetis Deum; et hoc est quod nobis omnes dicimus, quando dicimus, *Alleluia.* Laudate Dominum, dicis tu alteri, dicit ipse tibi: cum se omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur. Sed laudate de totis vobis; id est, ut non sola lingua et vox vestra laudet Deum, sed et consciencia vestra, vita vestra, facta vestra. Etenim laudamus modo in ecclesia quando congregamur; cum quisque discedit ad propria, quasi cessat laudare Deum. Non cesset bene vivere, et semper laudat Deum. Tunc desinis laudare Deum, quando a iustitia, et ab eo quod illi placet, declinas. Nam si a vita bona nunquam declines; lingua tua tacet, vita tua clamat; et aures Dei ad cor tuum. Quomondo enim aures nostrae ad voces nostras, sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri ut habeat mala facta, qui habet bonas cogitationes. Facta enim de cogitatione procedunt; nec quisquam

los hechos dimanan del pensamiento, y nadie puede hacer algo o mover sus miembros para ejecutarlo si primeramente no antecede el mando del pensamiento, así como dimana del interior del palacio, para que se cumpla en el imperio romano, todo lo que el emperador manda, todo lo que veis que se hace en las provincias. ¡Qué movimiento se produce ante una orden del emperador que se encuentra sentado dentro del palacio! El sólo mueve los labios cuando habla, y, sin embargo, se mueve toda la nación cuando se ejecuta lo que habla. Así también dentro de cada hombre hay un emperador, reside en el corazón; si es bueno, manda cosas buenas, y se hacen cosas buenas; si es malo, manda cosas malas, y se hacen cosas malas. Cuando en él reside Cristo, ¿qué puede mandar? Sólo cosas buenas. Cuando le posee el diablo, ¿qué puede mandar? Sólo cosas malas. Dios quiso dejar a tu arbitrio, reservar el lugar a Dios o al diablo; cuando lo hayas reservado, el que lo ocupe mandará. Luego, hermanos, no atendáis únicamente al sonido. Cuando alabéis a Dios, alabadle íntegramente: cante la voz, cante la vida, canten las obras. Y, si persiste todavía el gemido, la tribulación, la tentación, esperad; todas estas cosas pasarán, y llegará aquel día en el que alabemos sin descanso. Este salmo es claro, y, por tanto, ha de ser expuesto de corrida. Enumera la creación universal alabando a Dios y la exhorta a que le alabe como si la hubiera encontrado callada.

3. *Alabad la Señor desde los cielos.* Como si hubiera encontrado callados en cuanto a la alabanza de Dios a los que están en los cielos, los exhorta a que se desperecen y alaben. Con todo, jamás los seres celestes cesaron de alabar a su Creador, jamás los

potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendum membra movere, nisi primo praecesserit iussio cogitationis: quomodo de interiori palatio, quidquid iusserit Imperator, per imperium Romanum emanat, quidquid videtis agi per provincias. Quantus motus fit ad unam iussionem Imperatoris intus sedentis? Movet solum ille labia, cum loquitur; et movetur omnis provincia, cum fit quod loquitur. Sic et in unoquoque hominum intus est imperator, in corde sedet: si bonus bona iubet, bona fiunt; si malus mala iubet, mala fiunt. Cum ibi sedet Christus, quid potest iubere, nisi bona? ¿Cum possidet diabolus, quid potest iubere, nisi mala? In tuo autem arbitrio Deus esse voluit, cui pares locum, Deo, an diabolo: cum paraveris, qui possidebit, ipse imperabit. Ergo, fratres, non tantum ad sonum attendite: cum laudatis Deum, toti laudate; cantet vox, cantet vita, cantent facta. Etsi est adhuc gemitus, tribulatio, tentatio; sperate transitura omnia, et illum venturum diem quo sine defectu laudabimus. Ecce iste psalmus, quoniam manifestus est, currendus est nobis. Distribuit enim universam creaturam laudantem Deum, et tanquam hortatur ut laudet, quasi invenerit **tacentem.**

3. *Laudate Dominum de caelis.* Quasi invenerit tacentes in caelis laudem Domini, exhortatur ut surgant et laudent. Nunquam caelestia laudes Conditoris sui tacuerunt, nunquam terrestria Deum laudare cessa-

terrestres dejaron de alabar a Dios. Sin embargo, hay ciertamente algunos que tienen el ánimo de alabar a Dios en cuanto Dios les agrada. Todos alaban porque les agrada. Hay otros que carecen de vida y de entendimiento para alabar a Dios; pero como ellos son bienes, y en su orden se hallan irreprensiblemente colocados y responden a la belleza de la creación que Dios creó, ellos ciertamente por sí mismos no alaban a Dios, porque carecen de voz y de corazón; pero, cuando se contemplan por los seres dotados de inteligencia, por ellos se alaba a Dios; y, cuando por ellos se alaba a Dios, en cierto modo ellos mismos alaban a Dios. Por ejemplo, en el cielo alaban a Dios todos los seres que tienen vida y entendimiento purísimo para contemplarle y amarle sin cansancio y sin descanso. Le alaban también en la tierra, distinguiendo el bien y el mal, conociendo al Creador y a la criatura, los hombres que piensan en estas cosas, a los cuales Dios les dio mente para discernir, deleitarse y alabar estas cosas. Lo hombres pueden hacer esto, pero ¿acaso las bestias poseen tal entendimiento? Si las bestias tuviesen este conocimiento, no diría Dios: *No seáis como el caballo y el mulo, en los cuales no hay entendimiento.* Cuando se nos exhorta a no ser como las bestias, que no tienen entendimiento, nos declara que dio entendimiento a los hombres para que alaben a Dios. ¿Por ventura los árboles tienen también vida por la que perciban como las bestias? Las bestias, aunque no tienen el sentido interior racional, y la mente, que entiende y discierne, que el hombre posee, para que alaben a Dios, sin embargo, se hallan dotadas de una vida patente, como todos sabemos, para desear el alimen-

runt. Sed plane sunt quaedam quae habent spiritum laudandi Deum in eo affectu quo eis placet Deus. Nemo enim laudat, nisi quod ei placet. Sunt autem alia quae spiritum vitae et intellectum ad laudandum Deum non habent, sed quia et ipsa bona sunt, et in ordine suo integre disposita, et ad pulchritudinem universitatis referuntur, quam condidit Deus; ipsa quidem per se voce sua et corde suo non laudant Deum; sed cum ab intelligentibus considerantur, per ipsa laudadatur Deus; et cum per ipsa laudatur Deus, quodam modo et ipsa laudadant Deum. Verbi gratia, laudant Deum in caelo omnia quae habent spiritum vitae, et intellectum purum ad eum contemplandum et sine fastidio et defectu diligendum. Laudant autem Deum in terra per intellectum discernendi bonum et malum, per intellectum cognoscendi creaturam et Creatorem, homines qui ista cogitant, quibus tribuit Dominus mentem discernendi ista, delectandi atque laudandi. Homines possunt: pecora numquid habent huiusmodi intellectum? Si haberent huiusmodi intellectum pecora, non nobis diceret Deus: *Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus* (Ps 31,9). Quando hortatur nos ut non simus sicut pecora, sine intellectu, ostendit nobis quia homini tribuit intellectum ad laudandum Deum. Arbores numquid vel vitam ipsam habent, quae sentiant sicut pecora? Nam pecora, etsi sensum interiorem rationalem et mentem intelligentem atque discernentem non habent, quam homo habet, ut lau-

to, tomar lo provechoso y dejar lo nocivo. Poseen el sentido, para distinguir las cosas corporales; la vista, para distinguir los colores; el oído, las voces; el olfato, los olores; el gusto, los sabores, y, por fin, se hallan dotadas de movimiento para ir en pos del placer o apartarse de las molestias. Comprendemos todo esto y lo vemos delante de nuestros ojos. No tienen, pues, mente para entender, pero tienen espíritu y vida patente que nueve el cuerpo; sin embargo, los árboles carecen de esta vida; con todo, todas las cosas alaban a Dios. ¿Por qué alaban a Dios? Porque, cuando las vemos nosotros y pensamos en el Creador que las hizo, nace de ellas en nosotros mismos la alabanza de Dios; de aquí que todas alaban a Dios. El salmista comenzó desde el cielo. Todos los seres alaban a Dios, y, sin embargo, dice: *Alabad.* ¿Por qué, alabando como alaban todos los seres, dice: *Alabad?* Porque se complació en que alaban y le agradó añadir su exhortación. Aquí sucede como si topases con hombres que ejecutan con gozo alguna obra buena en la viña, en la siega, en alguna labor agrícola, y, agradándote lo que hacen, dices: "Trabajad, trabajad"; y lo dices no por que entonces comiencen a trabajar cuando tú se lo dices, sino que, como te agrada lo que les encuentras ejecutando, añades tu congratulación y exhortación. Diciendo, pues, "Trabajad", y exhortando a los que trabajan, por este deseo obras como con ellos. Lleno de Espíritu Santo, dice el profeta en esta exhortación estas cosas.

4. El salmo es de *Ageo y de Zacarías;* así lo consigna el título. Estos dos videntes profetizaban, en el tiempo en que se hallaba cautivo el pueblo judío en Babilonia, el cercano fin del cautiverio para que se restaurase la ciudad de Jerusalén, que había sido destruida en la guerra. Con esto nos simbolizaron místicamente la vida futura, en la que alabaremos a Dios después de la cautividad de la vida presente, en donde tendrá lugar la renovación de la gran ciudad Jerusalén, por la que suspiramos y peregrinamos cautivos todavía bajo el peso y la carga del cuerpo mortal; por la que aún gemimos en la peregrinación, aunque nos regocijaremos en la patria. El que no gime peregrino, no se alegrará ciudadano, porque carece de deseo. Luego estos santos profetas ofrecieron un gran consuelo entonces a aquel pueblo establecido en Babilonia bajo reyes extranjeros. Pues por la profecía daban a conocer el tiempo venidero de la liberación del cautiverio y de la restauración de Jerusalén. Sin embargo, todas aquellas cosas que se hicieron simbolizando, tienen su propia realidad; fueron simbolismos para los antepasados, pero ahora se manifiestan en nosotros reales y presentes. Pues ahora, ¿qué dice el Apóstol? *Mientras estamos en el cuerpo, peregrinamos hacia el Señor.* Aún no estamos en la patria. ¿Cuándo estaremos en ella? Cuando triunfemos habiendo vencido a nuestro enemigo el diablo. Cuando fuere *destruido nuestro último enemigo la muerte, entonces se cumplirá la palabra que se escribió: "La muerte fue sumida en victoria". ¿En dónde está, ¡oh muerte!, tu combate; en dónde está, ¡oh muerte!, tu aguijón?* Luego ¿cuándo cesará el combate de la muerte que ahora existe, y que nos hace gemir por la flaqueza y mutabilidad de las cosas, por la fragilidad de la carne humana? Ahora combaten contra nosotros cotidianamente las tentaciones, los halagos; y, aunque no

dent Deum: habent tamen vitam manifestam, sicut omnes novimus, appetendi cibum, utilia sumendi, noxia respuendi; sensus corporalia discernendi; visum ad colores, auditum ad voces, olfactum ad odores, gustatum ad sapores, motus vel ad voluptates; vel a molestiis. Intelligimus haec, et videmus ante oculos nostros. Non habent rationem intelligendi; sed habent spiritum corporis animati, et vitam manifestam: arbores autem nec ipsam habent; et tamen omnia laudant Deum. Quare laudant Deum? Quia cum ista videmus, et consideramus Creatorem qui ea fecit, de illis nascitur in nobis laus Dei; et cum ipsorum consideratione laudatur Deus, omnia laudant Deum. Coepit ergo iste de caelo: laudant omnia, et dicit, *Laudate.* Quare, cum laudent, dicit, *Laudate?* Quia delectatus est in eo quod laudant, et placuit ei quasi adiungere hortationem suam. Quomodo si venias ad homines bonum aliquod operantes cum gaudio, sive in vinea, sive in messe, sive in aliqua agricultura; placet tibi quod faciunt, et dicis, Facite, agite: non ut tunc incipiant facere, quando dicis; sed quia placet tibi quod facientes inveneris, adiungis gratulationem et exhortationem tuam. Dicendo enim, Facite, et exhortando facientes, voto quasi facis cum illis. In hac ergo exhortatione plenus Spiritu Propheta dicit haec.

4. Et Psalmus est *Aggaei et Zachariae:* sic habet titulum. Isto duo prophetae, eo tempore quo captivus populus tenebatur in Babylonia, prophetabant iam futurum finem captivitatis, ut restauraretur civitas Ierusalem (1 Esdr 5,1-2; et 6,14), quae bello ceciderat. Significaverunt ergo nobis in mysterio vitam futuram, ubi laudabimus Deum post captivitatem vitae praesentis; ubi erit innovatio civitatis illius magnae Ierusalem unde peregrini suspiramus, captivati adhuc sub onere et sarcina corporis mortalis; unde adhuc gemimus in peregrinatione, exsultabimus autem in patria. Qui autem non gemit peregrinus, non gaudebit civis; quia desiderium non est in illo. Prophetae ergo isti sancti magnam consolationem praebuerunt tunc captivato populo secundum carnem, id est, constituto in Babylonia sub regibus alienigenis. Ostendebant enim per prophetiam, futurum tempus liberationis a captivitate, instaurationis Ierusalem. Sed illa omnia in figura gesta sunt (1 Cor 10,6); habent veritatem suam: figurata sunt in antiquis, praesentia ostenduntur in nobis. Modo ergo quid dicit Apostolus? *Quandiu sumus in corpore, peregrinamur a Domino* (2 Cor 5,6). Nondum sumus in patria: quando erimus in patria? Quando triumphabimus devicto inimico diabolo, quando *mors novissima inimica destruetur: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus?* (1 Cor 15,26.54-55). Quando ergo nulla erit mortis contentio, quae modo est, et facit nos gemere ex defectu et mutabilitate rerum, ex fragilitate carnis humanae? Contendunt nobiscum quotidie tentationes, contendunt

consintamos, sin embargo, soportamos sus molestias y luchamos y nos hallamos en gran peligro de ser vencidos al luchar. Y si vencemos por no haber consentido, no obstante, soportamos molestias resistiendo a los halagos. El enemigo sólo cejará y morirá en la resurrección de los muertos. Nos compenetremos de esto; confiemos, pues Ageo y Zacarías levantan nuestro ánimo al cantar nuestra futura liberación. Si cantaron a aquel pueblo y se cumplió, lo que se cante al pueblo cristiano, ¿no se cumplirá? Estad seguros; pensad únicamente en esta peregrinación, qué vida habéis de hacer. No os plazca el amor de Babilonia para que no olvidéis la ciudad de Jerusalén; y, si todavía vuestro cuerpo se halla retenido en Babilonia, enviad delante vuestro corazón a Jerusalén. Luego alabe toda criatura al Señor, porque allí hemos de hacer lo que aquí consideramos.

5. *Alabad al Señor desde los cielos, alabadle desde las alturas.* Primeramente dice que se alabe a Dios desde los cielos; después desde la tierra, porque Dios, que hizo el cielo y la tierra, es alabado. Las cosas celestes son apacibles, sosegadas; allí siempre hay gozo y no existe la muerte, la enfermedad y el sufrimiento; los bienaventurados alaban a Dios continuamente. Nosotros aún estamos abajo; pero, cuando pensamos de qué modo sea Dios alabado allí, tengamos puesto el corazón allí para que no oigamos sin razón: *¡Arriba los corazones!* Levantemos el corazón hacia arriba para que no se corrompa en la tierra, puesto que nos agrada lo que allí hacen los ángeles. Ahora lo tenemos levantado en esperanza; después, cuando hubiéremos llegado allí, lo tendremos en realidad. Luego *alabadle en las alturas.*

quotidie delectationes: etsi non consentiamus, tamen molestiam patimur, et contendimus, et magnum periculum est ne qui contendit vincatur; si autem non consentiendo vincamus, molestiam tamen patimur resistendo delectationibus. Non cessat, et non moritur hostis, nisi in resurrectione mortuorum. Sed praesumamus, fidamus, erigunt nos Aggaeus et Zacharias; cantant futuram deliberationem nostram. Si illi populo cantaverunt, et impletum est; christiano populo quod cantatur, non implebitur? Securi estote: tantummodo in ista peregrinatione vitae quomodo agatis, videte. Non vobis placeat amor Babyloniae, ne obliviscamini civitatem Ierusalem. Etsi corpus vestrum adhuc in Babylonia tenetur, cor vestrum ad Ierusalem praemittatur. Laudet ergo tota creatura Dominum; quia hoc ibi facturi sumus, quod hic praemeditamur.

5. *Laudate Dominum de caelis; laudate eum in excelsis.* Primo de caelis dicit, postea de terra: laudatur enim Deus qui fecit caelum et terram. Caelestia tranquilla sunt, pacata sunt; ibi semper gaudium, nulla mors, nulla aegritudo, nulla molestia; semper laudant Deum beati: nos autem adhuc iusum sumus, sed cum cogitamus quomodo ibi laudetur Deus, cor ibi habeamus, et non sine causa audiamus, Sursum corda. Levemus cor sursum, ne putrescat in terra; quoniam placet nobis quod ibi agunt Angeli. Modo nos spe; postea re, cum illuc venerimus. *Laudate* ergo *eum in excelsis.*

6 [v.2-5]. *Alabadle todos sus ángeles, alabadle todas sus milicias. Alabadle, sol y luna; alabadle todas las estrellas y luminares. Alabadle, cielo de los cielos; y las aguas que están sobre los cielos alaben el nombre del Señor.* ¿Cuándo terminará de enumerar todos los seres contándolos? No obstante, contó somera y compendiosamente todas las cosas, y terminó diciendo: que todos los seres celestes alaben a su Creador.

7. Y como si se le preguntase: "¿Por qué alaban?; pues ¿qué le deben? ¿Qué les dio para que le alaben?", añade: *Porque El lo dijo, y fueron hechos; El lo mandó, y fueron creados.* No es de admirar que las obras alaben a su ejecutor, no es de admirar que las cosas hechas alaben a su hacedor, no es de admirar que la criatura alabe a su Creador. Allí también fue nombrado Cristo, y casi no hemos percibido su nombre. ¿Quién es Cristo? *En el principio existía el Verbo, y el Verbo estaba en Dios, y el Verbo era Dios. El estaba en el principio en Dios. Todas las cosas fueron hechas por El, y sin El nada fue hecho.* ¿Por quién fueron hechas? Por el Verbo. ¿Cómo declara aquí que fueron hechas por el Verbo? Diciendo: *El lo dijo, y fueron hechas; El lo mandó, y fueron creadas.* Sólo dice, sólo manda el Verbo.

8 [v.6]. *Y las estableció por el siglo y por el siglo del siglo.* (Estableció por el siglo) todas las cosas celestes, todas las excelsas, todas las milicias y los ángeles, la ciudad celeste, buena, santa, bienaventurada, hacia la que peregrinamos; y, por lo mismo, somos aún infelices; mas como hemos de ir a ella, en esperanza

6 [v.2-5]. *Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna, laudate eum omnes stellae et lumen. Laudate eum caeli caelorum, et aquae quae super caelos sunt, laudent nomen Domini.* Quando explicat omnia numerando? Sed tamen summatim et quasi omnia perstrinxit, et conclusit omnia caelestia laudantia Creatorem suum.

7. Et quasi diceretur ei, Quare illum landant? quid illi debent, quid illis contulit, ut laudent eum? sequitur: *Quonam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.* Non mirum si opera laudant operatorem, non mirum est si facta laudant factorem, non mirum si creatura laudat Creatorem. Ibi et Christus nominatus est, et quasi non audivimus nomen ipsius. Quis est Christus? *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (Io 1,1-3). Per quid facta sunt? Per Verbum. Quomodo hic ostendit quia per Verbum facta sunt? *Ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.* Nemo dicit, nemo mandat, nisi Verbo.

8 [v.6]. *Statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi.* Omnia caelestia, omnia superiora, virtutes omnes atque Angelos, civitatem quandam supernam, bonam, sanctam, beatam: unde quoniam peregrinamur, miseri adhuc sumus; et quo redituri, in spe beati; et quo cum redieri-

somos felices; lo seremos en realidad cuando lleguemos a ella. *Y las estableció por el siglo y por el siglo del siglo: puso precepto, y no dejará de cumplirse.* ¿Qué precepto pensáis que tienen los seres celestes y los santos ángeles? ¿Qué precepto les impuso Dios? ¿Qué? Que le alaben. Bienaventurados son los que tienen por ocupación alabar a Dios. No aran, no siembran, no muelen, no cuecen: éstas son obras de indigencia, y allí no existe. No roban, no hurtan, no adulteran: éstas son obras inicuas, y allí no hay iniquidad. No parten el pan con el hambriento, no visten al desnudo, no reciben al peregrino, no visitan a los enfermos, no apaciguan al litigante, no entierran a los muertos: éstas son obras de misericordia, y allí no hay miseria sobre la cual se necesite ejecutar la misericordia. ¡Oh bienaventurados! ¿Creemos que nosotros seremos también así? Ea, suspiremos, y por el suspiro gimamos. Pero ¿qué somos para que vayamos allí? Mortales, reprobados, caídos, tierra y ceniza. Pero quien prometió es omnipotente. Si nos contemplamos, ¿qué somos? ¿Si a El? Es Dios, es omnipotente. ¿No ha de hacer un ángel del hombre el que hizo al hombre de la nada? ¿O es que Dios tiene al hombre por nada, habiendo muerto por él su Unigénito? Consideremos el principio del amor. Tales arras hemos recibido de la promesa de Dios, que ya tenemos en nuestro poder la muerte y la sangre de Cristo. ¿Quién murió? El Unigénito. ¿Por quiénes? ¡Ojalá hubiera sido por los buenos, por los santos, por los justos! Pero ¿qué dice el Apóstol? *Ved que Cristo murió por los impíos.* El que entregó su muerte a los impíos, ¿qué reservará a

mus, in re beati. *Statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi: praeceptum posuit, et non praeteribit.* Quale praeceptum putatis habere caelestia et Angelos sanctos? quale praeceptum dedit illis Deus? Quale, nisi ut laudent illum? Beati quorum hoc est negotium, laudare Deum. Non arant, non seminant, non molunt, non coquunt: opera enim sunt ista necessitatis; ibi necessitas non est. Non furantur, non depraedantur, non adulterantur: opera enim sunt ista iniquitatis, ibi iniquitas non est. Non frangunt panem esurienti, non vestiunt nudum, non suscipiunt peregrinum, non visitant aegrotum, non concordant litigiosum, non sepeliunt mortuum: opera enim sunt ista misericordiae ibi nulla miseria est in qua fiat misericordia. O beati! Putamus, erimus et nos sic? Eia, suspiremus, de suspirio gemamus. Et quid sumus, ut ibi simus? Mortales, proiecti, abiecti, terra et cinis. Sed qui promisit omnipotens est. Si ad nos attendamus, quid sumus? si ad illum, Deus est, omnipotens est. Non est facturus angelum ex homine, qui fecit hominem ex nihilo? aut vero pro minimo habet Deus hominem, propter quem mori voluit Unicum suum? Attendamus ad indicium dilectionis. Promissionis Dei tales arrhas accepimus; tenemus mortem Christi, tenemus sanguinem Christi. Quis mortuus est? Unicus. Pro quibus mortuus est? Utinam pro bonis, utinam pro iustis. Sed quid? *Etenim Christus,* ait Apostolus, *pro impiis mortuus est* (Rom 5,6). Qui donavit impiis mortem suam, quid servat iustis, nisi

los justos? Su vida. Cobre alientos la flaqueza humana, no desespere, no se estrelle, no se aparte, no diga: "No conseguiré aquella vida." El que prometió es Dios, y además vino para prometer: apareció entre los hombres, vino a tomar nuestra muerte y a prometer su vida. Vino a la tierra de nuestra peregrinación a recibir aquí lo que pululaba por todas las partes: oprobios, azotes, bofetadas, salivas, ultrajes; a recibir la corona de espinas, la suspensión en el leño, la cruz y la muerte. Estas cosas abundan en nuestro país; vino a comerciar tales cosas. ¿Qué dio aquí, qué recibió? Dio consejo, doctrina, remisión de pecados; recibió ultrajes, muerte y cruz. De su país nos trajo bienes; del nuestro recibió males. Con todo, nos prometió que hemos de ir a la región de donde El vino, pues dice: *Padre, quiero que en donde yo estoy, estén también ellos conmigo.* ¡Inmenso fue el amor que precedió! Vino a donde nos hallábamos nosotros para que estuviésemos con El en donde El está. ¡Oh hombre mortal! ¿Qué te prometió Dios? Que serás eternamente glorioso. ¿No lo crees? Créelo, créelo, pues es más lo que hizo que lo que prometió. ¿Qué hizo? Murió por ti. ¿Qué prometió? Que vivirás con El. Más increíble es que muera el Eterno que viva eternamente el mortal. Ya aconteció lo que es más increíble. Si Dios murió por el hombre, ¿no ha de vivir el hombre con Dios, no ha de vivir eternamente el mortal, por el cual murió el que vive eternamente? Pero ¿cómo murió Dios? ¿En qué cosa murió? ¿Puede morir Dios? Recibió de ti aquello por lo que moriría por ti. Sólo puede morir la carne, únicamente puede morir el cuerpo

vitam suam? Erigat ergo se humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se avertat, non dicat, Non ero. Qui promisit, Deus est: et venit, ut promitteret; apparuit hominibus, venit suscipere mortem nostram, promittere vitam suam. Venit ad regionem peregrinationis nostrae, accipere hic quod hic abundat, opprobria, flagella, colaphos, sputa in faciem, contumelias, spineam coronam, suspensionem in ligno, crucem, mortem. Haec abundant in regione nostra; ad talia commercia venit. Quid hic dedit, quid accepit? Dedit exhortationem, dedit doctrinam, dedit remissionem peccatorum; accepit contumelias, mortem, crucem. Attulit nobis de illa regione bona, et in regione nostra pertulit mala. Promisit tamen nobis quod ibi futuri simus unde venit; et ait: *Pater, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum* (Io 17,24). Tanta praecessit dilectio! Quia ubi nos eramus, fuit nobiscum; ubi ipse est, erimus cum illo. Quid tibi promisit Deus, o homo mortalis? Quia victurus es in aeternum. Non credis? Crede, crede. Plus est iam quod fecit, quam quod promisit. Quid fecit? Mortuus est pro te. Quid promisit? Ut vivas cum illo. Incredibilius est quod mortuus est aeternus, quam ut in aeternum vivat mortalis. Iam quod incredibilius est tenemus. Si propter hominem mortuus est Deus, non est victurus homo cum Deo? non est victurus mortalis in aeternum, propter quem mortuus est qui vivit in aeternum? Sed quomodo mortuus est Deus, et unde mortuus est Deus?

mortal; por eso se vistió de aquello por lo que moriría por ti y te vistió a ti de aquello con lo que vivirás con El. ¿En dónde se vistió con la muerte? En el seno de la Virgen María. ¿En dónde te vistió con la vida? En la igualdad del Padre. Aquí eligió para sí un tálamo casto en donde se uniese el Esposo a la esposa. El Verbo se hizo carne para ser Cabeza de la Iglesia. El Verbo mismo ciertamente no es parte de la Iglesia, pero para hacerse Cabeza de la Iglesia tomó la carne. Algo nuestro ya está arriba: lo que aquí tomó; aquello en lo que murió, en lo que fue crucificado. Ya precedieron tus primicias, ¿y dudas que tú has de seguirlas?

9 [v.7]. Luego diríjase ya a la tierra, puesto que habló ya de las alabanzas de los seres celestes: *Alabad al Señor desde la tierra.* ¿Desde dónde comenzó antes a ordenar las alabanzas? *Alabad al Señor desde los cielos.* Ya enumeró los seres celestes. Oye ahora los terrestres: (Alabad) *dragones y todos los abismos.* Los abismos son las profundidades de agua. Todos los mares y este aire sombrío pertenecen al abismo. A todo el lugar en donde se hallan las nubes, los vientos, las tempestades, la lluvia, los relámpagos, los truenos, el granizo, la nieve y todo lo que Dios quiere que se haga sobre la tierra de este aire húmedo oscuro, lo llamó con el nombre de tierra, porque es demasiado mudable y perecedero, a no ser que creáis que llueve arriba, en las estrellas. Todas estas cosas acontecen aquí, junto a la tierra. Pues alguna vez, estando los hombres en las cimas de los montes, ven que, teniendo las nubes debajo de sus pies, llueve. Estos fenómenos,

et potest mori Deus? Accepit ex te, unde moreretur pro te. Non posset mori, nisi caro, non posset mori, nisi mortale corpus: induit se ubi pro te moreretur, induet te ubi cum illo vivas. Ubi se induit morte? In virginitate matris. Ubi te induet vita? In aequalitate Patris. Elegit sibi hic thalamum castum, ubi coniungeretur sponsus sponsae. Verbum caro factum est (ib. 1,14), ut fieret caput Ecclesiae. Verbum enim ipsum non est pars Ecclesiae; sed ut esset caput Ecclesiae, carnem assumpsit. Quiddam nostrum iam sursum est, quod hic accepit, ubi mortuus est, ubi crucifixus est: iam quaedam primitiae tuae praecesserunt, et dubitas quia secuturus es!

9 [v.7]. Ergo convertat se et ad terrena, quia iam dixit laudes caelestium. *Laudate Dominum de terra.* Superius enim unde caepit? *Laudate Dominum de caelis;* et enarravit caelestia: modo audi terrestria. *Dracones et omnes abyssi.* Abyssi, profunditates aquarum sunt: maria omnia, nubilosus iste aer ad abyssum pertinet. Ubi nubes, ubi venti, ubi tempestates, ubi pluviae, coruscationes, tonitrua, grandines, nix, et quidquid vult Deus fieri super terras de isto humido et caliginoso aere, totum hoc terrae nomine appellavit, quia nimis mutabile est atque mortale: nisi forte putatis quia sursum pluit stellis. Omnia ista hic fiunt prope ad terram. Et aliquando sunt homines in cacuminibus montium, et nubes sub se vident, et fiunt plerumque pluviae: et apparent bene in-

provocados por la perturbación del aire, se declaran a los que atienden bien que tienen lugar aquí en esta parte baja del mundo. Por eso el diablo, que cayó con sus ángeles de la ordenación de los seres celestes, fue condenado a este lugar caliginoso, es decir, a este aire, como a cárcel, pues el apóstol San Pablo dice de él esto: *Conforme al príncipe de la potestad del aire, que ahora obra en los hijos de la incredulidad.* Y también San Pedro escribe: *Dios no perdonó a los ángeles que pecaron, sino que los recluyó en las cárceles caliginosas del infierno y los entregó a ser guardados para castigarlos en el juicio.* Denominó infierno a lo que es parte inferior del mundo. No ponderéis qué recibió el diablo, sino qué cosa perdió. Veis que todas estas cosas son mudables, confusas, terribles, corruptibles; sin embargo, ocupan un lugar, tienen su orden, concurren todas ellas, según su condición, a completar la hermosura del universo, y, por lo mismo, alaban a Dios. Luego, vuelto a ellas, como exhortándolas, mejor dicho, exhortándonos a nosotros para que con la consideración de ellas alabemos al Señor, pues de este modo alaban ellas a Dios, engendrando alabanza a Dios al considerarlas, comienza a decir el salmista: *Alabad al Señor desde la tierra, dragones y todos los abismos.* Los dragones se hallan junto al agua; proceden de las cavernas y se dirigen al aire y por ellos se excita el aire. Los dragones son ciertos animales grandes; los mayores que hay sobre la tierra. Por eso comienza a decir desde ellos *dragones y todos los abismos.* Existen cavernas de aguas ocultas de donde proceden las fuentes y los ríos; unas brotan

tentis omnia ista, quae perturbato aere concitantur, hic fieri in ista mundi parte infima. Propterea ad ista caliginosa, id est ad hunc aerem, tanquam ad carcerem, damnatus est diabolus, de apparatu superiorum Angelorum lapsus cum angelis suis: nam Apostolus hoc de illo dicit, *Secundum principem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae* (Eph 2,2). Et alius apostolus dicit, *Si enim Deus angelis peccantibus, non pepercit, sed carceribus caliginis inferni retrudens, tradidit iudicio puniendos servari* (2 Petr 2,4): infernum hoc appellans, quod inferior pars mundi sit. Noli enim cogitare quid accepit diabolus, sed quid perdidit. Omnia ergo ista videtis qualia sunt, mutabilia, turbata, terribilia, corruptibilia: tamen habent locum suum, habent ordinem suum, implent et ipsa universi pulchritudinem pro modo suo, et ideo laudant Dominum. Conversus ergo ad illa, tanquam exhortans et ipsa; imo exhortans nos, ut eorum consideratione laudemus Dominum (sic enim laudant Deum, cum considerata pariunt laudem Dei), coepit dicere, *Laudate Dominum de terra, dracones et omnes abyssi.* Dracones circa aquam versantur, de speluncis procedunt, feruntur in aera; concitatur propter eos aer: magna quaedam sunt animantia dracones, maiora non sunt super terram. Propterea inde coepit dicere, *Dracones et omnes abyssi.* Sunt autem speluncae aquarum latentium, unde fontes, unde flumina procedunt; et alia procedunt, ut fluant super terram, alia occulte

para correr sobre la tierra, otras corren ocultamente debajo de ella; pues bien, todo esto y toda esta naturaleza húmeda de las aguas, junto con el mar y este aire bajo, en donde viven los dragones y alaban a Dios, se llama abismo o abismos. Pero ¿qué? ¿Acaso pensamos que los dragones forman coros y alaban a Dios? No hay tal cosa. Sino que, pensando vosotros en los dragones y atendiendo a su Artífice, a su Creador, cuando os admiráis de los dragones y decís: "Grande es Dios, que hizo estos seres", los dragones, por medio de vuestras palabras, alaban a Dios. *Los dragones y todos los abismos.*

10 [v.8]. *El fuego, el granizo, la nieve, la helada, la tempestad, que ejecutan su palabra.* ¿Por qué se añadió aquí *que ejecutan su palabra?* Muchos necios, incapaces de contemplar y discernir la criatura, que, bajo la voluntad y mandato de Dios, ejecuta sus propios movimientos en sus propios lugares y estado, juzgaron que Dios gobierna los seres superiores, pero que desdeña, desecha, abandona a los inferiores, de suerte que no se preocupa de ellos ni los gobierna ni rige; sino que se rigen por el acaso, como pueden y por donde pueden. Por lo mismo, les inquieta lo que a sí mismos se dicen; pero que no te lo digan a ti, no sea que oyendo consientas cuando dicen estas cosas, que son blasfemias execrables hechas a Dios; por ejemplo: "Si Dios lloviese, ¿llovería sobre el mar? ¿En dónde está?—dicen—su providencia. En Getulia no llueve, y llueve sobre el mar." Estos creen que exponen con el mayor ingenio; pero ha de decírseles: "Getulia siente sed, y tú no la sientes." Bueno sería que

subter eunt: et totum hoc, atque omnis ista humida natura aquarum, simul cum mari et isto infimo aere, abyssus vel abyssi vocantur, ubi vivunt dracones et laudant Deum. Quid? putamus quia choros faciunt dracones, et laudant Deum? Absit. Sed vos considerantes dracones, attendite artificem draconum, creatorem draconum; et cum miramini dracones, et dicitis, Magnus Deus qui haec fecit, dracones laudant Deum de vocibus vestris: *Dracones et omnes abyssi.*

10 [v.8]. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, quae faciunt verbum eius.* Quare hic addidit, *quae faciunt verbum eius?* Multi stulti non valentes contemplari et discernere creaturam locis suis et ordine suo, sub nutu et iussu Dei agentem motus suos, visum est illis quia superiora omnia Deus gubernat, inferiora vero despicit, abiicit, deserit, ut nec curet ista, nec gubernet, nec regat; sed casibus regantur, quomodo posunt, qua possunt: et movent illos quae dicunt aliquando sibi (sed non dicant tibi, id est, ne audiendo consentias quando ista dicunt; blasphema enim sunt et exsecrabilia Deo), Si Deus plueret, numquid plueret in mare? Qualis, inquiunt, providentia? Getulia sitit, et mare compluitur. Acute sibi videntur tractare: quibus dicendum est hoc, Getulia vel sitit; tu, nec sitis. Bonum enim erat ut diceres Deo: *Anima mea velut terra sine aqua tibi* (Ps 142,6). Quod alio loco aperte dicitur: *Sitivit tibi anima mea, quam multipliciter tibi et caro mea* (Ps 62,2).

dijese a Dios: *Mi alma para ti como tierra sedienta,* lo que en otro lugar se dice clarísimamente: *Mi alma tiene sed de ti y mi carne (te desea) de muchas maneras;* y el Señor en el Evangelio dice también: *Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados.* Pero el que pone en tela de juicio estas cosas, ya se encuentra saciado, y, juzgándose docto, no quiere aprender, y, por lo mismo, no siente sed. Porque, si sintiese sed, querría aprender, y vería que por la providencia de Dios se hace todo en la tierra, y se admiraría de la ordenación de los miembros de la pulga. Atienda vuestra caridad. ¿Quién ordenó los miembros de la pulga y del mosquito en tal disposición, con vida y movimiento propio? Contempla al animal más pequeño y menudísimo que quieras, y considera la disposición de sus miembros y la vida que tiene, por la cual se mueve: por sí mismo huye de la muerte, ama la vida, anhela el placer, evita las molestias, ejercita diversas facultades y se vigoriza con un adecuado movimiento. ¿Quién dio el aguijón al mosquito, con el que chupa la sangre? ¡Qué trompa más fina es aquella por la que sorbe! ¿Quién ordenó, quién hizo estas cosas? Te admiras ante los seres pequeñísimos; alaba al Grande. Retened esto, hermanos míos; nadie os arranque la fe, la sana doctrina. El que hizo en el cielo al ángel, hizo en la tierra al gusanillo; al ángel en el cielo, apto para la morada celeste; al gusanillo en la tierra, para la morada terrestre. ¿Por ventura hizo al ángel andar en el cieno, y al gusanillo en el cielo? Distribuyó los habitantes en adecuadas moradas: dio incorrupción a las moradas incorruptibles, y seres corruptibles a las moradas corruptibles. Atiende a

Et Dominus in Evangelio: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur* (Mt 5,6). Iste enim iam saturatus est, qui talia disputat; quasi sibi doctus videtur, nec vult discere, ideo non sitit. Nam si sitiret, vellet discere; et inveniret quia totum Dei providentia fit in terra; et miraretur disposita etiam membra pulicis. Attendat Charitas vestra. Quis disposuit membra pulicis et culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum? Unam bestiolam brevem, minutissimam considera, quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, et animationem vitae qua movetur; ut pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, devitat molestias, exserit sensus diversos, viget in motu congruo sibi! Quis dedit aculeum culici, quo sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est qua sorbet! Quis disposuit ista? quis fecit ista? Expavescis in minimis; lauda magnum. Hoc itaque tenete, fratres mei; nemo vos de fide excutiat, et de sana doctrina. Qui fecit in caelo angelum, ipse fecit in terra vermiculum: sed angelum in caelo pro habitatione caelesti, vermiculum in terra pro habitatione, terrestri. Numquid angelum fecit repere in caeno, et vermiculum in caelo? Distribuit sedibus habitatores; incorruptionem incorruptis sedibus dedit, corruptibilia corruptibilibus locis. Totum attende, totum lauda. Qui ergo disposuit membra vermiculi, non gubernat nubes? Et quare in mare

todo, alaba a todo. El que ordenó los miembros de los gusanillos, ¿no gobierna las nubes? ¿Por qué llueve en el mar? ¿Acaso no hay en el mar seres que se alimentan de la lluvia? ¿No hizo allí peces, no hizo allí otros animales? Considerad que los peces van en busca de agua dulce. "¿Por qué—dice—llueve para los peces, y para mí no llueve algunas veces?" Para que pienses que estás en la región del desierto y en la peregrinación de la vida, y así te produzca amargura la vida presente para que anheles la futura, o para que seas castigado, y te corrijas y te reformes. ¿Cómo distribuye las cosas propias de cada región? Ved que hemos hablado de la provincia de Getulia; pues bien, aquí llueve y se da el trigo casi durante todo el año, aquí no puede conservarse el trigo, pronto se corrompe, pero se da durante todo el año; allí se da con menos frecuencia, pero en gran cantidad, y se conserva por mucho tiempo. ¿Piensas acaso que allí Dios no se preocupa de los hombres, o que allí, según su regocijo, no alaban y glorifican a Dios? Toma a un gétulo, establécele en esta amena arboleda, y verás que quiere huir de aquí y volver a la desierta Getulia. Luego Dios ordenó y distribuyó a todos los lugares, regiones y tiempos sus propias cosas. Prolijo es enumerar la gran sabiduría que contienen todas las cosas. ¿Quién podrá ponerla de manifiesto? Sin embargo, los que tienen ojos ven en ella muchas cosas, y cuando las ven se complacen; cuando se complacen alaban, no a ellas, sino a Aquel que hizo el cielo y la tierra; y así, todas las cosas alaban a Dios.

11. Considerando estas cosas, el espíritu del profeta, después de haber nombrado el fuego, el granizo, la nieve, la helada

pluit? Quasi non sint in mari, quae alantur pluvia; quasi non ibi fecit pisces, quasi non ibi fecit animalia. Attendite quomodo currunt pisces ad aquam dulcem. Et quare, inquit, pisci pluit, et mihi aliquando non pluit? Ut cogites te in regione esse deserti, et in peregrinatione vitae; et amarescat tibi vita praesens, ut futuram desideres; aut ut flagelleris, et corripiaris, et corrigaris. Quomodo autem distribuit propria regionum? Ecce, quia de Getulia locuti sumus, pluit hic prope omni anno, et omni anno dat frumentum: servari hic frumentum non potest, cito corrumpitur; quia omni anno datur: ibi, quia raro, et multum datur, et diu servatur. Sed forte putas quia ibi deserit Deus homines, aut non ibi secundum iucunditatem suam et laudant et glorificant Deum? Apprehende inde Getulum, pone inter istas arbores amoenas; fugere hinc vult, et redire ad nudam Getuliam. Omnibus ergo Deus locis, regionibus, temporibus, sua quaeque distribuit et ordinavit. Et longum est commemorare diligentiorem considerationem omnium rerum. Quis illam explicat? Tamen qui oculos habent, multa ibi vident: cum viderint, placent; cum placuerint, laudantur, non tanquam ipsa, sed ille qui fecit: ita omnia laudabunt Deum.

11. Haec considerans spiritus Prophetae, cum dixisset, *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis,* quae omnia turbata videntur quibusdam

y la tempestad, cosas que a ciertos necios les parecen desordenadas y como suscitadas por el acaso, añadió *que ejecutan su palabra.* No te parezca que se suscitan por el acaso las cosas que obedecen en todos sus movimientos a la palabra de Dios. En donde Dios quiere se producen las nubes y el fuego, ya lleven consigo lluvia, nieve o granizo. Pero ¿por qué hieren los rayos algunas veces los montes y no matan a los ladrones? Todo lo que puedo decir, explicando por qué Dios hiera a los montes y no mate al ladrón, según la capacidad de mi mente y en cuanto Dios me conceda, y los de mayor capacidad conocerán cosas más sublimes y entenderán más ampliamente, y ojalá os conceda Dios percibir más de lo que digo, pero con templanza y sin soberbia, puedo decir, según mi capacidad, que acontece porque quizá espera aún la conversión del pecador. Y, por lo tanto, hiere al monte que no teme a fin de que se cambie el hombre que teme, pues también tú alguna vez, cuando castigas, hieres la tierra para que se atemorice el niño. Otras veces hiere al hombre que quiere. Pero me dice: "Ve que hiere al inocente y deja libre al perverso." No te extrañes; la muerte, de cualquier parte que provenga, es buena para el piadoso. ¿Cómo sabes la pena que se reserva a aquel criminal en el secreto de Dios si no quisiere cambiar de vida? ¿No hubieran preferido ser abrasados por el rayo aquellos a quienes se les dirá al fin: *Id al fuego eterno?* Lo interesante es ser inocente. Pues ¿qué? ¿Es un mal morir en un naufragio, y un bien morir por la fiebre? Ya se muera por esta o la otra causa, investiga quién fue el que murió

stultis, et quasi casibus agitari, addidit, *Quae faciunt verbum eius.* Non tibi ergo videantur casibus moveri, quae verbo Dei in omni motu suo deserviunt. Quo vult Deus, illuc ignis, illuc fertur nubes, sive pluviam, sive nivem, sive grandinem portet. Et quare aliquando percutiunt montem fulmina, et non pecutiunt latronem? Quodcumque possum dicere pro captu mentis meae, quantum Deus donare dignatur: maiores maiora noverint, et amplius intelligant; et det vobis Deus plus sapere quam dico, tamen cum temperantia, sine superbia: possum ergo pro modulo meo dicere quare percutiant montem, et non percutiant latronem: quia forte adhuc latronis, conversionem quaerit; et ideo percutitur mons qui non timet, ut mutetur homo qui timet. Aliquando et tu, cum das disciplinam, terram feris, ut infans expavescat. Et aliquando ferit et quem vult hominem. Sed dicis mihi: Ecce ferit innocentiorem, et dimittit sceleratiorem. Noli mirari: undecumque mors pio bona est. Unde autem scis illi sceleratiori, si se mutare noluerit, quid poenarum in occulto servetur? Nonne mallent fulmine incendi, quibus in fine dicetur: *Ite in ignem aeternum?* (Mt 25,41). Opus est innocens sis. Quid enim? malum est mori naufragio, et bonum est mori febre? Sive inde, sive inde moriatur, quaere qualis sit qui moritur; quo post mortem iturus est, non unde de vita exiturus. Quacumque occasione, hinc exituri sumus, Quibus exitibus martyres exire meruerunt? numquid febribus, quomodo multi optant ut

y a dónde ha de ir después de la muerte, no por qué causa murió. Cualquiera que sea el motivo, hemos de morir. ¿Con qué clase de muerte merecieron morir los mártires? ¿Acaso con la muerte debida a la fiebre, conforme desean muchos morir? Unos murieron a golpe de espada, otros por el fuego, otros por las bestias. Las bestias devoraron los cuerpos de los mártires; ellos no temieron que pereciesen sus cuerpos. Dios, para quien están contados nuestros cabellos, devolverá de cualquier parte a la vida los cuerpos de sus santos. Cuando quiso libró del fuego a los tres jóvenes. Pero ¿acaso abandonó en el fuego a los Macabeos? A los primeros los libró claramente, a los segundos los coronó ocultamente. Dios sabe lo que hace. Tú teme y sé bueno. De donde El quiera sacarte del mundo, te encuentre preparado. Eres inquilino, no dueño de la casa. Se te arrendó la casa. Esta casa se te alquiló, no se te donó. Aunque no quieras, saldrás de ella, pues no la recibiste en arriendo con tal condición que fijases tú el tiempo. ¿Qué dijo tu Señor? Cuando quisiere El decir: "Emigra, estate preparado. Te echo de la hospedería, pero te doy la casa; en la tierra eres inquilino, en el cielo dueño."

12. Luego todo lo que acontece aquí contra nuestra voluntad, debéis saber que acontece por voluntad de Dios, por su providencia, por su disposición, por su querer, por su ordenación; y, si nosotros no entendemos por qué haga esto o aquello, lo atribuyamos a su providencia, que no hace nada sin causa, y no blasfememos. Pues cuando comenzáremos a discutir sobre las obras de Dios y a decir: "¿Por qué hace esto o aquello?; no debió obrar así; hizo esto mal", ¿en dónde está la alabanza de

10 [v.5-6]. *Y se regocijarán los santos en la gloria.* Os quiero decir algo. Oíd atentamente acerca de la gloria de los santos. Nadie hay que no ame la gloria. Pero la gloria de los necios, la que se llama popular o mundana, lleva consigo el atractivo del engaño; de suerte que, conmovido un individuo ante las alabanzas de los hombres vanos, quiere vivir de tal modo, que se hable de él de cualquier forma y por cualquier clase de hombres. De aquí que, hechos los hombres insensatos e inflados con la vanidad, vacíos dentro e hinchados fuera, se animan a perder sus bienes, dándoselos a los cómicos, a los comediantes, a los gladiadores, a los aurigas. ¡Cuántos bienes donan, cuántos bienes gastan! Derrochan sus haberes, no tanto los patrimoniales como los espirituales. Estos desprecian al pobre, porque el populacho no grita que reciba el pobre; sin embargo, el populacho grita que reciba el gladiador. Estos, pues, cuando no se grita por los pobres, no quieren dar; y, cuando se grita por los insensatos, se enloquecen, y de este modo se hacen todos insensatos: el gladiador, el espectador y el que da. El Señor vitupera esta gloria loca; se reprueba ante la presencia del Omnipotente. Con todo, hermanos míos, Cristo, aduciendo la semejanza de este hecho, de tal suerte reprocha a los suyos, que les dice: "No recibí de vosotros tanto cuanto recibieron los gladiadores, a pesar de que para recompensarles les disteis de lo mío; mas yo *estaba desnudo, y no me vestisteis."* Ellos le dirán: *¿Cuándo te vimos desnudo y no te vestimos?* Y El les contestará: *Cuando no hicisteis esto con mis pequeñuelos, no lo hicisteis conmigo.* Tú quieres vestir al que te agrada. ¿En quién te desagrada Cristo? ¿Quieres vestir al gladiador, por el que quizá, vencido, te avergüences? Cristo jamás es vencido; vence al diablo; y le vence por ti, para ti y en ti. ¿No quieres vestir a tal vencedor? ¿Por qué? Porque apenas se grita, apenas se vuelven locos por El. Por esto, los que se deleitan en tal gloria no tienen nada en su conciencia. Así como

tenti, tanto acutius sonant. Ut ergo acute sonaret Pauli apostoli psalterium, quid dixit? *Quae retro oblitus, in ea quae ante sunt extentus, sequor ad palmam supernae vocationis* (Phil 3,13-14). Extendit se ipse; tetigit Christus, et sonavit dulcedo veritatis. *In tympano et psalterio psallant ei.*

9 [v.4]. *Quoniam benefecit Dominus in populo suo.* Quid tam beneficum, quam mori pro impiis? quid tam beneficum, quam sanguine iusto delere chirographum peccatoris? quid tam beneficum, quam dicere: Non ad me pertinet quod fuistis; estote quod non fuistis? *Benefecit Dominus in populo suo,* dimittendo peccata, promittendo vitam aeternam. Benefacit aversum convertere, pugnantem adiuvare, vincentem coronare: *Benefecit Dominus in populo suo. Et exaltabit mansuetos in salute.* Exaltantur enim et superbi, sed non in salute. Mansueti in salute, superbi in morte: id est, superbi ipsi se exaltant, et Dominus eos humiliat; mansueti autem ipsi se humiliant, et Deus eos exaltat. *Et exaltabit mansuetos in salute.*

10 [v.5.6]. *Exsultabunt sancti in gloria.* Aliquid volo dicere; audite attentius de gloria sanctorum. Nemo est enim qui non amet gloriam. Sed gloria stultorum, popularis illa quae dicitur, habet illecebram deceptionis, ut ad laudes vanorum hominum quisque commotus, velit sic vivere, ut praedicetur ab hominibus quibuscumque, quomodocumque. Hinc homines insani effecti, et inflati typho, inanes intus, foris tumidi, etiam res suas perdere volunt, donando scenicis, histrionibus, venatoribus, aurigis. Quanta donant! quanta impendunt! Effundunt vires, non patrimonii tantum, sed etiam animi sui. Isti fastidiunt pauperem, quia non clamat populus, ut pauper accipiat; clamat autem populus, ut venator accipiat. Illi ergo ubi eis non clamatur, nolunt erogare: ubi clamatur ab insanis, insaniunt; et fiunt omnes insani, et qui spectatur, et qui spectat, et qui donat. Insana ista gloria reprehenditur a Domino, improbatur ante oculos Omnipotentis. Et tamen, fratres mei, Christus sic improperat suis, et dicit: Non a vobis accepi tantum, quantum acceperunt venatores; et illis ut donaretis, de meo donastis: ego autem *nudus eram, et non vestistis me.* Et illi: *Et quando te vidimus nudum, et non vestimus te?* Et ille: *Cum uni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis* (Mt 25,43-45). Sed eum vis vestire, qui tibi placet: in quo tibi Christus displicet? Vestire vis venatorem, quo forte victo erubescas: Christus nunquam vincitur; et diabolum vicit, et pro te vicit, et tibi vicit, et in te vicit. Talem victorem vestire non vis. Quare? Quia minus clamatur, quia minus insanitur. Propterea isti qui tali gloria delectantur, in conscientia sua nihil habent. Quomodo exhauriunt arcas, ut vestes

dejan vacías las arcas para entregar los vestidos, así dejan exhausta la conciencia, de suerte que en ella no hay nada que valga.

11. No es necesario que diga cómo se regocijen los santos que se regocijan en la gloria. Oíd el versillo siguiente del salmo: *Se regocijarán los santos en la gloria; se alegrarán en sus moradas.* No en los teatros o anfiteatros, no en los circos, en las frivolidades, en el foro, sino *en sus moradas.* ¿Qué significa *en sus moradas?* En sus corazones. Oye al apóstol San Pablo regocijarse en su morada: *Nuestra gloria consiste en el testimonio de nuestra conciencia.* Por otra parte, ha de temerse que alguno se complazca en sí mismo, y, como envanecido de su conciencia, se gloríe. Por eso cada uno debe regocijarse con temor, puesto que se debe al don de Dios, no a su merecimiento, regocijarse. Efectivamente hay muchos que se agradan a sí mismos y que se tienen por justos. A éstos les sale al encuentro otro pasaje de la Escritura, diciendo: *¿Quién se gloriará de tener puro el corazón o quién se gloriará de estar limpio de pecado?* Existe cierta norma para gloriarse de la conciencia. Consiste en que conozcas que tu fe es sincera; tu esperanza, cierta, y tu caridad, sin ficción. Pero, como todavía hay muchas cosas que quizá pueden ofender a los ojos de Dios, alaba a Dios, que te dio estas cosas, y entonces perfeccionarás lo que te dio. Por eso, después de haber dicho: *Se regocijarán en sus moradas,* para que no pensasen algunos que se agradaban a sí mismos, añadió a seguida: *Los regocijos de Dios (están) en su boca.* De tal modo se regocijan en sus moradas, que no se atribuyen a sí el ser buenos, sino que

mittant; sic exinaniunt ipsam conscientiam, ut nihil ibi habeant pretiosum.

11. Sancti autem qui exsultant in gloria, quomodo exsultent, non opus est ut nos dicamus; ipsius Psalmi audite sequentem versum: *Exsultabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubilibus suis.* Non in theatris, non in amphitheatris, non in circis, non in nugis, non in foris; sed, *in cubilibus suis.* Quid est, *in cubilibus suis?* In cordibus suis. Audi apostolum Paulum exsultantem in cubili suo: *Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae* (2 Cor 1,12). Rursum timendum est ne quisque apud seipsum fiat sibi placens, et quasi superbus de conscientia sua glorietur. Debet enim quisque cum tremore exsultare (Ps 2,11); quia donum Dei est unde exsultat, non meritum suum. Etenim sunt multi sibi placentes, et iustos se esse arbitrantes; et procedit adversus illos alia pagina dicens: *Quis gloriabitur castum se habere cor; aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?* (Prov 20,9). Est ergo quidam modus in conscientia gloriandi, ut noveris fidem tuam esse sinceram, noveris esse spem tuam certam, noveris charitatem tuam esse sine simulatione. Sed quoniam multa sunt adhuc forte quae possunt offendere oculos Dei, lauda Deum qui tibi ista donavit; tunc perficiet quod donavit. Propterea cum dixisset, *Laetabuntur in cubilibus suis;* ne quasi sibi placentes viderentur, adiunxit statim, *Exsultationes Dei*

alaban a Aquel de quien recibieron lo que son; a Aquel por quien son llamados para que consigan lo que todavía no son y de quien esperan la perfección, al cual dan gracias porque incoó (esta perfección). *Los regocijos de Dios (están) en su boca.* Ved ya, pues, a los santos; ved su gloria por todo el mundo; ved, en fin, que *los regocijos de Dios están en su boca.*

12. *Y espada de dos filos en sus manos.* Se llama espada de dos filos a lo que el vulgo llama estoque. Hay espadas de un solo filo; éstas son los sables. Pero la espada de dos filos es también la lanza, es el estoque. Esta clase de armas que por ambas partes tienen filo encierran un gran misterio. Esta *espada de dos filos se halla en sus manos.* La palabra del Señor es espada de dos filos. Es una sola espada, pero al mismo tiempo son muchas espadas, porque muchas son las bocas y las lenguas de los santos. La palabra de Dios, dice San Pablo, es espada de dos filos. ¿Cómo es espada de dos filos? Porque habla de cosas temporales y de eternas, y en ambos casos prueba lo que dice; y al que hiere le aparta del mundo. ¿Por ventura es esta espada de la que el Señor dice: *No vine a traer paz, sino espada?* Ve cómo vino a apartar, a separar. Aparta a los santos, aparta a los impíos, aleja de ti lo que te embaraza. El hijo quiere servir a Dios, no quiere el padre: vino la espada, vino la palabra de Dios, y separó al hijo del padre. La hija anhela amar a Dios, la madre no quiere: la espada separa a las dos. La nuera quiere servir a Dios, la suegra no quiere. En fin, se acerque la espada de dos filos y ofrezca la promesa de la vida presente y futura, el consuelo de

in faucibus eorum. Sic laetabuntur in cubilibus suis, ut non sibi tribuant quod boni sunt, sed illum laudent a quo acceperunt quod sunt, a quo vocantur ut perveniant ad id quod nondum sunt, et a quo sperant perfectionem; cui gratias agunt, quia inchoavit: *Exsultationes Dei in faucibus eorum.* Iam videte sanctos, videte gloriam eorum, videte per universum mundum, videte quod *exsultationes Dei* sint *in faucibus eorum.*

12. *Et frameae bis acutae in manibus eorum.* Framea appellatur, quam vulgo spatham dicunt. Sunt enim gladii ex una parte acuti, ipsae sunt machaereae. Ipsae autem frameae, ipsae et romphaeae, ipsae etiam spathae appellantur. Magnum mysterium habet hoc genus ferramenti, quod ex utraque parte acutum est. Ipsae *frameae* sunt *bis acutae in manibus eorum.* Frameas bis acutas intelligimus sermonem Domini: et una framea est; sed ideo multae dicuntur, quia multa ora sunt, et multae linguae sanctorum. Sermo ergo Dei, gladius bis acutus (Hebr 4,12). Unde bis acutus? Dicit de temporalibus, dicit de aeternis. In utroque probat quod dicit, et eum quem ferit, separat a mundo. Nonne ipse est gladius, de quo Dominus dicit: *Non veni pacem mittere in terram sed gladium?* (Mt 10,34). Attende quomodo venit disiungere, quomo venit separare. Disiungit sanctos, disiungit impios, separat a te o te impedit. Filius vult servire Deo, pater non vult: venit gladius, sermo Dei; dividit filium a patre. Filia vult, mater non vult;

las cosas temporales, y el gozo de las eternas: aquí tenéis la espada de dos filos prometiendo lo temporal y lo eterno. ¿En qué nos engañó? ¿Por ventura no se halla la Iglesia de Dios extendida por todo el mundo? Ved que así es. Antes se leía y no se veía; ahora, como se lee, se ve. Todo lo temporal que se nos prometió pertenece a un filo de la espada, y todo lo eterno al otro. Tienes, pues, la esperanza de las cosas futuras y el consuelo de las presentes; no te dejes seducir por aquel que quiere apartarte. Ya sea el padre, la madre, la suegra, la esposa y o el amigo el que desee apartarte, tú no te apartes, y te servirá de provecho la espada de dos filos. Ella te separa útilmente; tú te unes malamente. Luego el Señor vino trayendo la espada de dos filos: prometiendo las cosas eternas y cumpliendo las temporales. Por eso también hay dos Testamentos. ¿Qué simboliza también *la espada de dos filos en sus manos?* Los dos Testamentos. A ellos pertenece la espada de dos filos. El Viejo promete las cosas terrenas, y el Nuevo las eternas. En ambos la palabra de Dios se mostró veraz, como espada de dos filos. ¿Por qué *en las manos* y no en las lenguas, pues dice: *y espada de dos filos en sus manos?* Dijo *en las manos* como si hubiera dicho *en poder.* Luego recibieron la palabra de Dios en poderío para que en donde quisieran y a quienes quisieran hablasen sin temer a las potestades humanas, sin despreciar al desvalido. En sus manos, pues, tenían la espada con la cual preparaban, agitaban, conducían y herían, pues todo esto estaba en poder de los predicadores. Si no hubiera estado la palabra en su poder, ¿no diría quizá alguno:

dividuntur ab invicem. Nurus vult, socrus non vult; veniat gladius bis acutus, afferat promissionem vitae praesentis et futurae, consolationem temporalium, aeternorum perfruitionem. Ecce gladius ex utraque parte acutus, promittens temporalia et aeterna. In quo nos fefellit? Nonne Ecclesia Dei per totum mundum non erat? Ecce est. Antea legebatur, et non videbatur: modo sicut legitur, ita cernitur. Quidquid temporaliter nobis promissum est, ad unam partem gladii pertinet: quidquid in sempiternum, ad alteram partem gladii pertinet. Habes spem futurarum rerum, habes consolationem praesentium; noli retrahi ab eo qui vult retrahere: pater, mater, soror, uxor sit, amicus sit, non te retrahat; et utilis tibi erit gladius bis acutus. Utiliter te ille separat, male te tu conglutinas. Venit ergo Dominus noster ferens gladium bis acutum, promittens aeterna, implens temporalia. Nam ideo et duo Testamenta dicuntur. Quae erant ergo *frameae bis acutae in manibus eorum?* Duo Testamenta ad gladium bis acutum pertinent: Vetus Testamentum terrena promittit, Novum aeterna. In utroque sermo Dei verax inventus est, ut gladius bis acutus. Quare ergo in manibus, et non in linguis? *Et frameae bis acutae,* inquit, *in manibus eorum. In manibus* dixit, in potestate. Acceperunt ergo sermonem Dei in potestate, ut ubi vellent dicerent, cui vellent dicerent; non timerent potestatem, non contemnerent paupertatem. In manibus enim habebant gladium, qua volebant, vibrabant, versabant, percutiebant: et hoc totum erat in potestate praedi-

"Cómo la palabra es espada de dos filos y cómo se halla en la mano"? Si no hubiera estado la palabra en las manos, ¿por qué se escribió: *Se hizo palabra del Señor en las manos de Ageo profeta?* ¿Por ventura, hermanos míos, colocó Dios su palabra *en las manos* de Ageo? ¿Qué significa *hizo palabra en sus manos?* Que se le dio poder de predicar la palabra del Señor. En fin, también podemos entender estas manos de otro modo; a saber: los que hablaron tuvieron en la lengua la palabra del Señor, y los que escribieron la tuvieron en las manos. *Y la espada de dos filos (se halla) en sus manos.*

13 [v.7]. Ya veis, hermanos, armados a los santos; ved la carnicería, ved las gloriosas batallas. Si hay emperador, hay también soldados; si hay soldados, también hay enemigos; y, si hay guerra, hay también victoria. ¿Por qué pelean estos que tienen en sus manos espadas de dos filos? *Para vengar a las naciones.* Ved si no se hizo venganza en las naciones. Todos los días tiene lugar esto; esto hago yo también hablando. Ved cómo son destruidas las gentes de Babilonia y se le da el duplo, pues así se escribió de esta Babilonia: *Y se le dio el duplo, conforme a sus obras.* ¿Cómo se le da el duplo? Pelean los santos, manejan sus espadas de dos filos, y llevan a cabo la ruina, la muerte, la separación. ¿Cómo se le dio? Ella perseguía a los cristianos, mataba la carne, pero no abatía a Dios. Ahora ellos le devuelven el duplo, puesto que dan muerte a los paganos y quiebran los ídolos. "¿Cómo—dirás—mueren los paganos?" Haciéndose cristianos. Busco al pagano y no le encuentro; ya es cristiano. Luego

cantium. Nam si non est in manibus sermo: ne forte aliquis dicat, Quomodo sermo est gladius bis acutus, et quomodo in manibus? si ergo sermo non est in manibus, quare scriptum est, *Factus est sermo Domini in manu Aggaei prophetae?* (Agg 1,1). Numquid, fratres, sermonem suum Deus in digitis ipsius fecit? Quid est, *in manu* ipsius *factus est?* In potestate illi datum est praedicare sermonem Domini. Postremo possumus etiam has manus aliter intelligere. Nam qui locuti sunt, in lingua habuerunt sermonem Dei; qui scripserunt, in manibus: *Et frameae bis acutae in manibus eorum.*

13 [v.7]. Iam, fratres, videtis sanctos armatos; attendite strages, attendite gloriosa praelia. Si enim imperator, et miles; si miles, et hostis; si bellum, et victoria. Quid fecerunt isti habentes in manibus frameas bis acutas? *Ad faciendam vindictam in gentibus.* Videte si non est vindicta facta in gentibus. Quotidie ipsa fit; hoc agimus et nos loquendo. Attendite quomodo caesae sunt gentes Babyloniae. Illi redditur duplum: sic enim de illa scriptum est, *Reddite illi duplum, ad quod fecit* (Apoc 18,6). Quomodo redditur duplum? Bellant sancti, educunt frameas bis acutas; fiunt strages, fiunt occisiones, separationes: quomodo illi duplum redditur? Illa quando poterat persequi Christianos, carnem occidebat, Deum non confringebat: modo illi duplum redditur; et Pagani exstinguuntur, et idola franguntur. Quomodo, inquies, Pagani occiduntur? Quomodo, nisi cum Christiani fiunt? Quaero paganum, non invenio;

murió el pagano. Si no se matasen, ¿cómo es que dijo a San Pedro: *Mata y come?* De aquí que Saulo fue matado en cuanto a perseguidor y fue levantado predicador. Busco a Saulo perseguidor y no le encuentro; fue matado. ¿Cómo? Con la espada de dos filos. Pero como fue matado en sí, en cuanto a lo que era, y fue vivificado en Cristo, por eso, lleno de confianza, dice: *Vivo, pero ya no yo, sino que Cristo vive en mí.* Como a él le aconteció, así se obrará por él. En efecto, al ser hecho predicador, recibió también en sus manos la espada de dos filos *para ejecutar venganza en las naciones.* Mas para que no pienses que los hombres fueron heridos por la espada, de tal modo que derramaron sangre y recibieron heridas en la carne, prosigue el salmista y dice: *Reprensiones en los pueblos.* ¿Qué es reprensión? Corrección. Blandid la espada de dos filos, no cejéis; Dios os la entregó según vuestra capacidad. ¿Qué hombre eres que adoras los ídolos? Di a tu amigo, si aún queda alguno a quien le digas: "¿Qué hombre eres que abandonaste a Aquel por quien fuiste creado y adoras lo que tú hiciste? Mejor es el artífice que lo que fabrica el artífice." Te avergüenzas de adorar al artífice, ¿y no te avergüenzas de adorar a lo que hizo el artífice? Cuando comience a ruborizarse, cuando comience a compungirse, entonces heriste con la espada; llegó al corazón, y morirá para vivir. *La espada de dos filos en sus manos, para vengar a las naciones y reprender a los pueblos.*

14 [v.8]. *Para aprisionar a sus reyes con grillos, y a sus nobles con esposas de hierro. A fin de que ejecuten con ellos el juicio decretado.* Con facilidad expuse cómo con la espada de dos filos caen para levantarse, son separados para ser congregados, son heridos para sanar y se les da muerte para vivir. Pero ¿qué haré? ¿Cómo expondré: *Para aprisionar a sus reyes con grillos?* Los reyes de las gentes han de ser aprisionados con cadenas, *y sus nobles con esposas,* y además *de hierro.* Atended a fin de que entendáis lo que sabéis. Estos versillos que comencé a exponer son oscuros, pero lo que he de decir acerca de ellos no es cosa nueva; ya lo sabéis. Ahora no necesitáis aprender, sino solamente recordar. El Señor quiso presentar ciertos versillos oscuros, no con el fin de sacar algo nuevo de ellos, sino de innovar con una exposición oscura lo que ya era conocido. Sabemos que los reyes y los nobles gentiles se hicieron cristianos. Lo son hoy, lo fueron y lo serán, pues no decae la espada de dos filos de la mano de los santos. Pero ¿cómo entendemos que se hallan atados con grillos y esposas de hierro? Sabe vuestra caridad y erudición, puesto que habéis sido alimentados en la Iglesia y acostumbráis a oír la lección divina, que *Dios escogió lo flaco del mundo para confundir lo fuerte; y lo necio del mundo, para avergonzar a los sabios; y lo que no es, como si fuese, para destruir lo que es.* Pues así dice el Apóstol: *Ved, hermanos, vuestra vocación o llamamiento; no sois muchos sabios según la carne, ni muchos poderosos, ni muchos nobles; antes bien, Dios eligió lo necio y lo débil del mundo para confundir lo fuerte; y escogió también lo innoble y despreciable y lo que no es, como si fuese, para destruir lo que es.* Vino Cristo Dios para aprovechar a to-

christianus est: ergo mortuus est paganus. Nam si non occiduntur, unde dictum est Petro: *Macta et manduca?* (Act 10,13). Unde ipse Saulus occisus est persecutor, et Paulus erectus est praedicator? Quaero Saulum persecutorem, et non invenio; occisus est. Unde? De framea bis acuta. Sed quia occisus est in se, et vivificatus est in Christo, ideo confidens dicit: *Vivo autem iam non ego; vivit autem in me Christus* (Gal 2,20). Quomodo illi fit, sic per illum. Etenim cum factus esset praedicator, accepit et ipse in manibus frameam bis acutam, *ad faciendam vindictam in gentibus.* Et ne vere tu putares homines ferro percuti, sanguinem fundi, vulnera in carne fieri, sequitur, et exponit: *Obiurgationes in populis.* Obiurgatio quae est? Correptio. Procedat ex vobis framea bis acuta, nolite cessare; dedit illam vobis Deus pro modulo vestro. Qualis homo es, qui idola colis? Dic amico tuo, si tamen remansit cui dicas: Qualis homo es, qui dimisisti eum a quo factus es, et adoras quod fecisti? Melior est faber, quam quod fabricat faber. Si fabrum adorare erubescis, quod faber fecit, non erubescis? Cum coeperit erubescere, cum coeperit compungi, fecisti vulnus de framea; pervenit ad cor, moriturus est ut vivat: *Frameae bis acutae in manibus eorum, ad faciendam vindictam in gentibus, obiurgationes in populis.*

14 [v.3]. *Ut alligent reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in vinculis ferreis. Ut faciant in eis iudicium conscriptum.* Facile exposuimus quomodo de frameis cadant ut exsurgant, separentur ut congregentur, vulnerentur ut sanentur, moriantur ut vivant: sed quid faciemus? quomodo exponemus, *Ad alligandos reges eorum in compedibus?* Reges gentium alligandi in compedibus; *et nobiles eorum in vinculis,* addidit *ferris.* Adestote, ut agnoscatis quod nostis. Isti enim versus quos coepimus exponere, obscuri sunt; sed illud quod ex illis dicturus sum, non est novum. Iam notum est vobis; modo non discere opus habetis, sed commemorari. Ad hoc autem voluit Deus obscure ponere quosdam versus suos, non ut aliquid novum de illis eruatur; sed ut quod iam usitatum erat, obscuris expositis innovetur. Novimus reges factos christianos, novimus nobiles gentium factos christianos. Sunt hodieque, et fuerunt, et erunt; et non cessant frameae bis acutae in manibus sanctorum. Quomodo ergo ligatos compedibus et vinculis ferreis intelligimus? Scit Charitas vestra et eruditio (quia in Ecclesia nutriti estis, et soletis audire divinas lectiones), quoniam *infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia; et stulta mundi elegit Deus, ad confundendos sapientes; et ea quae non sunt tanquam ea quae sunt, ut quae sunt evacuentur.* Sic enim ait Apostolus: *Videre enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed stulta mundi elegit Deus, et infirma mundi, ut confunderet fortia; et ignobilia et contemptibilia elegit Deus, et ea quae non sunt tanquam ea*

dos, pero eligió al Pescador para aprovechar al emperador, no al emperador para ser útil al Pescador; y así eligió a lo que se tenía por nada en el mundo. Y a éstos llenó de su Espíritu, les dio la espada de dos filos, les mandó predicar el Evangelio e ir por todo el mundo. Bramó el mundo, se enfrentó el león con el cordero, y se vio que fue más fuerte el cordero que el león. El león fue vencido ensañándose, y el cordero venció padeciendo; se convirtieron los corazones de los hombres al temor de Cristo, y comenzaron a conmoverse los reyes y nobles por los milagros, a turbarse por el cumplimiento de las profecías, al ver al género humano acudir en tropel hacia un solo nombre. ¿Y qué hicieron? Muchos eligieron la bajeza o humildad, y, abandonando sus casas y distribuyendo sus haciendas a los pobres, se encaminaron a la perfección. Pues a un cierto imperfecto le dijo el Señor: *Si quieres ser perfecto, vete, vende lo que tienes y dalo a los pobres; y ven y sígueme, y tendrás un tesoro en los cielos.* Muchos nobles hicieron esto; pero, por lo mismo, dejaron de ser nobles entre las gentes, pues eligieron la pobreza en el mundo y la nobleza en Cristo. Por el contrario, otros muchos retienen la nobleza, el poder regio, y, con todo, así son cristianos. Estos son los que se encuentran como atados con grillos y amarrados con esposas de hierro. ¿Y para qué esto? Para que, habiendo recibido los grillos de la sabiduría, los grillos de la palabra de Dios, no se encaminen a lo ilícito.

15. ¿Y por qué son amarrados con cadenas de hierro y no de oro? Son de hierro cuando temen; amen y serán de oro.

quae sunt, ut ea quae sunt evacuentur (1 Cor 1,26-28). Venit Deus Christus prodesse omnibus: sed elegit prodesse imperatori de piscatore, non piscatori de imperatore; et elegit ea quae nullius momenti erant in mundo. Ipsos implevit Spiritu suo, dedit eis frameas bis acutas, praedicare praecepit Evangelium, et ire per totum orbem terrarum (Mt 28,19). Fremuit mundus, erexit se leo adversus agnum: sed fortior leone inventus est agnus. Leo victus est saeviendo, agnus vicit patiendo. Conversa sunt corda hominum ad timorem Christi; coeperunt reges, coeperunt nobiles miraculis commoveri, prophetiae adimpletione turbari, videre in unum nomen concurrere genus humanum. Et quid facerent? Multi elegerunt ignobilitatem, et dimittentes domos suas, substantias suas distribuentes pauperibus, cucurrerunt ad perfectionem. Tali enim imperfecto dicitur a Domino: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus; et veni, sequere me, et habebis thesaurum in caelis* (ib. 19,21). Multi ex nobilibus fecerunt hoc: sed cessaverunt isti nobiles esse gentium; elegerunt paupertatem in saeculo, nobilitatem in Christo. Multi autem tenent ipsam nobilitatem, tenent regias potestates, et sic sunt christiani. Ipsi sunt tanquam in compedibus, et tanquam in vinculis ferreis. Unde hoc? Ne progrederentur ad illicita, compedes acceperunt; compedes sapientiae, compedes verbi Dei.

15. Quare ergo vincula ferrea, et non vincula aurea? Ferrea sunt quamdiu timent; ament, et aurea erunt. Attendat Charitas vestra quid

Atienda vuestra caridad a lo que digo. Oísteis ha poco decir al apóstol San Juan: *No hay temor en el amor, porque la caridad perfecta arroja fuera el temor, puesto que el temor tiene su castigo.* Este temor es la cadena de hierro; y, sin embargo, a no ser que el hombre comience a reverenciar a Dios por el temor, no llegará al amor. Pues el comienzo de la sabiduría es el temor de Dios. Luego empieza con las cadenas de hierro y termina con el collar de oro. De la sabiduría se dijo que *es collar de oro alrededor de tu cerviz.* No te pongas collar de oro a no ser que primeramente te hubieses amarrado con grillos de hierro. Comenzaste por el temor, acabarás en la sabiduría. ¡Cuántos hay que no quieren obrar mal porque temen las llamas del infierno, porque temen los tormentos! Aún no aman la justicia. Puesto que, si se les prometiese la impunidad y se les dijese: "Haced lo que queráis seguros, pues no se os castigará", darían rienda suelta a su sensualidad en cualquier iniquidad; y principalmente, hermanos míos, los reyes y los nobles, a quienes no se les dice fácilmente: "¿Qué hicisteis?" El hombre desvalido, aunque no tema a Dios, puesto que se halla desprovisto de poder, de influencia y de haberes, cuando comienza a ser turbado, para no verse arrastrado al suplicio, deja de obrar el mal por el temor del hombre, aunque no por el de Dios. Mas los poderosos del mundo, los reyes y los nobles, si no temen a Dios, ¿a quién han de temer? Pero se les predica, y son heridos con la espada de dos filos. Se les dice que hay un ser que pondrá a unos a la derecha y a otros a la izquierda, diciendo a los que estén a la izquierda:

loquar. Audistis modo apostolum Ioannem: *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor tormentum habet* (1 Io 4,18). Hoc est vinculum ferreum. Et tamen nisi timore incipiat homo Deum colere, non perveniet ad amorem. Initium sapientiae timor Domini (Ps 110,10). Incipit ergo a vinculis ferreis, finitur ad torquem aureum. Dictum est enim de Sapientia, *Et torquem aureum circa tuam cervicem* (Eccli 6,25). Non tibi imponeret torquem aureum, nisi primo in compedibus ferreis te alligasset. Coepisti a timore, consummaris ad sapientiam. Quam multi sunt qui propterea nolunt male facere, quia gehennas timent, quia cruciatus timent? Nondum amant iustitiam. Si illis promitteretur impunitas, et diceretur eis, Facite quod vultis securi, impunitum vobis erit; emitterent progressus libidinum suarum in quaeque nequissima: et maxime, fratres mei, maxime reges et nobiles, quibus non facile dicitur, Quid fecisti? Nam pauper homo, etsi non timeat Deum; quia nullarum virium est, nullarum facultatum; ne cum se commoverit, in supplicium rapiatur, cessat timore hominis, etsi non Dei. Potentes autem mundi, reges, nobiles, nisi Deum timeant, quid timebunt? Sed praedicatur illis, et percutiuntur framea bis acuta. Dicitur illis quia est qui ponat alios ad dexteram, alios ad sinistram; ut dicat eis qui a sinistris sunt: *Ite in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius* (Mt 25,33.41). Nondum diligunt iustitiam, sed timent poenam; et

Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles. Aún no aman la justicia, pero temen ya el castigo, y, al temer el castigo, ya tomaron los grillos y son adoctrinados en las cadenas de hierro. Se me acerca un hombre poderoso del mundo, le desagrada su esposa, o quizá deseó la belleza de otra, o apeteció a otra más rica, y, por lo mismo, quiere abandonar a la que tiene; pero, con todo, no lo hace. Oye al siervo de Dios, oye al profeta, oye al apóstol, y no pone por obra su pensamiento; oye decir a aquel en cuyas manos se encuentra la espada de dos filos: "No obres; no te es lícito esto; Dios no te permite repudiar a tu esposa a no ser por haber fornicado"; oye esto, teme y no lo hace. El pie vacilante ya avanzaba hacia la ruina, pero fue contenido por los grillos; soporta cadenas de hierro y teme a Dios. Se le dice: "Si lo ejecutas, Dios te condenará; el juez está sobre todo; oye el gemido de tu mujer, ya que, si lo llevas a cabo, serás tenido por reo delante de él." Te halaga la concupiscencia, te aterra la pena. Te encaminabas derecho al consentimiento del depravado deseo si no te hubieran detenido las cadenas de hierro. Hay más todavía; si alguno dice: "Quiero contenerme; no quiero ya el uso de la mujer", no puedes hacerlo. Pues ¿qué acontece si tú quieres y ella no quiere? ¿Acaso por tu continencia debe ella hacerse deshonesta, ya que, si se une a otro varón viviendo tú, será adúltera? Dios no quiere recompensar tal daño con esta ganancia. Da el débito; y, si tú no lo exiges, dalo. Dios te computará por santificación perfecta si no exiges lo que te debe la esposa, pero da lo que a ella

timendo poenam, iam acceperunt compedes, et in vinculis ferreis erudiuntur. Venit ad nos homo de saeculo potens; offendit illum uxor sua, aut forte concupivit alterius pulchriorem, aut alteram ditiorem: vult dimittere eam quam habet, et non facit. Audit a servo Dei, audit a propheta, audit ab apostolo, et non facit; audit ab eo in cuius manibus est framea bis acuta, Non facies, non licet tibi, non permittit Deus dimittere uxorem, excepta causa fornicationis (ib. 5,32): audit hoc, timet, et non facit. Pedes leves iam progrediebantur in lapsum, compedibus tenentur; habet vincula ferrea, timet Deum. Dicitur illi: Damnabit te Deus, si feceris; iudex est supra omnes, audit gemitum uxoris tuae, reus teneberis in conspectu eius. Hac concupiscentia blanditur, hac poena deterret. Ibat ad consentiendum pravae cupiditati, nisi vincula ferrea retinerent. Quod plus est, si dicat, Continere iam volo, nolo iam uxorem: Non potes. Quid, si tu vis, et illa non vult? numquid per continentiam tuam debet illa fieri fornicaria? Si alii nupserit te vivo, adultera erit. Non vult tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum; etsi non exigis, redde. Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod debet exigis, sed reddis quod debetur uxori. Times, non facis; concutiuntur vincula tua. Audi quia vinculis ferreis constrictus es: *Alligatus es uxori? Ne quaesieris solutionem* (1 Cor 7,

se le debe. Temes, pero no lo haces: se rompieron tus cadenas. Oye cómo estás sujetado con cadenas de hierro: *¿Estás atado a mujer? No busques desatadura.* Es duro, es férreo. Cuando el Señor dijo esto: *Lo que Dios unió, no lo separe el hombre,* demostró que la atadura es de hierro. Por tanto, oíd, adolescentes: éstas son ataduras de hierro; no metáis los pies en ellas, pues al meterlos os encadenáis más fuertemente que con grillos. Tales grillos se os refuerzan por la mano del obispo. Pero ¿acaso los engrillados no se dirigen a la Iglesia y son soltados en ella? Ciertamente que vienen aquí los hombres queriendo desligarse de sus esposas; pero en esto se hallan ligados de manera irrompible. Nadie suelta estas cadenas. *Lo que Dios unió, no lo separe el hombre.* Entonces estas cadenas son duras. ¿Quién lo ignora? De esta dureza se quejaron los apóstoles, y dijeron: *Si así es el asunto del hombre con la mujer, no conviene casarse.* Si son cadenas de hierro, no conviene meter los pies en ellas. Pero el Señor les dice: *No todos comprenden estas palabras; quien puede entenderlas, que las entienda. ¿Estás atado a mujer? No busques desatadura,* porque estás amarrado con cadenas de hierro. *¿Estás libre de mujer? No busques mujer.* No te amarres con cadenas de hierro.

16 [v.9]. *A fin de que ejecuten con ellos el juicio decretado.* Este es el juicio que hacen los santos por todas las naciones. ¿Por qué (está) *decretado?* Porque anteriormente fueron escritas todas estas cosas y ahora se cumplen. Ved que ahora se ponen en práctica; en otro tiempo se leían, pero no se llevaban a cabo. *Esta es*—así concluye el salmo—*gloria de todos sus santos.* Por todo el mundo, por todas las naciones, ejecutan esto los santos;

39.3.27). Durum est, ferreum est. Nam quando Dominus hoc ait, ostendit quia vinculum est ferreum: (adolescentes audite: vincula ferrea sunt, nolite pedes mittere; cum miseritis, arctius constringemini compedibus. Tales compedes consolidant vobis et episcopi manus. Numquid non fugiunt in Ecclesiam compediti, et solvuntur hic? Viri fugiunt huc volentes dimittere uxores suas; hic arctius colligantur: nemo solvit has compedes). *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Sed dura sunt vincula. Quis nesciat? Ipsam duritiam doluerunt Apostoli, et dixerunt: *Si talis est causa cum uxore, non expedit nubere.* Si vincula ferrea sunt, non opus est ut illic pedes mittantur. Et Dominus: *Non omnes capiunt verbum istud; sed qui potest capere, capiat* (Mt 19,6.10-11). *Alligatus es uxori? Ne quaesieris solutionem;* quia alligatus es vinculis ferreis. *Solutus es ab uxore? ne quaesieris uxorem* (1 Cor 7,27); non te colliges vinculis ferreis.

16 [v.9]. *Ut faciant in eis iudicium conscriptum.* Hoc est iudicium quod faciunt sancti per omnes gentes. Quare, *conscriptum?* Quia ista antea conscripta sunt, et modo complentur. Ecce modo fiunt; aliquando legebantur, et non fiebant. Et conclusit ita: *Gloria haec est omnibus*

así son glorificados, así ensalzan a Dios con su boca, así se alegran en sus lechos, así se regocijan en su gloria, así se alborozan en la salud, así cantan el cántico nuevo, así dicen *aleluya* (alabad al Señor) de corazón, de palabra y de obra. Amén.

SALMO 150

[DOXOLOGÍA FINAL DEL SALTERIO. CANTO DE ALABANZA]

1. Aunque todavía no me fue revelada la disposición de los salmos, la cual me parece que encierra el secreto de un gran sacramento; sin embargo, como todos ellos son 150, aunque aún no penetró la perspicacia de la mente la profundidad de todo su orden, nos insinúan algo de lo que sin petulancia, en cuanto Dios me ayude, podré hablar. Primeramente consideremos el número 15, del cual se forma el 150, puesto que lo que es número 15 en orden a los números simples, esto es el número 150 en orden a las decenas, porque lo constituyen quince veces 10; y esto es también el número 1.500 en el orden de las centenas, porque lo forman quince veces 100; y, asimismo, esto es el número 15.000 en orden a los millares, puesto que quince veces 1.000 son 15.000. El número 15 simboliza la conformidad de los dos Testamentos. En el Viejo se guarda el sábado, que significa el descanso; en el Nuevo, el día del Señor, que señala la resurrección. El sábado es el día séptimo de la semana, y el domingo, que sigue inmediatamente al séptimo, ¿cuál es sino el octavo?, el cual ha de te-

sanctis eius. Per totum mundum, per universas gentes hoc sancti agunt, sic glorificantur: sic exaltant Deum in faucibus suis, sic laetantur in cubilibus suis, sic exsultant in gloria sua, sic exaltantur in salute, sic cantant canticum novum, sic dicunt Alleluia, corde, ore, vita. Amen.

PSALMUS 150

1. Quamvis ordo Psalmorum, qui mihi magni sacramenti videtur continere secretum nondum mihi fuerit revelatus; tamen quia omnes centum quinquaginta numerantur, etiam nobis qui totius ordinis eorum altitudinem adhuc acie mentis non penetravimus, insinuant aliquid, unde non impudenter, quantum Dominus adiuvat, disputare possimus. Primum quindenarius numerus, ex quo iste multiplicatur (quod enim valent quindecim in ordine singulorum, hoc valent centum quinquaginta in ordine denariorum, quoniam quindecies deni eos faciunt; hoc valent mille quingenti in ordine centenariorum, quoniam quindecies centeni sunt; hoc valent quindecim millia in ordine millenariorum, quoniam quindecies mille sunt): quindenarius ergo numerus concordiam significat duum Testamentorum. In illo enim observatur sabbatum, quod significat quietem (Ex 20,10); in isto dominicus dies, qui significat resurrectionem. Sabbatum autem est dies septimus: dominicus vero post septimum, quid nisi octavus, idem qui primus habendus est? Ipse enim dicitur etiam

